in gloriatione. septimus in desperatione. Vñ apostolus Jaco. j. Unusquisq3 temptat a cõcupiscentia sua abstractus τ illectus. deinde ɔcupiscentia cũ cõceperit parit pctm̃. peccatũ aũt cum cõsummatũ fuerit generat mortẽ. Istius em̃ textus intellectus est iste. Unusqsq3 temptatur a ɔcupiscentia sua. i. causam temptandi h3 a fomite peccati sibi innata. que vt patet ex supradictis cõcupiscentia appellat. abstractus a bono p cõcupiscentiã oculorũ siue exteriorũ siue interiorũ. τ illectus. s. ad malũ p concupiscẽtiam carnis τ illecebram voluptatis. Deinde cõcupiscentia cũ cõceperit parit pctm̃. i. inducit ad plenũ cõsensum. vir aũt de quo cõcepit predicta cõcupiscentia dyabolus est q̃ suggerit per se immediate. sicut legit primos pentes temptasse τ etiã xp̃m τ per alios caros. sc3 familiares cũ per se preualere nõ potest qualiter temptauit adam per euã. τ Job per vxorẽ suã. quam solã post alia pericula ad ipius deiectionẽ seruauerat. peccatũ aũt cum consummatũ fuerit in opere generat mortem: quia inducit ad reiterationẽ consuetudinẽ τ gloriationẽ peccati ad quam sequit obstinatia τ finalis impenitentia. i. desperatõ que est ineuitabilis mors anime. Iste enim ꝓcessus intelligit in duob⁹ versibus cantici Exod. xv. Dixit inimicus ɔsequar τ cõprehendã. diuidã spolia τ implebitur anima. Euaginabo gladiũ meum. interficiet eum manus mea. Cuius sensus spũalis est iste. Dixit inimicus in suggestione in primis motib⁹. ɔsequar in delectatiõe. cõprehendã in ɔsensu. diuidã spolia in actu. implebitur anima mea in cõsuetudine. gladiũ suũ euaginat cum de pctõ gloriatur. Interficiet eos manus mea in obstinatia et despatõne. Itẽ iste ꝓcessus figurat Hiere. xxxviij. vbi legitur q᷑ ciuitas zedechie erat obsessa. τ postea capta. τ zedechias oculis expulsis τ vinculis ligat⁹ ductus in babylonẽ. Spũaliter obsedit ciuitas anime per pmã suggestionẽ. capit p primam delectationẽ. rex. i. ratio excecat p cõsensum τ opatiõe3 vincit per cõsuetudinẽ τ gloriationẽ. ducit in babylonẽ. id est ad eternã cõfusionẽ p obstinatiam et finalem impenitentiã. Idem etiã processus bene figurat Gene. xxxiiij. vbi dicitur q᷑ sychem vidit dinam τ adamauit eam: rapuit virginẽ: dormiuit cu3 virgine: oppressit vginẽ. cõglutinata est aia eius cũ virgine. tristemq3 deliniuit blandicijs. Spũaliter cum premittit vidit dinam innuitur suggestio dyaboli in primis motibus. cum dicit adamauit. innuitur delectatio. cum dicit. rapuit virginem innuitur cõsensus: cum dicit. dormiuit cũ ea. innuitur operatio. cũ võ dicitur: oppressit virginẽ. innuit consuetudo. cum võ dicit. cõglutinata est anima eius cum virgine. innuit gloriatio peccati. τ cum dicit triste3 deliniuit blandicijs. intelligit desperatio: in qua si aĩa tristiciã habens de peccatis opante spiritusancto ad pniam dimittẽdo pctã se trãsmittere ꝓponat Dyabolus nitit eius dolorem fraudulentis blandicijs mitigare. Vñ Greg. ij. pastora. ca. iij. Cũ mens inquit hũana resipiscit atq3 pctã deflere conat. corruptor aũt spem atq3 securitatẽ vanã añ oculos ducit quatenus vilitatẽ tristicie subtrahat. Vñ recte dĩ. tristemq3 deliniuit i blandicijs. mõ oim aliorũ facta grauiora. mõ nihil. qd̃ ppetratum est. mõ deum misericorditer loquit. mõ adhuc tp̃us subsequens ad pniam pollicet. vt dũ per hoc decepta mens ab intentiõe pnie suspendat: quatenus tunc nulla bona pcipiat qñ nulla mala cõtristant. τ tunc plenius obuiat supplicijs q̃ nũc etiã gaudet in delictis. hec Grego. Sed adhuc ꝓ aptiori τ pleniori cognitione modi ꝓductiõis siue generatõis actualis peccati tria sunt breuit cõsideranda. Primo cõsiderãdũ est q᷑ duplex est vis anime. quarũ vtraq3 repugnat alteri. sc3 sensualitas τ rõ. Sensualitas vt dicit mgr̃ sniarum li. ij. dist. xxiiij. ca. ij. Est quedam vis anime inferior ex qua est motus q̃ intenditur in corporis exterioris sensus atq3 appetit⁹ rerũ ad corp⁹ ꝑtinentiũ. Rõ võ vis anie supior est q̃ vt dicemus duas h3 partes vel dñtias. s. superiorẽ vł inferiorẽ Scd̃m supiorẽ supius cõficiẽdis vel ɔsulendis intẽdit vł ſm inferiorẽ ad tpalium disponere prospicit. Quicquid igitur in aĩa nostra nobis cõsiderantibus occurrit qd̃ nõ sit cõmune cũ bestijs ad rõem ꝑtinet. qd̃ aũt in ea repis cõmune cũ bestijs ad sensualitatẽ ꝑtinet. Et vbi nobis gradatim in consideratione partiũ anime progrediẽtibus primũ aliud occurrat qd̃ nõ est cõmune cũ bestijs ibi incipit ratio. Et hec est snĩa beati Augustini. lib. ij. de trinitate sic scribẽtis. Uideamus inq̃t vbi sit q̃si quodda3 homis exterioris interiorisq3 cõfiniũ. quicq̃d enim habes in animo cõmune cũ pecore recte dicit ad exteriorẽ hoiem pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabit. sed adiuncta quadam vita sua qua cõpages corpis et omnes sensus vigent q̃bus instructus est ad exteriora sentiẽda. Ascendẽtibus ergo introrsum q̃busdã gradibus cõsideratio nis p anime partes: vbi incipit aliquid occurrere: qd̃ nõ sit cõmune cũ bestijs. ibi incipit ratio vbi homo interior iã possit agnosci. Rationis aute3 pars supior eternis rationib⁹ cõspiciendus vł cõsulẽdis adherescit. Portio võ inferior ad tpalia gubernanda deflectit. Et illa rationis intentio qua ɔtemplamur eterna sapientie deputatur. Illa võ qua bene vtimur rebus tpalibus scientie deputat. Cum võ disserimus de natura mentis humane de vna quadam re disserimus. Nec eã in hec duo que commemoramus nisi p officia geminanus. Carnalis autẽ sensualis ve anime motus qui in corporis consensus intendit nobis pecoribusq3 cõmunis qui seclusus est a ratione sapientie. rõni aũt scientie vicinus est. hec ille. Secũdo ɔsiderandũ est q᷑ caro hominis ante peccatũ pmi parẽtis erat tãq3 arbor virẽs in padiso. sed cõbusta igne ɔcupiscentie redacta est in cinerem. Est võ caro humana quasi cinis in quo latet igniculus. i. fomes peccati freq̃nter mouens sensualitatem. qua mota eliciunt scintille p suggestionẽ demonis. Et cum locus dat faber gehennalis sufflat. i. suggerit prunas. i. pmos motus tanq3 p folles duplicis ɔcupiscentie. τ elicit flammã. id est delectatiõ3 sensualitatis. τ freq̃nter maiorẽ aliqua infecta pinguedine. vt visa muliere. τ hmõi. Crassitudo etiã carniũ τ epule deliciose ꝓuocant ad libidinis ardorẽ τ cõsensum. Et ex istis pat3 q᷑ per hec tria. s. p suggestionẽ. delectatiõe3 τ cõsensum homo in temptatiõe3 ducit. quia temptatio per suggestionẽ inchoatur. per delectationẽ progredit. τ p cõsen

sum cõsummat. Tercio ɔsiderandũ est: ꝙ sicut docent Aug. Grego. ꝛ sanctus Tho. ac etiã magister sniarum libro. ij. dist. xxiiij. ca. iij. Talis ordo ꝛ progressio tẽptationis q̃lis quondã fuit in ꝑmis parẽtibus in nobis nũc peccãtibus occurrit. Naʒ sicut tũc serpens mulieri malũ suasit ipaq; cõsensit. ꝛ deinde viro suo dedit. sicq; cõsummatũ est pctm̃. Ita ꝛ nũc in nobis ꝓ serpẽte est sensualis mot9 aïe siue suggestio dyaboli. pro mr̃iere inferior pars ratiõis. pro viro supior rationis portio. ꝛ hic est vir qui ſm apostolũ. j. Cor. xj. dicitur imago ꝛ gloria dei. ꝛ illa est mulier que ſm eundẽ apostolũ dicit gloria viri. atq; inter hũc virũ ꝛ hanc mulierẽ est velut quoddam spirituale cõiugiũ naturalisq; cõtractus: quo supior ratiõis portio quasi vir debet pẽesse ꝛ dominari. inferior v̾o quasi mulier debet subesse ꝛ obedire.

Capitulum VI

Predictis igitur considderatis: nũc superest oñdere qũo in nobis ɔsummat pctm̃ vbi agnosci poterit si diligẽter intendat q̃d sit in aïa mortale ꝛ q̃d veniale pctm̃. Vñ sicut in ꝑmis parentib9 serpẽs suasit mulieri. ꝛ mulier viro. ita nobis sensualis motus cũ illecebram pctõ ɔceperit. quasi serpẽs suggerit mulieri. s. inferiori parti rõnis. i. rationi sciẽtie. q̃ si sensc rit illicite. mulier edit cibũ illicitũ. deinde de eodem dat viro cũ supiori parte rõnis. i. rõni sapiẽtie eandẽ illecebram suggerit. q̃ si cõsentit tũc vir cũ muliere cibũ vetitum gustat. Si ergo in motu sensuali: tunc peccata illecebra teneant. veniale ac leuissimũ est peccatũ. Si v̾o inferior pars rõnis consenserit. ita vt sola cogitatiõis delectatiõe sine volũtate ꝑficiendi detineat. mulier sola manducat ꝛ nõ vir: cuius autoritate cohibet. ꝛ volũtas perficiendi. vt si assit facultas ad effectũ ꝓducatur vir quoq; mãducat. q2 supior pars rõnis illecebre cõsensit. ꝛ tũc est mortale peccatũ. Quãdo autẽ mulier sine viro gustat aliquãdo est mortale peccatũ. ꝛ aliquãdo veniale. Vñ vt eẽ dictũ est tunc mulier sine viro gustat: cũ ita delectatiõe cogitatiõis pctm̃ tenetur: vt faciendũ non decernat. vel cũ quidam terminus ꝛ mẽsura peccato adhibet a viro vt nõ liceat mulieri effrenata libertate in pctm̃ progredi. Nõ v̾o si cõsentiat vel delectãdo diu ibi illicito teneatur. ꝛ si nullo modo agere velit. non tñ repmit nõ obstante ꝙ aduertit esse illicitũ vel prohibitũ. mors in domo est. id est mortale peccatũ in aïa: quia talis delectatio dicit cõsensus affectiõis. Si v̾o ratio cõsentiat ad agendũ nulli dubiũ quin sit mortale peccatũ. sed si ratio reprimat in primo motu: tunc nullũ est peccatũ. vel saltẽ valde modicum. ꝛ hoc est caput serpentis cõterere Gen. iij. In matutino peccatores interficere pꝛuulos ad petram allidere. In primo vulpeculas paruulos cape Canti. ij. Si v̾o plus crescat motus scilicet ad delectationẽ veniale est donec ratio auertat esse illicitum. Sed quando diutina memoria in delectatõne faciat esse mortale difficile est assignare. Certũ tamen est inesse periculum: q̃ cito ratio auertit esse reprimendũ ꝛ non reprimit. Et ex istis patet ꝙ actualium peccatorũ duo sunt genera. q̃a aliqua sunt peccata mortalia. ꝛ aliqua venialia: Mortale enim dicitur omne peccatuʒ per quod homo mortẽ eternam meretur. Veniale autem dicitur peccatum quod hominem vsq; ad reatũ perpetuo mortis non grauat. Et q̃uis penã mereatur: tamen faciliter indulgetur. Solent etiam dicere aliqui theologi ꝙ tam peccatũ mortale q̃ etiam veniale dicitur tripliciter. Primo enim modo omne peccatũ preresciti quod tollit gratiam gratificantẽ ſm presentem iusticiam ꝛ repugnat gratie predestinationis dicit mortale. q2 inducit mortẽ secundam De quo dicit. j. Johannis. v. Et peccatũ ad morteʒ nõ dico pro illo vt roget quis. oĩs iniquitas peccatũ est: ꝛ est peccatũ ad mortẽ. scimus quoniaʒ q̃ natus est ex deo nõ peccat. s. tali peccato ad mortem. sed generatio dei cõseruat eũ. ꝛ istud est peccatuʒ finalis inpenitentie quod dicit peccatũ mortale simpliciter. Secũdo mõ omne pctm̃ in predestinato tollens gratiã temporalẽ qua gratificaret anima ad vitam spũalem: dicit peccatuʒ mortale. quia infert mortẽ spũalem: licʒ momentaneã. sed nullũ tale videtur dignũ pena eterna. cũ deus ordinauit illud finaliter et temporaliter castigare. Tercio modo dicitur quodcunq; peccatũ antecedenter inducens mortẽ anime primã vel secundã. scʒ mortale peccatũ. sicut vulnus dicit mortale quod inducit mortẽ. et isto modo veniale per consuetudinẽ fit mortale. Correspondenter dicit peccatũ veniale tripliciter. Primo modo quãdo ex ordinatione dei eterna gratiose preparat venia pro eodẽ. ꝛ isto mõ omne peccatũ predestinati originale vel actuale dicit veniale. si eñ homo dicebat mortalis pro statu innocentie: in quo potuit nunq; mori. quare non magis dicit peccatũ veniale quod deus ordinauit remittere dando veniã. Et sic omne peccatũ mortale secundo modo dicit veniale. nec hoc videt plus repugnare q̃ ꝙ eadem pctã sunt simul grauia ꝛ leuia. Secundo modo dicit peccatũ veniale quãdo stat cum vtraq; gratia gratificante. scilicet simpliciter ad beatitudinẽ. et gratificante ad tempus. que vocantur gratia ꝑdestinationis ꝛ gratia ſm iusticiam. et isto modo loquunt theologi cõiter de peccato veniali: ponendo ipm̃ distingui ex opposito a mortali saltẽ ꝑmo ꝛ secundo modo dictis. Tercio modo dicit peccatũ veniale quod stat cũ gratia ſm iusticiã presentẽ licʒ repugnet gratie predestinatiõis. ꝛ sic peccat prescitus venialiter. licʒ non secundo modo loquẽdo de veniali Videt eñ quodlibet peccatũ presciti esse mortale tercio modo dictũ. Nec nõ predestinatus inductus ad peccandũ mortaliter ex quantũlibet leui peccato peccat illo pctõ effectiue mortaliter cũ illud pctm̃ inducit mortẽ. Et sic potest intelligi illud dictũ augustini qd̃ ponit. iij. ca. di. xxv. Vnũ. dicentis ꝙ nullũ peccatum est adeo veniale quod non fiat criminale dum placet.

Capitulum VII

Post generalem declarationẽ actualis peccati. restat de actuali peccato in speciali aliqualiter pertractandũ. Pro quo ꝑmitus est notandũ ꝙ cõmuniter a doctoribus ponunt septeʒ spẽs ꝑncipales actualis peccati. videlicʒ gula: luxuria: auaricia: accidia: sup

bia:inuidia:⁊ ira. Rōnem em̄ istius ordinis p̄dictorū viciorū Parif. in de vitijs tractatu de supbia sic oñdit. Sicut inq̄t virtus ẜm augustinū amor est ordinatus. sic viciū est amor inordinatus. Amor em̄ duabus de caussis pōt esse inordinat⁹. Est em̄ amor inordinatus si sit amor mali. Et licꝫ em̄ sit amor boni. tñ est inordinatus si sit nimius vl' nimis paruus et hoc ẜm duas species bonorū. Quedaꝫ bona sunt parua. scꝫ temporalia. quedam v̄o magna. scꝫ bona gratie ⁊ glorie. Bona v̄o gratie intelligimus ip̄am gratiā ⁊ opa meritoria. Amor igit̄ parui boni inordinatus est si sit nimius. ⁊ iste amor videt̄ radix in pctō gule:luxurie: ⁊ auaricie. Et diuersificat̄ amor iste:q2 bona parua amari possunt quo ad visum. vel quo ad ꝯcupiscentiā. Primo mō amat ea gulosus et luxuriosus. Secūdo mō amat ea auarus. Viciū ergo gule ⁊ luxurie in hoc differūt. quia viciū gule inordinatus est omor delectationis que est ẜm gustum. Viciū v̄o luxurie amor inordinatus est precipue delectationis que est ẜm tactū. Amor v̄o boni magni inordinatus est si sit nimis paruus. et talis amor videt̄ esse radix in peccato accidie. Nam accidia videt̄ esse paruus amor magni boni. vnde et tepiditas vocat̄. Amor v̄o q̄ est inordinatus in eo ꝙ est amor mali. videt̄ posse distingui in amorē ꝓprij mali ⁊ alieni mali. sed q2 nullus propriū malū amat inquantū huiusmodi. sed quādoqꝫ ideo:q̄a estimat illud esse bonū corpori. ideo tm̄ amor alieni mali radix est in tribus vicijs que sequunt̄. scꝫ supbia:inuidia:⁊ ira. Diuersificant̄ aūt hec vicia ꝑ hoc ꝙ i peccato supbie est amor ꝓprij boni in re vl' apparentia cū alieno malo. Amat em̄ supbus sui exaltationē et proximi deiectionē. In peccato v̄o inuidie ⁊ ire est amor alieni mali pure:sed in hoc vident̄ differre illa duo vicia. quia in peccato inuidie amor alieni mali ortū habet a ꝓpria malicia. scꝫ a supbia. Inuidus em̄ ideo vult malū alterius ne ille sibi parificet̄. vnde peccatū inuidie in materia cōmunicat cū peccato ire. sed finē recipit a peccato supbie. In peccato em̄ ire amor alieni mali ortū videtur habere a malo alterius. Ille em̄ q̄ irascit̄ alteri vt cōmuniter ideo vult illi malū. q2 malū ab eodē recepit. Ira em̄ appetitus est vindicte. His em̄ consideratis de facili pōt ratio videri quare de supbia. inuidia ⁊ ira post p̄dicta quattuor vicia tractat̄. q2 hec tria vicia amorē nostrū inordinatū reddūt ad proximū. quattuor v̄o precedentia vicia inordinatos reddūt nosipsos sed vt cōstat inordinatio alicuius in seipso prior est q̄ꝫ inordinatio ipsius ad aliū. Et preterea prius est quod animale est. deinde quod sp̄ūale est. Et quia quatuor prima vicia hūana sunt. ⁊ ita quodāmodo carnalia. ideo i ordine doctrine p̄ora sunt. Tria v̄o residua pro eo ꝙ dyabolica sunt ⁊ sp̄ūalia. ideo posteriora sunt ordine doctrine. Vñ ap'lus ad Ro. j. Inuisibilia dei per ea que facta sunt a creatura mūdi intellecta cōspiciunt̄. hoc est spiritualia que non cognoscūtur ab homine cognitiōe intuita. per creaturas tamen sensibiles tanq̄ꝫ causa per effectum intellectu ab homine cognoscunt̄. ⁊ inter ista tria prius est vicium superbie pro eo ꝙ est occasio aliorū. ⁊ quia precedentibus magis similat̄. et hec septem vicia capitalia dicuntur pro eo ꝙ cetera vicia ab illis tanq̄ꝫ riuuli a fontibus. ⁊ tanq̄ꝫ species subalterne a suis generibus ⁊ indiuidua a suis sp̄ēbus originaliter deriuant̄. Predicta em̄ peccata septē sunt quasi duces p̄ncipales exercitus diaboli. q̄s ip̄e ducit secū ad inuadendū genus humanuꝫ. Vñ Luc. xj. legit̄:ꝙ dyabolus volens hominē inuadere assumit septem alios spiritus secum nequiores se. Super quo dicit odo: ꝙ isti septē spiritus sunt septem peccata capitalia que dicunt̄ peiora dyabolo. quia dyabolus malus nō est in sui natura nisi rōne illoꝝ. Primus em̄ istorū septē spirituū est spiritus gule. De quo dicit̄ Exo. xv. In spiritu furoris tui cōgregate sunt aque. comesatiōes. ⁊ ebrietates aque sunt a qua insaniunt multi. Vñ Osee. vij. Ceperūt principes furere a vino. Secundus sp̄ūs est sp̄ūs luxurie. de quo Osee. v. Sp̄ūs fornicationis in medio eoꝝ. scꝫ luxuriosoꝝ. Tercius sp̄ūs est sp̄ūs auaricie De quo Actu. xvj. vbi legit̄ ꝙ puella quedaꝫ habuit spiritū phitonicū qui magnū questū p̄bebat dño suo. Quartus sp̄ūs est sp̄ūs accidie. De quo ꝓuer. xvij. Sp̄ūs tristis exiccat ossa. Iste em̄ sp̄ūs precipue ducit hominē in tristiciā finalis impenitentie. Quintus sp̄ūs est sp̄ūs superbie. de quo pōt intelligi illud. iij. Regū. xix. Sp̄ūs ꝓtransiuit subuertēs montes. id est supbos. Vñ ps. Deiecisti eos dum alleuiarent̄. Sextus sp̄ūs est sp̄ūs inuidie. De quo j. Regū. xviij. Sp̄ūs dei malus inuasit saul. et hoc ꝓpter inuidiam quā habuit ad dauid virum iustuꝫ et innocentem. Unde postq̄ꝫ audiuit mulieres cantantes ⁊ dicentes. Percussit saul mille ⁊ dauid. x. milia. Iratus est nimis ⁊ displicuit in oculis eius iste sermo. dixitq̄ꝫ. Dederūtq̄ꝫ dauid decem milia ⁊ mihi mille dederūt. ⁊ sequit̄. Nō rectis oculis saul aspiciebat dauid ab illa die. Septim⁹ sp̄ūs est spiritus ire. De quo. iij. Regū. xix. Sp̄ūs grandis cōterens petras. Sp̄ūs em̄ grandis cōterens petras dicit̄ sp̄ūs ire. quia aliquando frangit forte ⁊ vehementer cōturbat. Isti em̄ septem spiritus. vt dicit Odo super euangelia sermone. xvj. figurantur per septem populos siue nationes. de q̄bus dicitur in psal. Moab ⁊ agareni gebal ⁊ ammon ⁊ amalech ⁊ alienigene cū habitantibus tyrim etem̄ assur venit cum illis. Sp̄ūaliter moab ex patre interpretat̄ et signat gulā. Unde sicut loth cū inebriatus esset genuit moab ex ꝓpria filia. sic dyabol⁹ ex carne humana inebriata voluptatibus genuit peccatū gule Agareni aduene interpretat̄ et signat luxuriaꝫ que facit hoiem aduenam apud deum qui tollit ab eo omnē virtutem. Unde Job. ca. xxxj. libri sui loq̄ns de luxuria dicit ꝙ nephas est ⁊ iniquitas maxima. ignis vsq̄ꝫ ad perditionē deuorans ⁊ omnia virtutum genimina eradicans. Gebal deficiens siue vorago exterminans interpretat̄ ⁊ signat auariciam que facit auaros deficiētes in voraginosam tēptationē dyaboli incidere. et in suis desiderijs inutilibus submergi ⁊ miserabiliter exterminare. dicente apostolo prima Thimo. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in temptationē ⁊ in laqueum dyaboli:⁊ in desideria multa et inutilia ⁊ nociua que mergūt homines in interitū ⁊ perditionē. Ammon populus dolens vel populus meroris interpretat̄. et signat accidiosos siue accidiā q̄ facit accidiosos ple-

nos dolore et egestatis merore. Unde prouer. xxviij. Qui sequitur ocium replebitur egestate. Amalech gens brutalis siue populus labens interpretatur. et signat super bos siue superbiam que facit superbos quasi bruta animalia vt Danielis. iiij. legitur quod nabuchodonosor rex magnus propter superbiam suam factus est quasi bos inter ceteras bestias comedens fenum et herbas. Et ideo merito de superbis dicit psalmista. Homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Alienigene signant inuidos. vnde alia translatio habet philistijm. quod interpretatur ruina duplex. et signat inuidiam que est ruina duplex. quia mors corporis et anime. Unde sapientie. ij. et. vj. Inuidia dyaboli mors intrauit in orbem terrarum. et nedum mors corporis sed etiam mors anime. de qua morte intelligitur. illud. j. Johannis. iij. Qui odit fratrem suum homicida est. Habitatibus tyrum. Tyrim angustia siue tribulatio interpretatur. et signat iracundiam in qua habitantes semper angustiam et tribulationem suscitant. Unde prouer. xxvj. Sicut carbones et prunas et ligna ad ignem sic homo iracundus suscitat rixas. Sed nunquid iste septem nationes habent aliquem principem capitaneum propheta dicit quod sic. etenim assur venit cum illis. Assur tollens accerbitatem interpretatur. et signat dyabolum qui tollit peccatoribus in presenti acerbitatem pene eterne. Dyabolus enim predictas septem nationes tanquam duces principales exercitus sui secum ducit ad perdendum nos. et ideo contra illos fortiter pugnare debemus dicente propheta Dan. iij. Pugnemus aduersus nationes has que venerunt disperdere nos. et specialiter contra hos septem duces et exercitus eorum. i. destructionem predictorum septem peccatorum capitalium et aliorum vitiorum ea sequentium pugnare deberet quilibet predicator fidelis. et hoc cum gladio spiritus quod est verbum dei vt docet apostolus Ephes. vj. Unde figuram huius habemus Apoc. xvj. vbi dicit apostolus. Audiui vocem magnam de celo dicentem septem angelis. Ite et effundite septem phialas ire dei in terram. Isti septem angeli secundum parisiensem super eodem signant predicatores fideles qui et angeli vocantur a propheta Malachie. ij. vbi dicitur labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirent ex ore eius. quia angelus dei exercituum est. et dicuntur isti angeli septem propter septem dona spiritussancti quibus deberent predicatores verbi dei esse roborati. Septem phiale signant predicationes eorum et doctrinam que debent per modum phiale inferius esse ad terram clause. superius vero ad celestia aperte. Per hoc enim quod dicitur. effundite septem phialas ire dei in terram significatur quod predicatores in eorum predicationibus annunciarent peccatoribus qui terrena sapiunt penas sibi debitas iuxta numerum et mensuram septem peccatorum capitalium in quibus incidentes iram merentur diuinam vt igitur euitentur et destruantur predicta septem peccata mortalia non de phiala mea. sed de phialis sanctorum et approbatorum doctorum super vnumquodque illorum tria compendiosa effudi notabilia. quorum primum ostendet illius peccati de quo specialiter dicetur abhominabilem detestationem. Secundum notabile ostendet ipsius peccati multiplicem speciem. Et tertium vero notabile ostendet remedia ad destructionem eiusdem peccati. et vt ordinem teneamus predictum de gula est primitus incipiendum.

Explicit pars prima.

Incipit pars secunda.

Capitulum I

Gula enim est inordinata concupiscentia edendi que dicitur crapula. vel bibendi que ebrietas nuncupatur ad destructionem enim istius peccati dicitur in textu Apoc. vbi prius quod primus angelus effudit phialam suam super terram. i. primitus precauit contra gulam que dicitur terra propter sitim et famem continuam. Unde prouerbio. xxx. Terra non satiatur aqua id est gulosa voluptate. vnde prouer. xiij. Justus comedet et replebit animam suam. venter autem impiorum insatiabilis. Et merito prima effusio phiale est contra gulam. quia temptatio hominis prima fuit de peccato gule. vt patet Gene. iij. Ac etiam quia hoc vitium est fomentum aliorum vnde super illud Math. iiij. vbi agitur de temptationibus christi dicit glosa quod in pugna christi prius contra gulam agitur. que nisi prius refrenetur frustra contra alia vicia laboratur. Sed dyabolus in temptatione victus de gula non temptat ad libidinem. Primum ergo notabile effundendum contra peccatum gule ostendit eius abominabilem detestationem.

Capitulum II

Pro quo notandum quod gula detestanda est propter multa. Primo quia natura dissuadet nobis vicium istud Unde legitur in scientia naturali quod inter omnia animalia magnorum corporum nulli dedit natura tam paruum os secundum corporis quantitatem sicut homini. quod sine dubio factum est ad commendationem temperantie et ad detestationem gulositatis. Secundum est quod gula facit hominem locum requiei demonum. vnde Math. xij. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida querens requiem et non inuenit. Super quo parisiensis. Loca inquit arida sunt homines temperate viuentes in quibus dyabolus non inuenit requiem. sed in his qui gule vacant inuenit dyabolus requiem. Unde legio demonum dixit domino vt legitur Math. viij. Si eijcis nos hinc mitte nos in gregem porcorum quod dominus permisit eis. Postquam enim aliquis homo porcinus vitio gule subditur. statim habitaculum demonum efficitur. Et nisi quis more porci vixerit. dyabolus in eo potestatem non accipit. sed ille quem hoc vicio gule vexat dyabolus nulli peccato resistere sufficit. Nam quando oris quod est quasi porta potentissima hominis vitium gule que est quasi vna de familia dyaboli dominatur. totam familiam dyabolicam. s. vniuersitatem vitiorum permittit intrare et animam et omnes eius virtutes perdere. Figuram huius habemus. j. Machabeorum vlt. vbi legitur quod dux Ptolomeus fecit conuiuium magnum symoni sacerdoti et filijs suis. et cum inebriatus esset symon et filij sui. surrexit ptolomeus cum filijs suis et viris quos absconderat et intrauerunt in conuiuium et occiderunt symonem iudam et iohannem filios suos. Moraliter ptolomeus interpretatur ad mensuram deductus. et signat carnem humanam que esset regulata et deducta per rationem anime de cibarijs et potibus sibi necessarijs mensurabiliter ad sumendum. Per symonem qui interpretatur obediens et intelligo animam humanam que semper esset obediens domino saluatori suo. Per in-

dam seniorẽ filiũ eiꝰ intelligo voluntatẽ anĩe. vñ iudas interpretatur glorificans ⁊ signat voluntatem anime qua deberet homo cũ omĩ gaudio ⁊ deuotione glorificare ⁊ magnificare deum. Per aliũ filium. s. iohannẽ qui interꝑtatur in quo ẽ gratia dei intellige rationẽ anime in qua esset gratia dei ꝑ quam gratiam ratio anime regularet totum hominem vt omnia sua opera essent facta ad honorem dei iuxta p̃ceptum saluatoris dicẽtis Math. v. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona ⁊ glorificẽt patrẽ vestrũ qui in celis ẽ. Per alios vero pueros simonis intellige virtutes anĩe ⁊ meritoria oꝑa. Iste inimicꝰ ei ꝑiculosus ptolomeus. s. caro nr̃a que ẽ inimica. iuxta illud Galath. v. Caro cõcupiscit aduersus spm̃ ⁊ spũs aduersus carnẽ. h̃ eni sibiinuicem aduersantur. multotiens prepat grandia conuiuia ordinando cibaria splendida in quibꝰ ꝯuiuijs multotiẽs iste inimicus caro nostra consurgit cum suis viribus que prius erant remisse ⁊ debiles ⁊ sic quodãmodo abscondite qñ caro erat in cibarijs ſm rationẽ anime mẽsurabiliter regulata. Et cũ anĩa ĩ talibꝰ ꝯuiuijs fuerit inebriata intantum ꝙ oculus rõis excecet̃ ꝑ voluptates carnales. tũc iste inimicꝰ cũ suis viribꝰ ꝯtra aĩam insurgit. ⁊ ip̃az cũ duobꝰ filijs suis iuda ⁊ iohãne. i. volũtate ⁊ ratõne per consensum ad pctm̃ spũalr̃ interficit. ⁊ nedũ occidit istos duos filios. ꝫ etiã om̃es pueros suos. id ẽ omnia bona oꝑa sua. iuxta illud Ezech. xviij. Si autem auerterit se iustus a iusticia sua ⁊ fecerit iniquiatem ſm om̃s abominationes suas quas operari solet impius nunꝗ viuet. oẽs iusticie eiꝰ q̃s fecerat non recordabunt̃ in p̃uaricatione q̃ preuaricatus ẽ in pctõ suo ⁊ qd̃ peccauit in ip̃o moriet̃. Tertium ꝓpter qd̃ vitium gule est detestandum ẽ ꝙ gulosus vilissimã creaturã deificat. s. ventrẽ suuz iuxta illud Phil. iij. Dico inimicos crucis ip̃i quoꝝ deꝰ vẽter ẽ qd̃ exponẽs Hugo de claustro anĩe dicit ꝙ similitudinẽ deo compat̃ vẽter gulosi. Nã sicut dijs solẽt tẽpla ꝯstrui. altaria erigi. mĩstri ad seruiẽdũ ordinari. pecudes immolari. thura cocremari. sic isti fetido deo ventri templũ est coquina. altare mensa. calix scapha. mĩstri coci. imolare pecudes cocte carnes. fumus incensoꝝ odor saporũ. Sed vt ait parif. Idolatria ista in h̃ deterior ẽ ꝙ̃ ydolatria paganorũ. q̃a illi auro ⁊ argento ⁊ marmoreis lapidibꝰ honores diuinos impẽdere ꝯsueuerũt ꝫ gulosus vẽtrẽ ꝓ d̃o honorat q̃ ẽ latrina et saccus vilissimus stercorum.

Quartũ ẽ ꝙ deũ blasphemat. vñ Aug. sup illud. j Cor. x. Siue comeditis siue bibitis oĩa ad gloriaz dei facite. dic̃. si illud qd̃ mãducas ⁊ bibis ad corpis necessariam refectionẽ sumis. sustentationẽq̃ mẽbrorũ grãs agẽs ei q̃ tibi mortali tribuit ista supplemẽtoꝝ solacia cibꝰ tuꝰ ⁊ potꝰ tuꝰ laudat deũ. si vero nedũ nature debitũ immoderatõe edacitatis excedas. vinolẽtia te ingurgitas quãtaslibet dei laudes lingua tua resonet. vita tua deũ blasphemat. Et sic d̃r Thob. xiij. Maledicti eni q̃ ꝯtempserunt te. et cõdemnati erunt qui blasphemauerunt te. Quintũ est ꝙ gulosi ꝓ delectatõe quã habẽt ĩ immoderata sumptione ciborũ ⁊ potuuz aĩas suas dyabolo vẽdunt ⁊ hereditatẽ regni celorũ ꝑdunt. vñ sicut dicit̃ Eccli. x. Nihil iniquius ꝙ̃ amare pecuniã. hic aĩaz suã venalẽ habet. Hec pecunia de qua h̃ loq̇tur scriptura pctm̃ dici põt. Nã sicut dicit orige. Pctm̃ est pecunia dyaboli quã qui accipit aniam suã dyabolo vendit. ⁊ illud spũalr̃ intelligi põt de peccato gule Unde figura eius legit̃ Gene. xxv. ꝙ esau q̃ typum gulosorum tenet ꝓ pane ⁊ lentis edulio. i. pulmento facto ex lentibꝰ vendidit primogenita sua ⁊ hereditatem suã ⁊ abijt ꝑuipendens ꝙ primogenita sua ꝑdidit. Sic certe gulosi q̃ ꝓ voluptate quã habent in ciborum ⁊ potuũ immoderata sumptione p̃mogenita sua. i. anĩas suas p̃ciosissimo sanguine xp̃i redemptas dyabolo vendunt. Iuxta illud Trenorũ. j Dederũt quecunq̃ p̃ciosa ꝓ cibo ad refocillandum aniam. Et sicut esau ꝑuipendit ꝙ p̃genita sua vendidit. ⁊ suã ꝑdidisset hereditatẽ. sic tales gulosi vt dic̃ ps̃. ꝓ nihilo habuerũt terrã desiderabilẽ. i. nihil curant ꝙ ꝑdiderũt hereditatem suam eternam. Sextum est ꝙ gulosi patiuntur famẽ insatiabilem. vnde de gulosis dicit ps̃. Famẽ patient̃ vt canes. Itẽ Ozee. iiij. Comedent ⁊ nõ saturabunt̃. Unde in comedendo nõ cessat gulosorũ esuries. Nã vel nõ habent ea que vellẽt vel quantũ vellent. vl̃ p̃parata vt vellent. immo ⁊ si accidit ꝙ habeãt q̃. qualia et quãtum vellent habere. tunc deest eis annona. vel saccus nõ sufficit recipere quantũ appetitus expostulat. ⁊ ideo tunc oportet eũ spaciare. ⁊ de loco ad locũ vagare. ⁊ sic famẽ venatur. Vñ vt dicit Hiero. Voracitas habita famẽ ⁊ nõ saturitatem parit. Et ideo merito de gulosis dicitur ꝓuer. xiij. Vẽter autem impiorum insatiabilis est.

Capitulum III

Sequitur secũdum notabile peccati gule. in quo ſm ꝙ ꝓmissum ẽ dicetur de istius peccati multiplici specie. Pro quo notandũ est ſm beatum Grego. iij. vel xxxiiij. moraliũ sup illud Geñ. xxv. Da mihi de coctione hac rufa. ⁊ ponitur in cañ. de ꝯse. di. v. quinq̃ modis. Quinq̃ sunt species gule Unde gulosus aliquãdo indigentie tempora debita comedẽdi preuenit. qd̃ est p̃ma species gule. Aliquãdo lautiores cibos querit. qd̃ est scd̃a species gule. Aliquando q̃ sumenda sũt preparari accuratius appetit. qd̃ ẽ tertia spẽs gule. Aliqñ in ip̃a quãtitate sumẽdi cibos vel pocula mensurã refectionis excedit qd̃ ẽ quarta species gule Et aliqñ ip̃o estu immẽsi desiderij aliquis peccat. qd̃ est quinta species gule.

Capitulum IIII

Prima ergo species ẽ cum quis horam p̃uenit comedendi debitam sine cã rõnabili. sicut fecit Ionathas j. Reg. xiiij. qui tẽpꝰ ꝯstitutũ a patre antecessit edẽdi ⁊ ideo ore patris ꝓlatã mortis sententiã meruit. qñ eni ieiunatur debita hora comedendi ẽ hora meridiana ſm Ambro. Tũc eni sitiuit xp̃s ĩ cruce. In hac eni specie gule incidũt mane vacantes ad ventris ingluuiẽ priꝰ visitantes tabernã ꝙ̃ sanctã ecclesiã ⁊ iõ in maledictionẽ dei incidẽtes mortẽ merentur eternã. Unde Eccl̃i. iiij. ⁊ x. Ue terre cuiꝰ rex puer est ⁊ cuius p̃cipes mane comedunt. Per terrã hic vt dicit parif. intelligit̃ caro que terra est ⁊ in ter

ram reuertet. Rex vero recta ratio ē que hȝ carnem regere. principes sūt qnqȝ sensus q̄ mane comedunt quādo orā debitā sine rōabili cā pueniūt. Ʒ econtra illi q̄ debitā horā expectāt dei benedictionē merentur. vñ dicit Eccl. x. Beata terra cuius rex nobilis est. ꝛ cuius principes vescūtur in tempore suo ad reficiendum ꝛ non ad luxuriam.

Capitulum V

Secunda species gule est qñ quis nimis delicata affectat comedere vl' bibere. vt legitur Nume. xj. de filijs isrl' in deserto q̄ nō ɔtenti de manna qḋ de⁹ misit eis de celo murmurātes ɔtra deuȝ carnes desiderabāt Unde ꝛ quia irrōnabil'r flagrabant desiderio carnium cum adhuc esca erat in ore ipsorū ira dei descendit super eos percussitqȝ eos plaga magna ꝛ mortui sūt q̄ carnes desiderabāt ꝛ in deserto sepulti.

Capitulum VI

Tertia species gule est qñ q̄s in nimis magna quantitate cibum sumit vel potū. ꝛ hec ē vilissima spēs gule ꝛ. vlij. mala ex eo sequit'. Primo ex gula orit' ebetudo sensus circa intelligentiā ꝓpter fumositates ciborū pturbātes caput. sicut ꝛ ecōtrario abstinentia ɔfert ad sapie pceptōnē. vñ Eccs. ij. dicit sapiēs Cogitaui a vino abstinere carnē meā vt animū meum transferā ad sapiam. vñ Dan. j. legit' q̄ tribus puer' q̄ abstinuerāt se a regijs cibis sumpserāt leguia ad comedendū. ꝛ aquā ad bibendū dedit ds sciam ꝛ disciplinā in oī libro. ꝛ ī oī sapia. Scḋo ex gula oritur ebrietas q̄ dupl'r accipit'. Uno mō ꝓ quodā defectu hoīs accidente ex nimio potu quo fit vt nō sit cōpos rōis ꝛ sic ebrietas ē pctm̄ ꝛ pena pcti Alio mō accipit' ꝓ immoderato vsu potus ex quo sequit' dictus defect⁹. ꝛ talis immoderātia pōt ɔtingere tripliciter. Uno mō q̄ hō nesciat potū immoderatū esse nec potentē inebriare. ꝛ sic pōt esse sine peccato precipue si nō ex negligentia hoīs hoc ɔtingat. ꝛ sic creditur noe fuisse inebriatus vt legit' Gene. ix.

Secūdo mō pōt ɔtingere immoderātia circa potū sic q̄ aliquis pcipiat potū esse immoderatū. non tamē estimet q̄ potus ille posset eū inebriare. ꝛ sic ebrietas ꝓpter ignorantiā pōt esse cū pctō veniali. et sine peccato mortali. Tertio modo contingit q̄ aliqs pcipiat potū esse immoderatū ꝛ inebriantē. ꝛ tamē mauult ebrietatem incurrere q̄ȝ a potu abstinere. ꝛ sic ebrietas est pctm̄ mortale eo q̄ talis pmittit se piculo peccandi voluntarie. ꝛ scient' puans se vsu rationis quo virtuose operaret' ꝛ declinaret a peccato. Et iō Ambro. in li. suo de ptriarchis. Uitādā inqt dicimus ebrietatē p quā crimina cauere non possumus. Nam que sobrij cauem⁹ p ebrietatem ignorātes cōmittimus. ꝛ quoniam qui talia agunt digni sunt morte. ꝛ non solum q̄ faciūt. Ʒ etiam qui sūt cōsentientes facientibus. vt dicitur Roma. j. Ideo nō licet alios sic inducere ad potandum vt inebrientur quia vt dicit beatus Augusti. in libello suo de ebrietate. Qui aliū cogit vt se plus q̄ȝ opus est bibendo inebriet. minus malum ei erat sic carnem eius gladio vulneret q̄ȝ animam eius p ebrietatem occideret. Tertio ex gula orit' luxuria. Uñ. hiere. v. Saturaui eos ꝛ mechati sūt. ꝛ in domo meretricis luxuriabant'. Itē Iaco. v. Epulati estis sup terrā ꝛ ī luxurijs vr̄is enutristis corda vr̄a. Itē ꝓuer. xx. Luxuriosa res ē vinū ꝛ tumultuosa ebrietas. quicunqȝ his delectatur nō erit sapiens. Itē Ihero. ꝛ ponit' ī ca. di. xxxv. Ecclesie. Uenter inquit mero estuans cito despumat in libidinē. Ubi eni ebrietas. ibi libido dominat'. hec ille. Uñ ezechie. xvj. Hec fuit iniqtas sodome sororis tue. supbia. saturitas panis ꝛ abūdantia. ꝛ ocium ipius. Unde ꝛ loth quem sodoma non vicit. vinū nimio potatū vicit. nam ex nimia vini potatione inebriatus duplicez incestum ɔmisit. q̄ ambas ꝓprias filias carnal'r cognouit. vt pȝ Gen. xix. Et ideo merito dicit Ihero. q̄ venter ꝛ genitalia sibimetipsis sūt vicina ꝛ vicinitate membrorum ɔfederatio intelligatur vitiorꝫ. hec Ihero. ꝛ ponit' ī ca. di. xliiij. Cum autē. Quartum malum sequens ex predicta specie gule est q̄ claustra anie. id est virtutes dissipat. In cuius rei figurā legitur. iiij. Regū vlti. q̄ nabusardan princeps cocorū destruxit muros iherusalem. Nabusardan interptatur ꝓphanās paleas. ꝛ significat ipm̄ ventrē qui quasi cocus est omniū membrorum tota die et nocte ꝓphanās paleas. i. concupiscit cibos carnales qui cito consumūtur vt palee. Unde hieroni. P ex luxum ꝛ abundantiam voluptatum anime fortitudo mollescit ꝛ eius fortitudo dissipatur. Unde ysidorus in de summo bono li. ij. ca. xlij. Sicut inquit omnes carnales cupiditates abstinentia resecantur. ita oīs anime virtutes edacitatis vicio destruuntur. Unde Augustinus. Ebrietas inquit aufert memoriam. dissipat sensum. confundat intellectum. concitat libidinē. inuoluit linguam. corrumpit sanguinem. omnia mēbra debilitat. vitam diminuit. ꝛ omnem salutem extermīnat hec ille. Item ambro. in libro suo de penitentia. Ebriosus inquit cum absorbet vinū absorbetur a vino. abhominat' a deo. despicitur ab angelis. deridetur ab hominibus. destituitur a virtutibus. confunditur a demonibus. conculcat' ab hoībus. hec ille Itē idē in eodem. Ebriosus inquit confundit naturam amittit gratiam. perdit gloriaȝ. ꝛ incurrit dāpnationem eternam. hec ille Quintum malum ē q̄ corpus ꝛ animam coinquinat. Unde Apostolus. ij Pe. ij. loquens de gulosis dicit. Hi sunt velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem ꝛ perniciem in his que ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt percipientes mercedem iniusticie voluptatem existimātes dici delicias cōmuni inquinationis ꝛ madere delicijs affluentes ꝛ inconuiuijs suis luxuriantes vobiscum oculos habētes plenos adulterij ꝛ incessabilis delicti pelliciētes aīas instabiles. Et ideo merito dicit beat⁹ Ihero. et ponitur in cano. di. xliiij. Cum aut. q̄ comesatōnes nō solū sacerdotibus sed et laycis sunt noxie. qui festinos et solemnes dies non aliter se digne celebrare putant nisi comesatōibus deseruiant. Nā dicit Iheroni. ꝛ ponit' in ca. di. xxxv. Ecce principes. q̄ eccl'ie pricipes q̄ delicijs affluunt. ꝛ inter epulas atqȝ lasciuias pudiciā seruare se credūt. ꝓpheticus sermo describit q̄ eijciendi sunt de spaciosis domib⁹ latisqȝ ɔuiuijs: ꝛ multo labore cōquesitis epulis Et si vis

ſcire ꝙ eijciendi ſūt ꝓpter malas cogitatiões ⁊ oꝑa ſua euangeliū lege.ſ.in tenebras exteriores vbi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. An non cōfuſio ⁊ ignominia xp̄m ieſum crucifixū.pauperē ⁊ eſurientē farſis predicare corporibus ⁊ ieiuniorū doctrinā rubētes buccaſq₃ ora tumētia proferre. Si in loco apoſtolorū ſimus nō ſolū ſermonē eorū imitemur ſed etiam abſtinentiā.hec ille. Vñ ⁊ de talibus voluptuoſis ſe ipſos guloſitate ingurgitantibus loquit̃ apoſtolus Iude ij.dicens. Hi ſunt macule ꝯuiuantes ſine timore ſemetip̄os paſcētes. Non eñ dicit ꝙ ſint maculati vel maculoſi.ſed ip̄e macule.quia ſeipſos ſpōte maculant ⁊ alios per exemplum.excitationem.⁊ malum ꝯſortium. Unde Eſa.v. Ve qui potētes eſtis ad bibendum vinum ⁊ fortes ad miſcendum ebrietate.cuiuſmodi ſunt illi qui cogunt alios ad inebriandum.et ſub vrbanitate palliant mortale peccatū Vnde abacuc.ij. Ve qui potum dat amico immittens fel inebrians.hoc eſt qui potum dat occaſione inebriandi aliquem vt aſpiciat nuditatem eiꝰ. Vnde vt dicit beatus Aug. Qui ad bibendum ꝓnꝰ fuerit.⁊ ad cogendum alios vel adiurare voluerit. pro ſe et ꝓ alijs in iudicio reus erit. Sextum malum eſt ꝙ corpus ⁊ animā occidit.vnde Eccī.xxxvij. In multis eſcis erit infirmitas. Et ſequitur. Propter crapulam multi obierunt Vnde holofernes bibit vinū multum ⁊ interfectus ē a muliere vt patet Iudith.xij. Item Amon cum temulentus eſſet a vino interfectꝰ eſt a fratre ſuo abſalon.vt patet.ij. Reg. xiij. Item filijs ⁊ filiabus Iob veſcētibus ⁊ bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti ventus vehemens irruit a regione deſerti ⁊ cōcuſſit quatuor angulos domꝰ.que corruens oppreſſit eos ⁊ mortui ſunt. Septimū malū eſt ꝙ depaupat. Unde ꝓuerbio.xxj. Qui diligit epulas in egeſtate erit. qui amat vinū et pinguia nō ditabitur.⁊ hoc neduȝ verum eſt bonis fortune.ſed etiaȝ de bonis gratie. Et nimiꝝ quia hoc peccatū facit hominē derelinquere deum a quo omnes diuitie gratie effluunt. Vñ deutero.xxxij. Incraſſatus eſt dilectus ⁊ recalcitrauit. incraſſatus impiguatus.dereliquit deum factorem ſuum ⁊ receſſit a deo ſalutari ſuo. Octauum malū eſt ꝙ omnia ſecreta reuelat. Vnde ꝓuer.vlti. Nullum ſecretum vbi regnat ebrietas. Et ideo ſacerdotes ſpecial'r quibus ſecreta populi in confeſſione reuelanda ſunt ab ebrietatis turpitudine ſummopere precaueant. Vnde canon Preſbiter aūt dyaconus alee aut ebrietati deſeruiens.aut deſinat.aut certe deponat̃.ſubdyaconꝰ aūt aut alias cantor aut lector ſimilia faciēs.aut deſinat.aut a cōmuniōe priuetur ſimiliter ⁊ laycus.hec cañ diſt.xxxv. Ep̄s. Uñ ꝓ eo ꝙ in tabernis maxime occaſio ebrietatis contingit. Ideo ꝓhibet lex ſacerdotibꝰ exercere tabernas dicens clerici edendi aut bibendi cauſa tabernas non ingrediantur niſi peregrinationis cā ꝯpulſi.hec ca. di.xliiij. Clerici. Propter eñ p̄dicta mala q̄ ex crapula ebrietate oriunt̃ dicit dñs Luce.xx. Attendite ne grauentur corda veſtra crapula ⁊ ebrietate.

Capitulum VII

Q[V]arta ſpecies gule ē

eſt quādo quis ardenti auiditate ſumit cibum et potum. Contra qđ dicitur Eccī.xxxvij. Noli auidus eſſe in omni epulatione neq₃ te effundas ſuꝑ omnem eſcam Sed ꝓ iſto eſt notandum ꝙ ſicut dicit beatus Greg iij.mora. Nos cibus ſ₃ appetitꝰ eſt in vitio.q₂ lautiores cibos plerūq₃ ſine culpa ſumimus.⁊ abiectiores cū reatu ꝯſcientie deguſtamꝰ Unde Aug. Delicie quelibet ſi abſq₃ deſiderio percipiantur non officiunt.⁊ viles ſi appetenter ſint accepte impediunt ꝑfectum abſtinētie Vnde dauid aquam ꝯcupitā effudit.⁊ helias carnes comedit.et virtutem corporis carnem edendo ſeruauit.hec auguſtinus.⁊ ponitur in cano di.xlj. Delicie. Itē yſidorus in de ſummo bono.li.ij.ca.xlij. Non qualitatem ciborum inquit ſed eorum cupiditatem reprobamus. Nā ſepe acuratius p̄parata ſine gule cōcupiſcentia deguſtant̃.⁊ ſepe abiecta ⁊ vilia ad edenduȝ cupiditate ſumunt̃:ſicq₃ fit vt nō ſit culpa ciboꝝ q̄litas.ſed id reputetur in viciū quod cū deſiderio deguſtatur. Et ſequit̃. Plerūq₃ voluptas veſcendi ita ſub obtentu neceſſitatis ſurripit.⁊ dū putat̃ ſeruire neceſſitati voluptatis deſiderio ſeruiat̃.hec ille. Ex quibꝰ patet ꝙ vitium gule aliquādo etiā ꝯmittitur cum abiecta ſumuntur. Nā antiquus hoſtis primū hominē nō carne ſed pomo ſubdidit Et eſau ꝓ pane ⁊ lentis edulio.i.pulmēto facto ex lentibus p̄genita ſua ꝑdidit.ſ₃ xp̄s carnes ⁊ piſces comedit.ſ₃ nō peccauit. Et iđ dic̄ aug. ꝙ meliꝰ ē piſces comedē more dñi q̄₃ lēticulas more eſau. Quia vt dicit bern.ad ſanitatē corꝑis quāto honeſtiꝰ ⁊ ordinatiꝰ cibꝰ ingreditur tanto ſalubrius ⁊ faciliꝰ digeritur. Signum aūt inordinate auiditatis in ſumēdo cibum ⁊ potū eſt tremor manuum cibum et potum tangentium.⁊ inordinata feſtinatio ſcindendi.comedendi ⁊ deglutiendi.⁊ deuorandi cibum et potum.et totum vultum ſuper cibaria cum oculis carneis effundere. Et ſicut dicit linco.in de oculo morali. Oculi guloſorum dicunt̃ carnei.q₂ ad ꝓcurandū carnē totaliter ſunt intenti. Vñ Iob.x. Nunquid oculi carnei tibi ſunt. Guloſus eñ viſo delectabili ciboꝝ oculo capitur quaſi hamo. Unde Iob.xl. In oculis eius q̄ſi hamo capiēs eū. In hamo nāq₃ q̄ piſcis capit̃ eſca ſupponit̃.ſ₃ ferrū interiꝰ occultat̃.ſic ⁊ in cibo delectabili exteriꝰ dulcedo reſꝑgit̃ q̄ guloſus allicit̃ interius tamē latet aculeus quo mens ſpiritualiter ſauciatur.hec Linco.

Capitulum VIII

Q[V]inta ſpecies gule ē

ſtudioſa preparatio ciborum vt guſtui administrent potius delectationem q̄₃ nature debitam nutritionem. Hac ſpecie gule peccauerunt filij heli qui carnes crudas a populo accipiebant vt delicatiꝰ ſibi facerent eas contra legis ꝯſuetudineȝ preparari.vt patet.j. Regum.ij. Has enim quinq₃ gule ſpecies connectit quidam metricus ſub hac cōpendioſitate verborū. Prepropere.laute.nimis.ardenter ſtudioſe. Prepropere.quādo preuenit tempus comedendi. Laute quādo querit cibos delicatos. Nimis qñ excedit debitā neceſſitatē. Ardenter qñ appetitus ē vehemēs. Studioſe qñ curioſe vel delicate cibi preparant̃. Supradictis eñ quinq₃ gule ſpeciebus due alie poſſunt ſuperaddi. Quarum

prima est cum quis nimis frequẽter sumit cibũ vel potum. Frequens enim sumptio cibi vel potus nimis nociua est corpori. Scõm eni medicos de deterioribus verbis est cibum addere super cibum indecoctũ. Unde Criso. Nihil enim inquit sic iocundum est sicut cibus bene digestus aut decoctꝰ. nihil sic sensuum acumẽ opaꝛ. nihil sic egritudinẽ fugat sicut moderata refectio. sufficientia quippe cuꝫ nutrimento ⁊ sospitatẽ simul etiã ꝓcreat voluptatem abundãtia vero morbũ facit ⁊ molestias ingerit. et egritudines generat ⁊ facit. qͦ eni facit fames hoc etiã plenitudo ciborũ magis aut multa peiora. Fames quippe in paucis diebus hominẽ aufert liberat ex hac vita penali. excessus ṽo ciboꝝ ꝯsumit et ꝯputrescere facit corpus humanũ. ⁊ macerat egritudine diuturna ⁊ sic eum morte crudeli ꝯsumit. hec Chriſ. ⁊ poniꝛ i ca. de ꝯse. di. v. Nil ei. Alia spẽs gule est qñ quis varijs ferculis. id est varijs generibus ciborũ vult vti. De q̃ varietate dicit Seneca. Fastidientis stomachi est multa degustare. que cuꝫ varia sint ⁊ diuersa inq̃nant naturã ⁊ nõ alunt. nam natura paucis ꝯtẽtaꝛ. sed voluptas multa desiderat. varia et sup̄flua apperit fercula.

Capitulum IX

Ertiũ notabile de peccato gule ꝓmissum est de remedijs huius vitij ostensiuum. Pro quo notandũ ꝙ septẽ sunt remedia ꝯtra vitium gule. de quibus ad p̄ns possunt specialiꝛ assegnari. Primũ ẽ freq̄ns sermonis diuini refectio Hoc remediũ docet xp̄us Math. iiij. vbi legiꝛ ip̄m dyabolo temptanti eũ de vitio gule dixisse Non in solo pane viuit homo sed in om̄i verbo qͦ ꝓcedit de ore dei. Frequens enim sumptio cibi spiritualis interdum inducit abstinentiã et obliuionẽ cibi corporalis. Unde moyses ieiunauit. xl. diebꝰ ⁊. xl. noctibꝰ verbo dei corporaliter ⁊ spiritualiter sustentatus. vt patet Exo. xxiiij. Secundum remedium est diligẽs occupatio in bonis. Hoc eni remediũ insinuat salomon dicens. Q̃cũqꝫ potest manus tua instanter opare Eccs. ix. Nam vt dicitur Prouer. xxj. Desideria occidunt pigrum nolunt quicq̃ꝫ manus eius operare. tota die concupiscit ⁊ desiderat. Homo eni ociosus patitur fameꝫ vniuersalem. Aures eni eius esuriunt rumores. oculi vanitates. gutur cibos. ꝫ bona occupatio in magna parte sedat famẽ istam. Tertium remedium est elongatio ab his que dant occasionẽ excedendi in cibo vel in potu mensurã. cuiusmodi sũt delectabilitas. varietas ⁊ nimietas ciboꝝ et potuũ. Nõ est eni securũ accedere ad tabernã. ad conuiuium. vel ad mensã vbi nimia vel varia vel delicata apposita sunt homini qui vult cauere ab hoc vitio. Unde legitur Geñ. iij. ꝙ mulier vidit lignũ ꝙ bonũ esset ad vescendũ ⁊ pulcrũ oculꝭ. aspectuiq̃ꝫ delectabile. ⁊ tulit de fructu eius ⁊ comedit. ⁊ ꝓpter hoc abiecti sũt de paradiso in exiliũ huius mundi. ⁊ post i infernũ. Quartum remedium est consideratio penurie ⁊ abstinentia xp̄i in se ⁊ in membris suis ad qͦ monet nos dñs p ꝓphetã. Treno. iij. dicens. Recordare paup̄tatis et trangressiõis mee absinthij ⁊ fellis Paup̄tas etiã xp̄i in membris suis multum deberet homines retrahere a sup̄fluitate quam faciunt i conuiuijs suis cũ cogitant quantã paup̄tatem sustinet xp̄s in paup̄ibus et infirmis claudis ⁊ cecis qui interdũ non habent ad sustentationẽ nature sufficientiam panis et aque. Unde pariꝛ. Mirũ ẽ inquit quẽ sepe nõ remordet ꝯscientia diuitũ huius seculi quãdo cogitant ꝙ ipi subtrahunt ab ore dei in suis membris ꝙ ponũt in ore dyaboli. Pascunt enim filios dyaboli. s. malos diuites ⁊ impios tyrannos. ⁊ filios dei humiles. pauperes et claudos ⁊ cecos fame perire p̄mittunt. ⁊ in hoc homicidas crudeles filiorũ dei oñdũt se esse mainfestos. Unde gre. ⁊ ponitur in ca. di. lxxxvj. pasce. Quisquis inquit pascendo hominẽ seruare poteris. si non paueris occidisti Itẽ Ecci. xxxiiij. Panis egentium vita pauperis ẽ qui defraudat eos homo sanguinis est. Quintum remedium est frequens meditatio cene illius felicitatis eterne ad quam sumus inuitati. dicẽte christo Lu. xiiij. Homo quidam fecit cenã magnam ⁊ vocauit multos Qui enim inuitatꝰ ẽ ad cenã delicatã minus comedit in prandio vbi nõ habet nisi grossa cibaria ne cenã delicatã amittat. Sed certe sũt multi qui adeo facti sunt similes iumentis ꝙ de siliquis porcorũ. i. voluptatibus carnalibus quibus vtunꝛ porci dyaboli impleri desiderãt. ⁊ de illa delicata cena felicitatis eterne nõ curant cuius tamẽ sola esuries hominẽ reddit beatum. dicente xp̄o Math. v. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiã. Super quo pariꝛ. O inquit q̃ꝫ felicem facit illa plena refectio cuiꝰ esuries facit beatum. Sextum remedium est p̄fecta abstinentia. Unde Linco. in de venenis. Remediũ inq̃t ⁊ tyriaca ꝯtra venenũ gule est abstinentia. qͦ patet scdm phm. vij. de animalibus. vbi dicit ꝙ sputũ ieiuni hominis serpenti ẽ venenũ. ⁊ tñ nõ oĩno de veneno ⁊ morsu dyabolico curaꝛ homo p abstinentiã ꝫ etiã p or̃onẽ abstinẽtie iniunctã. Uñ Mathe. xvij. Hoc genus demoniorũ nõ eijcitur nisi i ieiunio ⁊ oratõe. Immo ⁊ serpẽs renouaꝛ p abstinentiã ƒm pliniũ. aristotelẽ et auicennã. Nam pellem deponit primo vsq̃ꝫ ad collũ. ⁊ p abstinentiã inde vsq̃ꝫ ad oculos. ⁊ postea p totũ corpus. Hoc etiã tangit glo. sup̄ illud Math. Estote prudẽtes sicut serpentem. Ac etiã Aug. ij. de doctrina xp̄iana. Modꝰ tamen deponendi est valde mirabilis. nam cum serpẽs sentit se grauatũ a morbo vel senio Prio diebꝰ plurimis abstinet a cibo. ⁊ sic pellis eius laxaꝛ a carne. Secundo gustata quadã herba amara ꝓuocaꝛ ad vomitũ. ⁊ sic eijcit humorem virulentum qui fuit causa sue infirmitatis ⁊ defectus. Tertio vt cutẽ rigidã temperet ⁊ mollificet in aqua se balneat ⁊ humectat. ⁊ tunc rimã petre angustã intrat. ⁊ cũ violẽtia transiens ab exteriori pelle se denudat. Quarto et h̄ soli expositus sic desiccat ⁊ i carnis sup̄ficie nouã recup̄at tunicã. ⁊ tunc sumptis viribꝰ clarius videt. repit fortius. ⁊ comedit auidius q̃ꝫ priꝰ. Si igiꝛ instinctus nature docet serpenteꝫ se renouare. ⁊ sic statũ quodãmõ innouare. quare rõalis creatura nõ recipit exempla. Quatuor gradus sunt q̃bꝰ innouaꝛ vita humana a gula qui sunt hi. Cibi subtractio. peccato vomitꝰ. i. detestatio. s. p confessionẽ ⁊ ꝯtritionẽ Generale ei remediũ ꝯtra venenũ in cibo sumptũ est vomitꝰ. sic venenũ spũale vomitur p ꝯfessionem.

Unde Ecclesiastes.v.Auarus non implebit pecunia. ꝛ qui amat diuitias fructũ nõ capiet ex eis In delicijs ꝓmittit delectationem. ꝫ dat finaliter amaritudinẽ. Unde Prouer.v. Nouissima illius amara quasi absinthiũ. Item Apoca.xviij. Quantum glorificauit se ꝛ in delicijs fuit tantum date ei tormentũ ꝛ luctum. In honoribus promittit sublimitatem.ꝛ dat subitam deiectionẽ. Unñ ps. Deiecisti eos dum alleuiarentur. Item inimici domini mox vt honorificati fuerint ꝛ exaltati deficientes quemadmodũ fumus deficiẽt. Item Job.xxiiij. ca.Si ascenderit vsq; in celũ superbia eius.ꝛ caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinium in fine pdetur.Senex fatuus diabolus est.qui senex dr̃ ꝓpter antiquitatem malicie.fatuus est quia stulticiã suã manifestauit.quãdo ait illud Isa.xiiij.ca. In celũ ascendam.ꝛ supra astra dei exaltabo soliũ meum. ꝛ similis ero altissimo. Consilio eñ predictorum maloꝝ consiliarioꝝ multi sunt infatuati. quorum omniũ consiliũ est a sapientibus fugiendũ. Unñ dr̃ Ecci.viij.Cum fatuis non habeas consiliũ. nõ eñ poterũt diligere nisi ea q̃ eis placent.Item ps. Beatus vir q̃ non abijt in cõsilio impioꝝ ꝛ in via peccatoꝝ nõ stetit.ꝛ in cathedra ꝛc̃.Et ideo merito sciens Job.Cõsiliũ inquit impioꝝ longe sit a me. Unñ Job.xxj.Et sicut consiliũ maloꝝ ẽ euitandũ. ita consiliũ bonoꝝ consiliarioꝝ ẽ eligendũ. Unde Ecci.xxxvij.Cor boni consilij statue tecum. Pro quo notandũ q; boni consiliarij deberent esse a vicijs immaculati ꝛ virtutibus pditi.vñ Ambro.lib. ij.de offi.dicit.q; in exeq̃ndis consilijs plurimũ valet vite probitas virtutũ prerogatiua. beniuolentie vsus.facultatis gratia.Et ponit exemplũ. Quis inquit in sceno fontẽ requirit.quis ex turbida aq̃ potũ repetit.vbi luxuria ẽ. vbi intemperantia ẽ. vbi vicioꝝ cõfusio qs nõ horrendã existimet vitam.qs nõ despiciet moꝝ obliuionẽ. qs vtilẽ aliene cause iudicet.quẽ ipse videt inutilẽ sue vite.hec ille. Itẽ bea.Aug.in ep̃la ad iulianũ comitẽ. Elige inq̃t tibi cõsiliarios deũ timentes ꝛ veritatẽ amantes. sepe eñ adulatores blanda facie decipiũt aĩas audientiũ se.ꝛ ppetua morte interimũt. De talibus dicit ps.Deus dissipabit ossa eoꝝ q̃bus hoibus placent.cõfusi sunt qm̃ deus spreuit eos. Et iõ merito bea.Berñ.ad cõsiliũ inq̃t soli eligant q̃ ꝛ prudentes esse videant ꝛ beniuoli.absq; prudẽtia ꝛ beniuolentia nõ sunt pfecta cõsilia de nr̃o generi ab imperfectione sua.vix in multitudine hoim vnũ reperies in vtraq; gr̃a consummatũ.hec ille.Dic̃ eñ Holgot in lectura li.sapie.lectione.cxxxij.q; mali consiliarij maxime sunt piculosi in cõitate q̃cũq;. q2 sicut bonis consiliatoribus stabilit̃.sic in malis cõsistit cõfusio ꝛ subuersio eiusdẽ. Dicit eñ Tullius in li.suo.de senectute.li.iij. q; dantes cõsiliũ in republica plus agũt q̃ alij ad ciuitatis cõseruationẽ.qd̃ ostendit p exemplũ gubernatoris nauis de quo prius dictũ est. Debẽt igitur consiliarij habere in conuersatione sanctitatem.in verbo veritatem.ꝛ in zelo equitatem. ꝛ in experimento sagacitatem. ꝛ ideo pro eo sicut testatur phus in senib9 viget sapientia. ideo merito senes eliguntur consiliarij.Unde dicit Ambro.in suo exameron. omnis

j.Senectus est in consilijs vtilior. ꝓpter quod dr̃ Ecci.xxv.q̃ speciosum iudiciũ canicie ꝛ p̃sbyteris cognoscere consiliũ.q̃ speciosa veteranis sapiẽtia ꝛ gloriosus intellectus ꝛ cõsiliũ corona senũ. multa peritia ꝛ gloria illoꝝ timor domini.ꝛ idem pcepit dñs moysi vocare seniores ad consiliũ vt patz Exod.iij.Et tales in romana republica senatores vocabãtur. Unñ sicut dicit Papias.ꝛ de hoc habetur in principio historie romanoꝝ. vbi dicit̃ q; romulus condita ciuitate quã ex nomine suo romã vocauit centũ ex senioribus elegit quorũ consilio omnia ageret.quos senatores ꝓpter senectutem.ꝛ patres ob sollicitudinem cure nominauit hoꝝ ab initio condite vrbis nomina aureis litteris scribebantur. ꝓpter qd̃ ꝛ patres scripti dicebant̃. Isti eligebantur.postq̃ meriti in diuersis statibus ꝛ officijs extitissent.tanto aptiores sapientie.quanto in exercicijs minus possent. Istoꝝ apud grecos tantus honor fuit q; nunq̃ duces eoꝝ ꝓcederent. nec aliq̃d solenne facerent sine eoꝝ consilio.ꝛ sicut tales senatores ꝛ cõsiliatores sunt reipublice vtilissimi qñ sunt boni ꝛ virtuosi.ita sunt iudices principes et p̃lati pnitiosissimi qñ sunt mali ꝛ viciosi.ꝛ qñ hñt zelũ p cõmodo suo priuato ꝛ psonali.ꝛ nõ p bono cõi.ꝛ quãdo sunt corrupti cupiditate ꝛ receptione muneꝝ.ꝛ qñ sunt nimis timorosi ꝛ dissimulant dicere veritatẽ.ꝛ qñ odio ꝛ rancore regulãtur.tales cõsulendo principẽ destruũt quẽ regere ꝛ dirigẽ deberẽt ꝛ fiũt nõ soliũ princ̃pi ꝫ toti reipublice pessimi inimici. quoꝝ cuilibet dici põt illud qd̃ dicit paulus elymati mago. Actuũ.xiij.ca.O plene omni dolo ꝛ om̃i fallacia fili diaboli inimice ois iusticie nõ desines subuertere vias domini rectas.Talis cõsiliator fuit ille aman pessimus q̃ simplicitatẽ nobilissimi principis assueri fraudulentis cõsilijs circũuenit. ꝛ nobilis regis innocentiam ad nephandã crudelitatem induxit.vt patet Hester.iij.ca.Tales igit̃ sunt cõsiliarij repudiãdi p prudẽtiã. sicut fecit idẽ rex assuerus impijssimo cõsiliario suo aman.qñ iniquã sententiã ad suggestionẽ ꝛ cõsiliũ eiusdẽ aman datam de occidendo toto genẽ iudeoꝝ misericordit̃ reuocauit. ꝛ ipsum aman in patibulo qd̃ parauit mardocheo suo fideli proximo suspendi pcepit.

Capitulũ XLV

Sed est insuper notandũ.

q; p eo qd̃ difficile est sp cognoscere qs sit cõsiliarius bon9 ꝛ qs malus. igit̃ p cõsiliario añ omes eligẽdus est de9. vñ Thobie iiij.ca.Dia cõsilia tua in ipo pmaneãt.Item Jac. j.ca.Si qs aũt vr̃m indiget sapia postulet a deo. q̃ dabit omibus affluenter. Item.ij. Paralip.ij.ca. Cum ignoremus quid agere debeamus. hoc soliũ habemus residuũ vt oculos nostros dirigam9 ad te domine. Item Ecci.xxxvij. In his omnib9 depcare altissimũ vt dirigat viam tuam. Sic fecit ille rex prudens. ꝛ sanctus Dauid qui consulebat dominũ anteq̃ ardua facta aliqua aggrederet̃. Unde.ij.Regũ.xxiij.ca. Nunquid vadam ꝛ percutiam philisteos. Et de hoc Augustinus.in tractatu de lapsu mũdi. Quãuis inquit consiliarius

prudentioꝛ xp̄o.queramus ab eo consilia. ⁊ habebimus copiam sapientie q̄ est xp̄s. Vñ ⁊ ipse est consiliarius vnus.de quo dr̄ Ecci.vj. capitulo Multi pacifici sint tibi.⁊ cōsiliarius sit tibi vnus de mille. Nisi enim ab ip̄o cōsiliario emaneant consilia sicut a fonte sapiētie ⁊ nisi tendāt finaliter ad consilia sua implēda instabilia ⁊ enoꝛmia sunt. Vnde Sene. epistola.xviij. Errant inquit consilia nostra.quia non habentur quo dirigantur.⁊ quia iustus a deo querit consilium. ⁊ nititur adimplere consilium a deo datū.ideo de ip̄o dicit̄ Ecci.xxxix. Ipse diriget cōsilium eius ⁊ disciplinam.⁊ in abscondito suo consiliabit̄. Itē Seneca in quadam epistola. Bonus inquit vir sine deo nemo est.non pōt aliq̄d supra foꝛtunaꝫ nisi ab illo adiutus exurgere. ille dat magnifica consilia ⁊ electa. Talia consilia fuerunt q̄ attulit in mūdum istum.ille rex pacificus sapientia dei patris. De quo Isaie.ix. Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius. Consilia eius consilia sunt pacis. Et sicut dicitur Prouerbio.xij. Qui aūt pacis inuenit cōsilia sequit̄ eos gaudiū. Pro quo notandū ꝙ rex noster pacificus ih̄us xp̄us ꝓ redemptōne ⁊ salute generis humani veniens in hūc mūdum tria cōsilia pacifica ⁊ euangelica de quibus ad p̄sens secum attulit. ⁊ suis fidelibus administrauit.

Capitulū XLVI

Primum regis pacifici consiliū est cōsiliū castitatis cōtra carnis cōcupiam. de quo cōsilio dicit xp̄s Mat.xix. Nō omnes capiūt istud v̄bū .i.consilium castitatis.ſꝫ quibus datū ē.Et subdit. Qui pōt capere capiat.q̄ intendit delicijs carnis non habet pacem cum carne. De isto enim pacifico ⁊ euangelico consilio loquitur apostolus.j.ad Corinth.vij.dicens. De virginibus auteꝫ preceptū non habeo.consilium autem do tanq̄ misericoꝛdiam consecutus a domino vt sim fidelis. Sup quo Hieronimus.Quare inquit preceptum domini non habet de virginitate.⁊ respondit dicēs quoniā maioꝛis meriti est quod nō cogitur ⁊ offertur.virginitas autem difficile seruatur. ⁊ ideo maioꝛis meriti est. Plus amat virgines christus quia sponte sibi tribuūt quod eis non fuit imperatum.hec ille. Sed pro isto est notandum ꝙ castitas virginalis floꝛens est sicut lilium. Vnd̄ Canticoꝝ.ij. Sicut lilium inter spinas.sic amica mea inter filias. Et nota ꝙ lilium habet sex folia candida niuei coloꝛis. ⁊ sex grana aurei coloꝛis. Sex folia candida signant sex que ad conseruationem candoꝛis virginitatis sunt necessaria.

Primum folium est cibi ⁊ potus sobrietas q̄d folium tanq̄ spine lacerant crapula ⁊ ebrietas.et ideo dicit xp̄us suis discipulis quos caste et sobrie voluit viuere Luce.xxj. Attendite autē vobis ne grauentur coꝛda vestra ex crapula ⁊ ebrietate. Vnde Loth inebriatus duplex inceſtuꝫ cōmisit.quia ambas filias ꝓprias carnaliter cognouit.vt patet Genesis.xix. Et ideo merito dicitur Prouerbioꝝ.xx. Luxuriosa res vinum ⁊ tumultuosa ebrietas.quicunq̄ hu̇js delectatur non erit sapiens.Et ideo beatus Hieronimus ad Eustochium virginem. Virgo inquit xp̄i vinum fugiat vt venenum. Itē apostolus ad Ephes.v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria ⁊c. Secūdum folium est laboꝛis strēnuitas.Sed istud folium tanq̄ spina lacerat ociositas que ē magna causa luxurie inductiua. Vnde Ezechielis.xvj. Hec fuit iniquitas sodome soroꝛis tue supbia.saturitas panis.abundantia ⁊ ocium. Terciū folium est habitus asperitas. Istud enim foliū tanq̄ spina lacerat habitus curiosi oꝛnatus. vñ Numeri.xxv. Filij israel foꝛnicati sunt cum mulieribus moabitarum que se curioso oꝛnauerant apparatu. Item iudas concubuit cum thamar nuru sua que depositis viduitatis vestibus curiosis iocunditatis vestibus se oꝛnauit. vt patet Genesis.xxxviij.ca. Item holofernes ex pulcritudine iudith ⁊ curioso oꝛnatu quo se induerat ad concupiscentiam carnalem allectus caput suum perdidit.vt patet Judith.xiij. Quartum folium est custodia sensuū ⁊ maxime quo ad visum ⁊ auditum.quia curiositas videndi ⁊ audiendi noua tanq̄ spina lacerans est castitatis.vt patꝫ Gene. xxxiiij.de Dina filia iacob.que egressa vt videret mulieres regionis terre chanaan coꝛrupta est a sichē filio emoꝛ principe illi⁹ ciuitatis. Quintum folium est modestia sermōis. Sed istud folium tanq̄ spina lacerans est loquacitas vel sermonis scurrilitas.Unde Seneca. A verbis inq̄t turpibus abstinete.quia licentia eoꝛum impudētiam nutrit.Vñ apostolus.j.ad Coꝛinth.xv.Coꝛrumpūt enim bonos moꝛes colloquia praua.

Sextum folium est fuga occasionum peccandi. Sed istud folium tanq̄ spina lacerans est nimia ⁊ solitaria familiaritas inter virum ⁊ mulierem.Vñ thamar filia dauid coꝛrupta ē ab amon fratre suo.quia sola cum solo fuit in thalamo. vt patet.ij.Regū.xiij. Sunt etiam in lilio sex grana aurea siue aurei coloꝛis. in quibus figuratur triplex modus diligendi deum.⁊ triplex causa q̄re deus est summe diligendus. Unde q̄tum ad p̄imum est notandum ꝙ diligendus est prudenter.ne decepti ab amoꝛe amoꝛe eius discedamus dulcit̄.ne illecti ab amoꝛe dei absciндamur. Foꝛtiter ne oppressi ab amoꝛe dei euellamur. Et q̄tum ad secūdum notandum est ꝙ ſm Bern̄.tres sunt cause quare deus precipue est diligendus. Primo est diligēdus toto coꝛde.quia noster creatoꝛ.Secūdo tota anima quia noster redemptoꝛ Tercio tota mente.quia noster remūeratoꝛ est.

Capitulū XLVII

Secundum regis pacifici consilium euangelicū est consiliuꝫ voluntarie paupertatis ꝯtra ꝯcupiam

oculorum. Unde sicut dicit Sene. Quietissime viuerent homines si hec duo verba tollerent. scȝ meum ⁊ tuum de mūdo. De isto enim pacis cōsilio dicitur Math. xix. cap̄. Si vis perfectus eē vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperibꝰ. ⁊ habebis thesaurum in celo. ⁊ veni ⁊ seq̄re me. scȝ in voluntaria paupertate. Unde ⁊ dominꝰ noster iesus christus pauper erat i natiuitate. ⁊ pauper in vita. ⁊ pauper in morte. ¶ De paupertate xp̄i in eius natiuitate loquitur Crisostomꝰ. omel. ij. ope. imper. loquens de tribus regibus q̄ magni itineris laborem ad querendum xp̄m in eius natiuitate susceperunt. Quid inquit glorio sum videntes in puero gauisi sunt regem querētes tanti itineris susceperūt laborem. Nunq̄d viderunt pallatiū marmoreum splendidū. nūquid matrem eius diademate ornatam aut in lecto aureo recūbentem. nūquid puerū auro vel purpura inuolutum. nunquid regiam curiam diuersis populis personātem. non. Sed quid. pandochiū tenebrosum ⁊ sordidū magis animalibus q̄ȝ hominibus aptum. in quo nemo erat contemptus quiescere nisi itineris necessitate coactus. matrē eius vix tunicam vnam habentem non ad ornamentum corporis sed ad tegimentum nuditatis ꝓficientem ⁊ qualem habere poterat carpentarij vxor paupercula ⁊ hoc in peregrinatione constituta. puerum pannis sordidis inuolutū. ⁊ in sordidiori presepio equorum positum quia locus ille sic erat angustus vt nec ponendi spaciū infantem inueniret. si ergo regē terrenū querentes venissent. magis confundendi fuerant q̄ȝ gauisi. q̄r tanti itineris laborē sine causa suscepissent. nūc autem quia regem celestem querebant ⁊ si nihil regale vidissent in eo solius stelle testimonio cōtenti gaudebant. hec Crisostomus. Secūdo in vita sua similiter pauper fuit cū non habuit marina castella. villas nec domū vbi caput suum reclinaret. Unde Bernhar. v. florum. capitło. xxx. Omniū inquit bonorum eterna in celis affluentia superabat. sed paup̄tas non inueniebat in eis porro in terris abundat ⁊ supabundat hec spēs. ⁊ nesciebat preciū eius. hanc itaq̄ȝ dei filius cōcupiscens descendit vt eam eligat sibi ⁊ nobis sua estimatione faciat p̄ciosam. descendit ab inūerabilibus celi diuitijs ⁊ veniēs in mūdū. nec istas qualescunq̄ȝ diuitias habere voluit. Sed in tanta paupertate venit vt natus cōtinuo poneret in p̄sepio. q̄r non erat ei locus in diuersorio. ¶ Tercio in morte sua etiam erat pauper. vnde nudus ductus erat ad mortem. nudus crucifixus. ⁊ quādo erat mortuus non habuit ꝓprium sepulcrum in quo poneret. Istam xp̄i paupertatem in natiuitate in vita ⁊ in morte. testatur euangeliū mat. xviij. dicens. ꝙ vulpes foueas habēt ⁊ volucres celi nidos vbi reponant pullos suos. filius autē hominis non habet vbi caput suum recliner. q̄si diceret. volucres celi habēt nidum in quo ponūtur cū producūtur. sed filius virginis verus deꝰ ⁊ homo nō habuit nidum. id ē cunabule vbi reponeretur. quando erat de virgine natus in mūdum nisi presepe. iumentis magis q̄ȝ hominibꝰ aptū vulpes habent foueas vbi quiescunt post labores sed filius virginis non habuit sepulcrū ꝓpriū in quo potuit quiescere post laborē passionis sue quam sustinuit pro hominis saluatione. nec in tota vita sua habuit propriam domum in qua reclinaret caput suum. Sed sicut dicit bern̄. v. florū. cap̄. xxx. vere magna abusio est vt diues esse velit vermiculus vilis propter quem deꝰ maiestatis ⁊ dominus sabaoth voluit pauper fieri. ditior deniq̄ȝ xp̄i paupertas cūctis opibꝰ cūctisq̄ȝ thesauris. quid em̄ humilitate dicimꝰ. aut q̄d p̄ciosius inuenietur. per quam nimirū regnū celorū emitur ⁊ gratia diuina acquiritur. Uis obtinere celum paupertatis vilitatem amplectere ⁊ tuū erit. non enim paupertas virtus reputatur sed paupertatis amor amicicia pauperꝝ regni celorꝝ amicos constituit. amor v̄o paup̄tatis reges deniq̄ȝ regnū celorum pauperꝝ est. beatus q̄ post illa non abijt que possessa onerant. amata inquinant amissa cruciant. magna quidem penna est paupertas qua tam cito volatur in regnū celorꝝ. Nam paupertas non tm̄ promittit sed etiam datur regnū celorꝝ. sed videmus aliquos pauperes qui si haberent veram paupertatem nō adeo pusillanimes inuenirentur ⁊ tristes. sed considerarent se reges futuros esse ⁊ reges celi. sed hi sunt qui pauperes esse volūt eo tamen pacto vt nihil eis desit. ⁊ sic diligunt paupertatem vt nullā inopiam patientur. homines aūt bone voluntatis sunt qui pauperes esse volūt. xp̄iana volūtate diuitias paupertate commutauerūt. vel etiam nō habitas tanq̄ȝ habitas contempserūt. relinquentes omnia ꝓpter xp̄m sicut ⁊ ipse reliquit omnia ꝓpter eos. sequūtur eum quocūq̄ȝ ierit. Felix voluntaria paupertas relinquentiū omnia ⁊ seq̄ntium te domine iesu. vere martyrij genus voluntaria paupertas est. nam quid sibi vult ꝙ eadem premissio facta est martyribus ⁊ pauparibꝰ. nisi ꝙ vere martyrij genus paupertas volūtaria est. Quid mirabilius aut quod martyriū grauius ē q̄ȝ inter epulas esurire. inter vestes multas ⁊ preciosas algere paupertate premi inter diuitias q̄s offert mūdus. quas ostendat diabolus. quas desiderat nr̄ ipe appetitus. an nō merito coronabitur qui sic certauerit. Uoluntaria paupertas suos amatores a gemina impugnatione qua huiꝰ mūdi amatores expugnantur. reddit securos. scȝ a propria inuidia ⁊ aliena. Paupertas enim dū putatur misera aliena caret inuidia. ⁊ quia ē voluntaria nemini quicq̄ȝ inuidet. hec ille. Aliq̄ tamen sunt pauperes sed non volūtarie pauperes. quoniam quando vident diuites a multis honorari ꝓpter suas diuitias. conquerūtur deo ꝙ nō dedit illis diuitias sed inopiam ⁊ mūdi tribulationem dicentes cum propheta Hieremie. xij. c. quare via impiorꝝ prosperatur. bene est omnibus qui preuaricantur ⁊ inique agūt. Item dicūt cū Psal. Ecce ipi peccatores ⁊ abundantes in seculo obtinuerūt diuitias. quibus xp̄s potest respōdere sicut respondebat Petro quando lauit eius

pedes dicens. Quod ego facio nescis modo scies aūt postea. Johan. xiij. nouit enī deus ꝙ multi q̄ damnabūtur faciūt quedam bona de genere opa. ⁊ multi qui saluabūtur quedam mala faciūt opa. ⁊ ẜm diuinā iusticiam nullū bonū irremuneratū. nec aliquod malū erit impunitum. Ideo illos q̄ saluabūtur ⁊ faciunt hic mala deus punit ⁊ castigat tanq̄ pater in presenti. aliquando per paupertatem. aliquando per infirmitatem vel alias tribulationes ⁊ illos qui damnabuntur remunerat per mūdanas diuitias. ⁊ prosperitates. Unde Luce. xvj. dicit diuiti epuloni. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua. ⁊ Lazarus similiter mala. q̄si diceret. quia tu iam damnatus fecisti quedam opera bona in vita tua. ideo recepisti mercedē eorum in mūdo. ita ꝙ nūc nullum bonū remanet tibi remunerandum. sed malum puniendum. ⁊ q̄a Lazarus iam saluandus peccauit aliquando. ido recepit mala in vita sua. sc3 penas tempales. ita ꝙ nūc in eo nihil remanet malum puniendū sed bonum remunerandum. ideo subditur. hic aūt cōsolatur. tu vo cruciaris. ideo ne damnemur cum impijs ꝓ diuitijs terrenis. sequamur xp̄m in via voluntarie paupertatis. Nam vt dicitur Math. v. c. Beati pauperes spiritu quoniam ipsoꝝ est regnu3 celorū vbi paupertas spiritus vocatur paupertas voluntaria cum intentione spūali. Unde Bernh. in quodam sermone super eodem. Attēde inquit ꝙ non simpliciter pauperes nominat ꝓpter plebeos pauperes necessitate miserabili. sed non voluntate laudabili. spero equidem ꝓfuturam eis apud diuine bonitatis misericordiam hancipam sue afflictionis miseriam. scio tamen in hoc loco dominū non fuisse de huiusmodi locutum. sed de his q̄ possunt dicere cum ꝓpheta. Uolūtarie sacrificabo tibi. Unde Linconieñ. in quodā sermone de paupertate. ℞ Pauperes inquit dicūtur trib9 modis. Nam quida3 sunt pauperes qui tempalia nō habent. ⁊ tamen ea ardenti cupiūt desiderio. et hij sunt pauperes rebus ⁊ non tamē spiritu. Alij sunt pauperes qui habent temporalia. non tamen illicito amore eis adherent ⁊ hij sunt pauperes spiritu ⁊ si non rebus. Tercij sunt qui carent tempalibus ⁊ ea non cupiūt. sed potius ea ꝓ amore xp̄i refugiunt vt xp̄m nudum nudi sequant. ⁊ hij sunt pauperes spiritu pariter ⁊ rebus specialit ore saluatoris beati. Item Lincoñ. in quodam sermone qui sic incipit. Pauper ⁊ inops laudabūt nomen tuum. Hec inquit nomina diues ⁊ pauper dupliciter significāt. Dicitur nāq̄ diues tā ab actu possidendi diuitias q̄ etiam ab habitu ⁊ affectu anime quibus ad diuitias afficit. Similiter et hoc nomē pauper dicitur aliquando a priuatōne actus habēdi quandoq̄ vo ab habitu ⁊ affectu animi ad non habendum diuitias. virtus autem ⁊ vicium circa mentis habitus ⁊ affectiones consistunt. actus autem habendi ⁊ non habendi res indifferētes sunt. res autem indifferentes nec virtuti nec vicio opponūtur. quapropter diues dictus ab actu habendi nō opponitur pauperi ẜm ꝙ paup dicit ab habitu vel dispositione animi. Afficitur aute3 anim9 humanus ad has tempales diuitias quadrupliciter. ⁊ tanq̄ ẜm quatuor gradus ad eas disponitur animus humanus. Quorū primus gradus collocatur in inferno. Primus nāq̄ gradus est cum animus tāto amore afficitur ad hec tempolalia et transitoria ꝙ pro ipsis acquirendis vel retinendis vult transgredi dei mandata. Cum enī trāsgressor mandatorum dei transgrediendo mandata dei desiderat illicite aliqua temporalia. manifestum ē ꝙ non summe deum diligit. ẜ magis diligit illud ꝓ quo tenendo siue habendo mandata dei transgreditur. qui autem summe deum inuincibiliter nō diligit. non manet in caritate. Omnis autem qui nō est in caritate ẜm. statum in quo est condemnabilis ē ad pena3 gehenne. ꝓpterea tanta amoris affectio ad hec transitoria que pro illis retinendis deum deserit transgrediendo eius mādata ignibus gehenne si in hac vita taliter finiatur est addenda. Et forte res tpales corporee quas hic illicite amat homo. vere corporaliter vrent eum post iudicium vt patet supra parte. iiij. cap. ij. vbi agitur de quinto motiuo conferente ad detestationem auaricie.

Secūdus gradus est quando animus sic afficit ad hec transitoria ꝙ sine dolore ea amittere nō potest. proposita tamen electione de transgrediendo vel de amittendo hec transitoria preeligit omnia etiam in infinitum multiplicata. potius amittere q̄ transgrediendo mandatū dei derelinquere. Si enim pro omnibus transitorijs quantūcūq̄ multiplicatis vellet quis transgrediendo mandatū dei dimittere is non habet deum in amoris sui fundamento summa profunditate. Profundi9 nāq̄ deo in amore suo collocauit id pro q̄ vellet transgressione mandata dei deserere ⁊ huiusmodi amator tēporalium vt dictum est non manet in caritate. qui vo deum habet in amoris sui intimo fundamēto licet afficiatur sic ad trāsitoria ꝙ ea nō possit amittere sine tristicia. saluus erit fundamēti merito sic tamen quasi per ignem. quia vt dictum est grad9 iste in igne purgante collocatur sed tamen in celo terminatur. quia post purgationem eterna salus apprehenditur. Tercius vo gradus est cu3 animus sic afficitur ad ista trāsitoria ꝙ omnia potest sine dolore amittere. ⁊ sine leticia possidere. Iste gradus suam habet collocationem statim in celo quia ignis probans non inerit in eo quid per amorem excoquat vrendo. Et sequitur. Qui itaq̄ hūc gradū ascendit hoc statim recipit premij. ꝙ nō potest aliquo accidente aduerso contristari. Is ē nāq̄ de quo aicit Salomon Prouer. xij. Non cōtristabit iustum quicquid ei acciderit. Quecūq̄ nāq̄ accidat sic affecto aduersitas. ideo eum contristare non potest. quia nil ei eripit de hijs que appetūtur. Tristicia aūt omnis ⁊ dolor ē sensus absentie alicuius appetiti. propterea qui nil appetit qđ ei inuite possit surripi. non est vnde valeat contristari. Accidit quoq̄ ⁊ hoc ad cumulū laudis eius qui hūc gradum terciū conscenderit. ꝙ ipse potest hijs rebus transitorijs bene et recte vti. nec potest aliquis anteq̄ conscenderit hūc gradū in hijs trāsitorijs administrandis vsq̄quaq̄ rectū complere vsum. quapropter priusq̄ conscenderit quis hunc gradum horum temporalium administrationem

suscipere. ꝛ eorūdem possessorem fieri nō est securum. Qui igitur hunc gradum conscenderit. non solum habēt facilem ꝛ expeditum euolatum ad celestia. Sed insuper nulla possunt in hac vita molestari aduersitatis tristicia. soliqꝫ illi possunt bene possidere ꝛ recte admistrare huiusmodi bona trāsitoria. sed pro eo ꝙ ex frequenti confricatione cuꝫ his tempalibus plerūqꝫ maculam aliquam trahit animus. ꝛ frequenter ad eandem machinatur ei⁹ appetitus. volunt pleriqꝫ etiam hunc gradū transcendere. ꝛ ad quartum gradum ascendere. Quartus enim gradus est cum animus sic afficitur ad hec transitoria ꝙ contemnit ea. mauult non possidere hec transitoria bona exteriora. doletqꝫ si ipsis oneret ꝛ gaudet cum de ipsis exoneratur. Illi autem qui hunc gradum conscenderint habent commune cum his qui predicto tercio gradu cōsistūt liberum ꝛ expeditum euolatū ad celestia. ꝛ ꝙ nulla eos afficit aduersitatis molestia. et ꝙ possent si eis per superiorē impetitur recte administrare tēporalia. Ipi insuper vere possidem omnia omnibusqꝫ dominantur. sicut meuꝫ itaqꝫ vere non ē qd in nullo fm meam volūtatem est. sic vere meū est quod. in omnes voluntates meas exquisitum est. omnia sunt fm volūtatē eorū qui veraciter mūdū contemnunt. vere namqꝫ mundi contemptores in dei amorem omnino assurgunt. ꝛ volūtatem suaꝫ volūtati dei omnino subijciunt ꝛ obedienter cōfirmant. Et hec omnia ꝛ solum illa volūt de reb⁹ omnibus que de eisdeꝫ rebus vult deus. sed omia dei opera. sicut dicit psal'. exquisita sunt in omnes voluntates eius. videlicet eorum qui nil volunt nisi conformiter cum deo. ꝛ omnia volūt conformiter cū ipso. Cū igitur omnia dei opera exquisita sunt in omnes voluntates verorum mūdi contemptorum. liquet ꝙ omia sunt in possessione ꝛ dominio eorum. De talibus recte itaqꝫ dicitur. tanqꝫ nihil habentes ꝛ omnia possidentes. Et iterum in euāgelio de eisdem dicitur. Omni habenti dabitur et abūdabit. etenim illi qui sic habet omnia dabūtur insuper in tribulatōne eterna gloria. In typū quoqꝫ hoꝝ dictum est israel. Deuteronomij. xj. caplo. Omnis locus quem calcauerit pes vester. vester erit. hec sola namqꝫ que de mūdialibus contemnēdo calcamus nostra sunt. si ea contemnendo non calcauerimus potius eis subijciemur qꝫ dominabimur. Habent igitur mundi contemptores vere mūdi dominiū. ꝛ quanto perfectius mūdum contemnūt. tanto eisdem plenius dominanꝫ. Nō igitur pigritandū est nobis paupertateꝫ accipere. qd facile videri potest ex hac breui similitudine. Ponamus eni ꝙ haberes vnum granum seminandū ꝛ haberes duas terras. in quarū vna granū semiatum germinaret decorem ꝛ delectabilem viriditatem ꝛ proferret fructum optimū. In altera vo seminatum idem granū germinaret horribileꝫ marciditatem ꝛ pungentem spinam siue tribulum. nōne summa esset stulticia si hoc granum seminares in terram proferentem de semine tuo spinam ꝛ tribulū. cū posses idem granū seminare in terrā que proferret fructuꝫ optimū. Spūaliter granū istud est paupertas quam volumus nolumus seminabimꝰ omnia tēporalia possidere desinemus. aut ante mortem aut in ipa morte. Due autem terre in quibus potest hoc semen seminare sunt voluntarium ꝛ inuoluntariū. si seminetur in animū volūtarium germinabit virorem magnarum virtutū ꝛ educet florem glorie. ꝛ secure puritatis consciētie. ꝛ fructificat premiū vite eterne. Si vo seminetur in animū inuolūtariū germinabit horridam marciditatē tristicie. ꝛ fructificat spinas ꝛ tribulos pūgentium penarum gehenne. Seminandū est igiꝫ hoc granū tempestiue in mente volūtaria vt possimus inde mereri temporaneum fructum in tempore suo. hec ille.

Capitulū XLVIII

Ercium regis pacifici t consilium. est consiliū humilitatis ꝛ obedientie contra superbiam. Vnde Mat. vndecimo capitulo. Discite a me quia mitis sum ꝛ humilis corde. ꝛ inuenietis requiem animab⁹ vestris. A Super quo Augustin⁹ in suo libro de virginitate. Non eni inquit dicit. discite a me mūdum fabricare. aut mortuos suscitare. sed quia mitis sum ꝛ humilis corde. O doctrinam salutarem o magistrum dominūqꝫ mortaliuꝫ quibus mors poculo superbie propinata atqꝫ transfusa est. noluit docere quod ipe non esset. noluit iubere qd ipse non faceret. hec ille. Item Augustinus decimoqrto. de ciuitate dei. Humilitatem inquit exemplo suo nos docuit christus nascendo. conuersando. pdicando. miracula faciendo ꝛ moriendo. Vnd in sua natiuitate domū habuit humilem. quia diuersorium. lectum humilem quia presepiū. Iteꝫ christus humilibus per angelum natiuitatem suā nūciauit. quia pastoribus. Vnd Bernardus in quodam sermone. qꝫ multa inquit hodie gēmis ꝛ auro fulgent altaria. quātis vbiqꝫ palleis ꝛ aurificijs parietes adornantur. putas ad hec diuertent angeli ꝛ pannosos homines declinabunt. Si ita est. cur pastoribus ouium magis beati angeli apparuerunt qꝫ terre regibus vel templi sacerdotibus. Et ideo merito beatus Bernardus super illud Isa. nono capitulo. Paruulus natus est nobis. Studeamus inquit effici sicut paruulus iste. discam⁹ ab eo. quia mitis est ꝛ humilis corde. non eni magnus deus sine causa factus est homo paruulus. medicina tumoris hominis humilitas est christi. erubescat homo esse superbus quia hūilis factus est deus. Erubesceret miles sedere in scamno si videret regem suum sedentem in terra. Vnde Isaie sexagesimoquarto capitulo dicitur. Utinam dirūperes celos ꝛ descenderes vt a facie tua montes defluerent. id est superbi humiliarentur. Item in operibus etiam ꝛ in conuersatōne christus nobis humilitatem multipliciter exemplicauit. Uū nō obstante ꝙ erat rex omniū regum. matrem tamen elegit sibi pauperrimā. ꝛ inter omnes mūdi mulieres humillimam. Pro quo tamen notanduꝫ ꝙ magnitudo humilitatis penes duo attenditur. scꝫ penes excellentiā ipius psone se humiliantis

et penes gradū ad quem hūmiliat. Nam in quan
to persona se humilians est excellentior. et quantū
ad gradum inferiorem se humiliat in tanto dicit
eius humilitas maior. sed inter omnes mulieres
mundi erat hec virgo gloriosa mater christi excel-
lentissima. et ad infimū humilitatis gradum se hu
miliauit. igit eius hūilitas inter omnes mūdi mu-
lieres erat excellentissima. Unde in tribꝰ erat hec
virgo gloriosa specialiter excellentissima mulierū
que tria potissime solent alias mulieres ad super-
biam excitare. scilicet in pulcritudine corporis. in
generis dignitate. et in psone nobilitate. Primo
enim erat ipsa excellentissima in corporis pulchri
tudine. vnde de eius pulcritudine dicit Canticorū
.j. O pulcherrima mulierū. De qua pulcritudine
loquit Aluaderbeñ. super salutatione angelica. Lu-
cerna inquit intus continens lumen. lumen suū
diffundit et apparet ac si tota lucerna esset lux. Spū
aliter q̄si lux in lucerna est gratia qua teste euange
lio. Luce. j. hec virgo gloriosa erat plena. Hec eñ
lux grē inqt doctor iste reddidit hāc virginē mariā
ita splēdidā vt vix eius pulcritudinē suffecit aliqs
aspectꝰ intueri hūanꝰ. ſ3 eo nō obstante nullus vnq̄
de eiꝰ pulcritudine erat ad incōtinentiā tēptatus. et
hoc q2 ne dum pulchritudo corporalis sed etiam
spūalis in corpus eius redundabat. si enim solum
corporalis fuisset eius pulcritudo. estimo q̄ a forti
ori fuissent homines de ipsa temptati. sic̄ et de alijs
mulieribus solū pulchritudinem corporis haben
tibus pulchritudine interiori per superbie elatio-
nem extincta. Tales similes sunt sepulchris deal-
batis q̄ exterius sunt pulchra. sed interius ossibus
mortuoꝝ plena. quibꝰ ve imprecat a magistro ac
saluatore nostro. Mat. xxiij. Et ideo merito dicit
scriptura Prouer. vlti. Fallax gratia et vana pul-
critudo. mulier timens deū ipsa laudabit. qd con-
siderans hec virgo gloriosa q̄ non obstante q̄ erat
mulierū pulcherrima Canticorū. j. tamen de hac
pulchritudine q̄si non curans inter omnes mulie-
res erat mitissima. dicente de ea matre nostra eccle
sia. Uirgo singularis inter omnes mitis nos cul-
pis solutos mites fac et castos. Secūdo erat hec
virgo gloriosa excellentissima in generis dignitate
q2 de nobilissimo patriarchali et regali psapia erat
exorta. scilicet de abraham ysaac et iacob. de dauid
salomone et ezechia. et ceteris qui erant nobilissimi
patriarche et reges mūdi. Unde et de hac canit ec-
clesia dicens. Regali ex progenie maria exorta re-
fulget cuiꝰ precibus nos adiuuari mente et spū de-
uotissime poscimꝰ. Sed non obstante ista prosapi
ali excellentia in omnibꝰ se hūiliauit ſm consiliū
spūssancti loqntis organo vocis sapientissimi salo
monis. In quāto maior es hūilia te in omibꝰ et co
ram deo inuenies gratiam Ecclesiastici. iij. Ter-
cio erat hec virgo gloriosa excellētissima in psone
dignitate. et nobilitate. qd sic ostendit. Si aliquis
puer esset sapientissimus et posset sibi de omnibꝰ
mūdi mulieribꝰ matrem eligere. qs dubitat quin
optimam mulierem eligeret matrem. q̄ etsi de pos
sibili posse non tantū sibi eligere matrem de omni-
bus mulieribꝰ existentibꝰ. verumetiam possit sibi
matrem facere ita bonam vt vellet. vt in ea omnis
eiū voluntas esset plenarie executa. Nonne ratio-
ne docente matrem sibi eligeret et faceret optimā.
Sed christꝰ dei filius ac patris sapientia matrem
sibi eligere ac facere sciuit et fecit matrem vt canit
ipsa ecclesia dicens. Uirginis proles opifexq̄ ma
tris etc. Item in persona illiꝰ dicit illud Ecclesiasti
ci. xxiiij. capit. Qui creauit me requieuit in taberna-
culo meo. Ex quo sequitur q̄ optimam eam fecit.
Item ratione sui filij quem genuit illa est excellen-
tissime dignitatis. Nam dignior est mater regis q̄
mater militis inferioris. q2 in quanto filiꝰ filio ge-
nerosior. in tanto mater matre habet vt commu-
niter dignior in honore. Sed huius gloriosissime
virginis filius sine aliqua comparatione. q2 infini
te omnes alios filios mulierū in nobilitate excel-
lit. ideo hec virgo et mater gloriosa omnes alias
mulieres virgines ac matres in nobilitate excellit
et hoc testat spūssanctus dicens. Multe filie con-
gregauerunt diuitias. tu aūt supergressa es vniuer
sas Prouer. vltimo. S3 nō obstante sua in istis et
alijs multis excellentia. inter omnes tamen muli-
eres maxime ad gradū infimū se hūiliauit dicens
Ecce ancilla domini fiat mihi scdm verbū tuū. Lu
ce. j. Et in cantico suo dicit. Quia respexit hūilita-
tem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicēt
omnes generationes. Et licet alie mlieres possent
ancille domini nominari et esse. nulla tamen tantū
sicut hec virgo gloriosa potest se hūiliare. q2 nulla
a tam alto gradu dignitatis et veri honoris ad tam
ymum gradū hūilitatis pōt descendere Et sicut di
cit xp̄s Luce. xiiij. capitulo. Omnis qui se hūiliat
exaltabit. Igit q̄ magis se hūiliat magis exaltabit
et qui maxime se hūmiliat maxime exaltabit. Et
cū hec virgo inter omnes mulieres maxime se hu
miliauit. sequit q̄ inter omnes mulieres maxime
digna erat exaltari. qd et factū est. Unde et de illa
dicit sancta mater ecclesia. Exaltata es sancta dei
genitrix super choros angelorū ad celestia regna.
Ex quibꝰ patet q̄ humilimā matrē sibi elegit xp̄s
Item exemplū hūilitatis dedit nobis christus in
sua conuersatione. in hoc q̄ non obstante q̄ nunq̄
peccatū fecit. tamen medicinas et penas peccati hu
militer accepit. vt patet in hoc q̄ circūcidi. baptiza
ri. ieiunare. et alias penas et alias medicinas pro
peccato debitas hūiliter sustinere voluit. Unde di
cit Bernhardꝰ. Christus inquit vestigiū nullū vul
neris habens. alligaturam vulneris non refugit. ſ3
non sic impij non sic agit peruersitas elationis hu
mane. Erubescimꝰ enim vulnerū alligaturam. qui
de vulneribus etiam interdū gloriamur. Qui sine
peccato est nō dedignatꝰ est se peccatorem reputa
ri. Nos peccatores esse volumꝰ. et nolumꝰ peccato
res estimari hec. Bernhardus. Item exemplū hūi
litatis dedit nobis xp̄s in sua predicatione. in hoc
q̄ gloriam patris. et non suam quesiuit. dicens il-
lud Johannis. xiiij. capitulo. Sermonem quem
vos audistis non est meus. sed eius qui misit me
patris. Item exemplum humilitatis dedit nobis
christus in miraculorum operatōne. Unde Mat.
viij. dixit leproso mundato. vide nemini dixeris in
hoc dans nobis exemplum de nostris bonis ope-
ribus non inaniter gloriari. nec laudem humanā

appetere.vnde.Gregorius.Perit inquit omne qđ agitur si nō sollicite in humilitate custoditur.nam qui sine humilitate virtutes congregat quasi pul- uerem in vento portat.Item exemplum humilita tis dedit nobis christus in mortis passione.Unde phil.ij.capitulo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsqꝫ ad mortem mortem autem crucis. Unde Aug.de predicta christi humilitate.xiiij.de ciuitate.Nunc inquit in ciuitate dei in hoc seculo peregrinanti maxime commendatur humilitas et in eius rege qui christus est maxime predicaẗ.Cō- trarium huic virtuti elationis vicium in eius ad- uersario qui est dyabolꝰ maxime dominari sacris litteris edocetur.humilitatem exemplo suo chri- stus docuit in nascendo.moriendo.predicando et miracula faciendo.hec ille.Item super illud phil. ij.capi.Humiliauit semetipsum factus est obedi- ens ⁊c̃.dicit Aug. Ecce inquit a christo humilitat exemplum habemus superbie medicamentuꝫ.q̄d igitur intumescis homo pellis morticina.o sanies quid inflaris princeps tuus humilis est.tu super- bus.hec ille. Unde beatus Bern̄.quid inquit ma gis ad mirandum est quid amplius detestandum quid grauius puniendū.q̄ꝫ ꝙ vides dei filium sum mum in regno angelorum.nouissimuꝫ factum in regno hominum ⁊ apponit adhuc magnificare se homo super terram.hec ille. ℔ Non soluꝫ eñ predicto modo a christo capere possumus humili tatis exemplum sed etiam quasi ab omnibus rebꝰ in spera corruptibilium existentibus causas humi litatis inuenire possimus.si diligenter attendamꝰ videlicet in eis que sunt extra nos ⁊ in eis que sunt infra nos.⁊ in eis que sunt iuxta nos.⁊ in eis que sunt contra nos et in illo qui est supra nos. Unde q̄ꝫtum ad primum extra nos sunt corporalia ratio ne carentia cuiusmodi sunt elementa.terrenascen- tia.bruta animalia et celi luminaria. In terra que est infimum elementorū multas causas humilita tis inuenire possumus. Primo si attendamus ꝙ ad eam reuersuri sumus.vnde Genesis.iij.ca. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec re- uerteris in terraꝫ de qua sumptus es.quia puluis es et in puluerem reuerteris.quando igiẗ terrram respicis quasi sepulcrū vel cimiteriū tuum respicis attende igitur ꝙ terra que nunc est sub pedibus tu is infra breue erit caput tuuꝫ. Item attendas quā tuꝫ ea indigeas.ipsa est que te sustentat.si enim ip sa dirupta esset sб pedibus tuis.sicut erat dirupta sub pedibus dathan et abyron.Numeri.xviij.ca- pitulo.Uiuꝰ ad illos in infernū descenderes.Ip sa etiā miro mō ex se ꝑducit fructꝰ dei virtute.Un de pasceris.quod si non faceret fame perires. Sꝫ considerandum est ꝙ terra que est omnium elemē torum vilissimum in sui natura est frigida et sicca Et cum omnium viuentium in terra.teste philoso pho.vita consistit in calido et humido.que sunt qualitates quarum terra naturaliter est inexperta sequitur ꝙ terra si non haberet aliunde subsidium sterilis esset et infecunda.sed tamen quia elemen- torum est infima contra siccitateꝫ humoris tempe ramentum recipit ab aere et ab aqua et ab igne et ab influentia supercelestium.contra suam frigidi tatem recipit confortantem calorem que eam red- dunt fertilem et fecundam.sic certe homo qui vera citer se humiliat recipit a deo gratie humorem et charitatis calorem.que eum reddunt bonis operi bus fructuosum.Item de aere diligenter si atten- das causas humilitatis poteris inuenire vnde sine aere nec ad momentum poteris viuere.naꝫ nisi ad refrigerium cordis aerem attraxeris sic subito suf- focareris.Item si aer a vento frigido commotꝰ fu- erit te intolerabiliter affligit.⁊ si veneno pestifero infectus fuerit te inficit.sed attende ꝙ ille preuari- cationis auctor cuius inuidia mors intrauit in or- bem terrarum semper in pestiferum aereꝫ vane glo rie vt te finaliter interficiat nititur subleuare. Cuiꝰ rei exemplum ostendit nobis venerabilis Beda in de figmentis poetarum vbi narrat ꝙ quidā homo vocatus filius terre pugnauit cum quodam tiran no nomine hercules. Iste enim filius terre semꝑ quando fessus erat terre incumbens vires recupe rauit.quod percipiens hercules ipsum de terra in aerem eleuans vicit et occidit. Moraliter quilibet homo potest dici filius terre.quia homo dicitur ab humo. Unde Iob.xvij.capitulo. Putredini dixi pater meus et mater mea es.et soror mea vermibꝰ Pugnat enim homo cum hercule.id est cum dya bolo secundum consilium spiritussancti dicentis. Estote fortes in bello et pugnate cum antiquo ser pente.sed hic cum in pugna temptationum fatiga tus cadit in terram.humiliter cogitans ꝙ terra est et in terram reuertetur.viros pugnandi cum dya- bolo fortiores recuperat.quoniaꝫ inter omnes vir tutes humilitas precipue dyaboluꝫ superat.quod percipiens dyabolus nititur hominem a terra.id est a fundamento humilitatis eleuare in aerem va nitatis.vt ipsum sic superet.et postea in profundū eterne damnationis precipitet. Unde psalmista. Deiecisti eos dum alleuiarentur. Item si aquam attendas in ea causam humilitatis inuenire pote- ris.nam si aqua non esset.vt porcus in immundi- cijs tuis putresceres. ℭ Item sine aqua vt su pra dictum est terra arida et sterilis esset.et certe si- cut terra est sine aqua.ita homo sine aqua gratie infructuosus efficitur.Unde ⁊ valde beñ super sym bolo. Sicut arbor inquit in ymo iuxta decursus aquarum plantata in profundum radices mittit vt in altitudinem crescat et exurgat et folia et fru- ctus producat.sed puluis de terro vento eleuatur vt volet et euanescat. Sic spiritualiter verus chri- stianus manu dei et operatione spiritussancti plan tatus iuxta aquas lacrimarum et rigatus aqua pe nitentie.mittit radios cogitationum suarum in profundum humilitatis vt per gratiam in altitu- dinem virtutum resurget.et folia verborum veri- tatis et fructum iusticie proferat. Sed superbus vero de terra eleuatur vento iactantie.vt ad tem- pus volet inaniter de se gloriando.et tandem cum vento vanitatis subito euanescat.et hanc consi- derationem videtur Dauid habuisse qui in psalm̄. sic de viro iusto et humili loquitur. Et erit tanq̄ꝫ lignum quod plantatuꝫ est secus decursus aqua- rum quod fructuum suum dabit in tempore suo Et folium eius non defluet et omnia quecunqꝫ

faciet prosperabuntur. Non sic impij non sic sed tanq̄ puluis quem proijcit ventus a facie terre. hec zvaldeby. Et sicut arbor naturaliter altitudinem suam habet a radicis profunditate. et ideo si prescindatur et separetur a radice statim cadit in precipicium. Sic spiritualiter et profunditas humilitatis est hominis initium exaltationis. dicente christo Luce. xiiij. Omnis qui se exaltat humiliabitur. Et ideo si homo fuerit separatus a radice hac humilitatis. statim inueniet precipiciū casus miserabilis. In cuius rei figura legitur. Danielis. iiij. de nabuchodonosor q̄ post nimiā suam superbiam et iactantiam quam ostendit dicens. Nonne est hec babilon ciuitas magna quā ego edificaui in domum regni. in robore fortitudinis mee. et in gloria decoris mei. sed vidit in visione nocturna arborem cuius summitas celum tangebat. et in ramis eius volucres. ꝛ sub vmbra eius omnes bestie quiescebant. et clamauit vigil dicens. Succidite arborem. verum tamen radicem eius in terra dimitte. et cū a daniele rex quereret somnij sui interpretationem. exposuit illud daniel dicens. Ipsum regem superbum esse arborem per iusticiam dei cito prescindendam. et addidit. Ab hominibus inquit eijcient te. et cum bestijs ꝛ feris habitatio tua erit. vt bos fenum comedes donec septem tempora mutabuntur super te. quod et factum est. quoniam rex ille propter superbiam suam electus est de regno suo. et in terra cum bestijs residens. ꝛ qui prius se celos tangere iactabat. fenum vt bos comedit. et tunc deum celi solum dominatorem esse celi et terre cognoscens intantum penituit q̄ ob eius penitentiam et dolorem. et ipsius danielis continuā oratione exercitium surrexit et ab optimatibus regni sui sublimatus est ad regni soliū. et septem annorum tempora abbreuiata sunt ad septem menses propter istius danielis ingentes orationes. sicut patet per danielem. et per petrum comestorem super eodem. Ex qua hystoria patet q̄ cum nabuchodonosor leuatus fuerat a radice humilitatis vsq̄ ad celum vt sibi videbatur eo q̄ non credebat alium fuisse deum nisi seipsum. tunc precipitatus est ad naturam bestialem. Iuxta illud quod de omnibus talibus scribitur in psalm̄. Deiecisti eos dum alleuiarentur. Sed ecce quomodo Nabuchodonosor ad radicem humilitatis redijt. et in terram prostratus digne penituit. iterum ad regni fastigium est restitutus. et tunc gratias egit deo et dixit. Nunc ego nabuchodonosor laudo et glorifico deum celi. quia omnes vie eius iuste. et iudicia eius vera. et gradientes in superbia potens est humiliare. Item si ignem attendas in eo causam humilitatis reperies Nam si ignis non esset fame et frigore perires. quia non haberes vnde cibaria tua decoqueres. vel te cum frigore grauareris calefaceres. Item attende q̄ sicut legit̄ Nume. xvij. capitulo. Propter superbiam et inobedientiam ignis consumpsit quatuordecim milia et ducentos de maioribus leuitarum. Item attende circa terrenascentiā quantum illis indigeas. ꝛ que sunt in illis quibus tu careas. vt est fulgor auri pulcritudo florū Vnde Math. vj. Considerate lilia agri quomodo crescunt et non laborant neq̄ nent. dico autē vobis quoniam salomon in omni gloria sua cooperatus non est sicut vnum ex istis. Item circa animalia irrationabilia attende multa bona in eis quibus tu careas. cuiusmodi est sanitas naturalis cantus in multis auibus sine magistrali doctrina alicuius creature. ad quam suauitatem in multis annis tu non potes edoctus pertingere. Item moueret te ad humilitatem velocitas que est in auibus ꝛ etiam in quibusdam quadrupedibus. Fortitudo etiam et pulcritudo et abundās vestitutus quibus tu cares ꝛ te oportet mendicare ab eis quibus nuditatem tuam cooperias. et vnde pulcritudinem tuam ornes. et vnde debilitatem et turpitudinem tuam inues. Item in celi luminaribus causam humilitatis inuenire potes. si attendas q̄ necessaria est tibi lux solis. lune. et ceterorum celi luminarium. ac etiā q̄ sine influentia illorum nihil hic viuere nec crescere potest in terra. et specialiter a luna que est infima planetarum si diligenter attenderes causam reperire poteris humilitatis quadruplici ratione Primo quia sicut luna totum lumen suum habet a sole. sic homo iustus totum lumen iusticie. veritatis et gratie quod habet. a sole iusticie recipit. Vnde apostolus. j. ad Corintheos. iiij. Quid habes quod non accepisti. si autem accepisti. qd gloriaris quasi non acceperis. et ideo vere humilis homo considerans totum deo tribuit. dicens cum psalm̄. Non nobis domine non nobis. sed nomini tuo da gloriam. Secundo quia sicut luna quanto magis illustratur et a sole clarior efficitur. tanto magis apparent in ea macule. Sic etiam vere. humilis q̄to magis gratia spiritussancti illustratur. tanto clarius et limpidius suos ꝑcipit et reprehendit fructus. et sicut puluis in radio solis apparet que in vmbra non apparet. sic homo lumine gratie solis iusticie irradiatus puluerem venialium peccatorum suorum clare percipit. quem in vmbra peccatorum mortalium cōstitutus penitus nō agnoscit. Vnde sanctus Iob lumine solis iusticie illuminatus dixit. Nūc oculus meus vidit. et idcirco me reprehendo et ago penitentiam in fauilla et cinere. Iob. xlij. Tertio sicut luna omnibus planetis terre est propinquior. ita vere humilis inter omnes creaturas rationales videt se terre viciniorem esse. considerās consilium matris sue ecclesie dicentis. Memento homo q̄ cinis es et in cinerem reuerteris.

Quarto sicut luna in tanto apparet minor quanto soli est vicinior. sic vere humilis in quanto maior est siue excellentior in virtute. statu vel honore. intanto magis se humiliat ꝑm consiliū spiritussancti dicentis. Inquanto maior es humilia te in omnibꝰ ꝛ corā deo inuenies grām. vñ Ber. ad eugenie. papā. Salubris inquit copula vt cogitans te summum pontificem attendas pariter te vilissimū cinerem non fuisse sed esse.

est enim magnum humilem esse in abiectione. s
magna prorsus et rara virtus est humilitas ho-
norata. Hec ille. ¶ Secundo in nosmetip-
sis multas causas habemus humilitatis. et hoc
tam ex parte corporis q̃ ex parte anime. Ex par-
te corporis attendas eius mirabilem et lamenta
bilem ingressum. eius brevem et vanum transi-
torium progressum. et eius terribilem horribilez
et amarum egressum. Unde Bernhardus. vide
inquit vn de veneris. et erubesce vbi es et gemi-
sce quo vadis et contremisce. si enim attendas
vnde corpus tuum venit invenies ꝙ ex putredi-
ne terre. Unde Job. xvij. Putredini dixi pater
meus et mater mea es. et soror mea vermibus. et
si attendas quid est corpus tuum. ad quem finez
tendat invenies. teste scripture Genes. iij. ꝙ pul-
vis est et in pulverem revertetur. Et bene potest
hominis ingressus in mundum dici miserabilis
et hoc triplici ratione. Primo pro eo ꝙ in dam
nabili peccati miseria concipitur. et sic ingreditur
in hunc mundum. Unde Bernhardus in de me
ditationibus capitulo. ij. De illis inquit parenti-
bus venio qui me ante fecerunt damnatum q̃
natum peccatores peccatorem in peccato genue
runt. Unde psalmi. Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum. et in peccatis concepit me mater
mea. Secundo pro eo ꝙ nihil secum confert
quo posset se relevare. Unde. j. Thimo. vj. Ni-
hil intulimus in hunc mundum dubium nec
aliquid inde auferre possumus. sed prout dicitur
Ecclesiastes. v. capitulo. Sicut nudus egressus
est de vtero matris sue. sic revertetur et nigil secū
aufert de vniverso suo labore. Tercio propter
magnam miseriam que abundat in vita presenti
ad quam nascitur homo. Unde Job. xxiij. capi-
tulo. Homo natus de muliere brevi vivens tem
pore repletur multis miserijs. et fugit velut vm-
bra et nūq̃ in eodē statu ꝑmanet. Et potest ingres
sus hominis dici lamentabilis. pro eo ꝙ cum fle
tu et lamentatione venit homo in hunc mundūz
Unde Salomon Sapientie. vij. capitulo. Ego
natus communem suscepi aerem et similiter de-
cidi in terram et primam vocem similem omni-
bus emisi plorans. Quod considerans beatus
Augustinus. in de speculo humane miserie sic
scribit. Tribulatio inquit magna est ad quam na
scitur homo. prima enim vox eius iudicat infir-
mitatem nascitur infans est statim plorat nondū
loquitur. et tamen sue calamitatis est propheta.
sue enim lacrime testes sunt future miserie. mox
enim incipit esurire et sitire et frigescere. et licet
adhuc insensatus tamen in hoc arguit senes in
miseria vanitatis et voluptate vitiorum ridentes
qui si intime considerarent eorum ingressum ꝓ-
gressum et egressum plorarēt. Est etiam progres-
sus hominis brevis vanus et transitorius. Un-
de de brevitate vite hominis dicitur Job. xiiij.
capitulo. Breves dies hominis sunt. numerus
mensium eius apud te est. constituisti terminos
eius quē ꝑteriri nō potuerūt De ei⁹ vanitate dici
tur in psalmo. Homo vanitati similis factus est.
dies eius sicut vmbra pretereunt. Item Ecclesia
stes. j. capitulo. Vidi cuncta que sub celo sunt et
ecce vniversa vanitas. Item transitoria est. vnde
Sapientie. ij. capitulo. Transiet vita tanq̃ vesti-
gium nebes. Item egressus hominis terribilis
horribilis et etiam amarus est. Unde de mortis
terribilitate que est egressus hominis de hac vita
dicit philosophus. ꝙ mors est vltimum terribili-
um. Item de terribili et amaro egressu hominis
de hac vita. Unde Bernhardus. in de speculo
peccatoris sic scribit. Illa inquit tremenda hora
mortis miseri peccatoris advenient. mox spiri-
tus maligni velut leones rugientes vt rapiant
predam. et tunc subito apparebunt horribilia lo-
ca penarum chaos et caligo tenebrarum horror
miserie et confusionis. terror tremende mansio-
nis. vbi locus flentium. vbi locus gementium.
vbi vox clamantium. ve veve nobis filijs eve. cuz
hec et his similia immo millesies q̃ dici possunt
peiora egressa de corpore misera anima audierit
et viderit et senserit. quis queso quantusq̃ q̃ma-
gnus timor ac tremor erit in ea que lingua potest
dicere. vel quis liber exponere. quid tibi nunc ꝓ
derit scientie iactantia. populi pompa. mundi va
nitas. terrene dignitatis cupiditas quid tunc pro
derint luxurie appetitus. cibus exquisitus. po-
tus delicatus. vestis curiositas. carnis mollicies
ventris ingluvies. ciborum superfluitas. crapu-
la et ebrietas. domorum curiosa constructio. ter-
renorum possessio. prebendarum acquisitio divi
tiarum congregatio. nunquid ista possunt eripe-
re miseram animam hominis de ore horrendi et
horribilis leonis. id est de maledicti fauce draco-
nis quasi diceret non. Et sequitur. Quando mi-
serabiliter et horribiliter occurret misere anime
tue. ille doli artifex ille filius iniquitatis. anima-
rum hostis amarissimus. quomodo poteris sub-
sistere horrendum aspectum tremendi vultus
eius. ad intolerabilem oris illius fetorez ad flam
mas sulphureas oculorum eius. quomodo tunc
ferre valebis tantum timorem tam horrende be-
stie. certus esto quoniam timor ipsius horrende
presentie omne genus tormentorum exuperat.
quod in hoc mundo poterit excogitari quod pro
pheta expavescens ad orationem confugit dicēs
Exaudi deus orationē meā cū deprecor. a timore
inimici eripe aīam meā. non dixit a ꝑsēte inimici
s a timore inimici. Sed heu frater mi si tantus et
tam magnus tremor sit anime peccatrici ex solo
sathane visu quanta confusio quantusve horror
quanta afflictio et quanta lamentatio erit ex ta-
ctu et tormento. Hec ille. De predicto ingressu
progressu et egressu hominis loquitur Richar.
archidiaconus in quodam sermone. de conceptiō
ne beate marie virginis. vbi sic. O inquit flenduz
preconium. O lugendum ad miraculum. O plā
gendum presagium. angeli exclamantes veveve
habitantibus in terra Apocalipsis. viij. De pri-
mum habitantibus in terra in suo ingressu. ve
secundum habitantibus in terra in suo progres-
su. ve terciū habitantibus in terra in suo egressu.

Unde ingressus hз ɔceptionē detestabilē. ꝑgressus habet ɔuersationē culpabilē. ꝛ egressus dissolutionem miserabilē. Propter que tria ait ꝓpheta Isa. xxiiij. Formido ꝛ fouea ꝛ laqueus sup te qui habitator es terre. Fouea sup te ꝓpter ɔmaculationem in vtero. ꝛ laqueus sup te ꝓpter deceptionē in mūdo ꝛ formido sup te ꝓpter dissolutionē in termino hec ille. Ex quib⁹ aliqualiter patet q̄ magnā causam humilitatis ex pte corporis in nobis possum⁹ inuenire Ex parte anie etiā possum⁹ causam hūilitatis reperire. Nam aut scit ipse hō se esse in peccato mortali. aut nō si sic seru⁹ est diaboli. dicēte xp̄o Johannis. viij. Omnis q̄ facit peccatū seruus est peccati. ꝛ per consequens dyaboli dicente aplo. ij. Petri. ij. A quo quis supatus est eius seruus est. Vn̄ ꝛ sic inferiorē seruitutē se subiecit q̄ canis. porcus. vel bufo. cū talis peccator debitor sit duplicis mortis. s. tpalis ꝛ eterne. illa vero mortis vnice sūt solūmodo debitores. Item ille miseriam habз culpe ꝛ pene. sed bruta animalia solū hn̄t miseram penam. Et si vero nesciat hō se esse in crimine mortali tn̄ nescit se esse in statu salutis. nā scit se quandoq̄ fuisse debitorē mortis eterne ꝛ nescit vtrū peccatuз adhuc sibi sit misericorditer dimissum. Vn̄ Eccl. ix. Sunt iusti atq̄ sapiētes ꝛ opa eoꝝ in manu dei sunt. ꝛ tn̄ nescit hō vtrū amore vel odio dignus sit sed omnia in futuꝝ seruant̄ incerta. ¶ Tercio in eis que sunt iuxta nos etiā causaз hūilitatis possumus inuenire. si attendam⁹ multos de fratrib⁹ nostris esse leprosos. multos cecos. claudos. debiles. mēdicos ꝛ alijs diuersis miserijs afflictos. Vn̄ sicut narrat parif. in de vitijs pte. vj. c. de remedijs contra supbiaз. Odo quondā episcopus parif. despectos semp pauperes in mensa ante se et alios a latere ɔsueuit habere. Requisitus aūt a quodā delicato homine quō posset hoc tolerare. respondit q̄ quidā nobilis miles istud eū docuit. scз Job dicens. Visitans speciem tuā nō peccabis Job. v. c.

¶ Quarto si attendam⁹ ea que ɔtra nos sunt materiam etiā humilitatis inueniem⁹. Hostes eīn inuisibiles nos quasi subito strangularēt nisi protectō hoc impediret diuina. vn̄ dicit̄ Trenoꝝ. iij. Misericordia dn̄i est q̄ nō sum⁹ ɔsumpti. ¶ Quinto i illo qui supra nos est causam humilitatis possum⁹ inuenire si attendam⁹ dei omnipotentiā esse patam ad vindictam supboꝝ. Unde trib⁹ de causis solet aliquis se inclinare. vel q̄ȝ gladi⁹ capiti eius imminet. vel q̄ȝ transiturus est p ostium humile vel ꝓpt exemplū alicuius magne psone se hūiliantis. similibus de causis dз p humilitateз se hō inclinare. si eīn p supbiaз se erexerit. gladius dei omnipotētis euaginat̄ sup caput ei⁹. vnde Ezechielis. xxj. Egredietur gladius meus de vagina sua. s. gladius vindicte de vagina misericordie ad omneз carnē ab austro vsq̄ ad aquilonem vt sciat omnis caro q̄ȝ ego dn̄s Et ideo dicit̄. j. Petri. ij. humiliamini sub potenti manu dei. Item necesse habet homo trāsire per humile ostiū paradisi. Vn̄ Aug. sup illud Jo. x. Ego sum ostiū. Ostiū inquit humile est. ꝛ ideo si sano capite volum⁹ intrare oportet caput inclinare Item xp̄s qui est rex regū ꝛ dn̄s dn̄orum toto tempore vite sue vt ex predictis patet hūiliter se habuit in hoc mūdo. Et sicut dicit̄ Mat. x. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. ꝛ seruo sicut dominus ei⁹ Sed miꝝ est q̄ tot hūilitatis cause ad hūilitatem hominē non inclinant supbum. sed ꝛ si predicte humilitatis cause te ad hūilitatē nō mouēat moueat te saltem multitudo nobilissimoꝝ effectuum qui pfectam humilitatem sequunt̄. quoꝝ primus est q̄ hominē sapientē efficit. vnde Prouer. xj. Ubi humilitas ibi sapientia. Item Mat. xj. dicit xp̄s. Confitebor tibi dn̄e pater celi ꝛ terre. q̄ȝ abscondisti hec a sapiētibus ꝛ prudentib⁹ ꝛ reuelasti ea paruulis. Item Greg. ꝛ ponit̄ in cano. dist. xlix. sollicite. Pupilla in quit oculi nigra videt. sed pupilla albuginem tolerans nihil videt. sed humani sensus si stultum peccatorē sec̄ȝ intelligit cogitationem intime claritatis apprehendit. si autē candorem sapientie seu iusticie sibi attribuit a luce supne claritatis se excludit ꝛ ideo claritatem veri luminis nequāq̄ penetrat quia se apud se per arrogantiam exaltat. sicut de quibusdā dicit̄ in epl̄a ad Ro. Dicentes eīn se sapientes stulti facti sunt. hec ille. Et ideo merito beatus Bern̄. in lib. de. xij. gradib⁹ humilitatis bona est inquit via humilitatis qua veritas inquirit̄ charitas acquirit̄. generatiōes sapie ꝑcipiunt̄. Legit̄ eīn in vitaspatꝝ q̄ quidam frater se iunauit septē hebdomas. petēs a deo vt reuelaret sibi intellectū de quodam scripturaꝝ sermone ꝛ cū nō sic fuisset ei reuelatū iuit ad quendam fratrem vt intellectū illi⁹ sermonis quereret ab eo. ꝛ in itinere obuiauit ei angelus dicēs. Septē hebdomade quas ieiunasti nō te fecerūt ꝓximum deo. nunc vero q̄ȝ humiliatus es vt ad fratrem pergeres missus sum tibi intellectū optati sermonis ostēdere. et docens eū angelus sermonis intellectū ab eo recessit. ¶ Scd̄o humilitas in vita presenti obtinet hoī veniam de peccatis. Unde legit̄. ij. Reg. xij. q̄ dauid humiliter peccatū confitens audiuit ꝓphetaз dicentem. Transtulit dn̄s peccatū tuum a te. Iteз in psal. Humiliatus sum ꝛ liberauit me. ¶ Tercio humilitas videt̄ sententiam dei reuocare. In cui⁹ rei exemplo legit̄. iij. Regu. xxj. de impio rege achab cuius cupiditatis causa naboth vir iustus ꝛ simplex lapidatus erat ad mortem. vt sic achab illius vineam possideret iniuste. quo facto audiuit dn̄m sibi dicentē per ꝓphetā q̄ destrueret ipsum cū tota sua familia ꝛ q̄ canes lingerēt sanguinē eius in loco in quo linxerunt sanguinē naboth. Et audiens achab sermones istos scidit vestimenta sua. ꝛ operuit cilicio carnem suam. ieiunauit ꝛ dormiuit in sacco ꝛ ambulauit dimisso capite. ꝛ factus est s̄mo dn̄i ad heliam dicens. Nonne vidisti achab humiliatū corā me. Quia igit̄ hūilitas est mei causa nō inducam malū in dieb⁹ ei⁹. Itē. iiij. Re. xx. ꝛ Isaie. xxxviij. legit̄ de rege ezechia. qui egrotauit vsq̄ ad mortem. ꝛ misit dominus ad illum ysaiam ꝓphetā vt diceret illi. Hec dicit dn̄s. Dispone domui tue quia morieris tu ꝛ non viues. quo audito cōuertit ezechias faciem suam ad parieteз ꝛ humiliter orauit ad dominum ꝛ fleuit fletu magno. sed antequā egrederetur ysaias mediam partem atrij regis factus est sermo domini ad eum dicens. Reuertere ꝛ dic ezechie duci populi mei. hec dicit domin⁹ de⁹

patris tui. Audiui orōnem tuā ⁊ vidi lacrimā tuā ⁊ ecce ego adijciā sup dies tuos quindecim annos Itē Jone. iij. ca. legit ꝙ dñs deus pcepit ꝓphete ire in ciuitatē Niniue. ⁊ pdicare pplo subuersionē illi us ciuitatis. ⁊ ingressus ꝓpheta ciuitatē ad pceptū dñi sui pdicauit ⁊ dixit. Adhuc q̄draginta dies sūt ⁊ niniue subuertet. ⁊ crediderūt niniuite dño deo ⁊ pdicauerūt ieiuniū ⁊ vestiti sūt saccis. a maiore vsqꝫ ad minorē. ⁊ puenit verbū istud ad regē niniue. qui surrexit de solio suo ⁊ abiectis regalibꝰ indutꝰ est sacco. ⁊ sedit in cinerē ⁊ pnie se dedit. percepitqꝫ pplo suo vt dimitterent peccata sua ⁊ ieiunarēt homines ⁊ etiā iumenta ⁊ clamarēt in fortitudine ad dñm ꝓ misericordia obtinenda. ⁊ dixit rex. Quis scit si ꝯuertat ⁊ ignoscat deus omīpotēs. ⁊ auertat a furore ire sue ⁊ nō peribimus. ⁊ vidit deus opera eoꝝ. ⁊ qr ꝯuersi sunt a via sua mala misertus est super maliciā suā. quā locutus est facere eis ⁊ nō fecit Quarto humilitas honorifice suos sequaces in p̄senti exaltat. vt patet de saule cui dixit dñs. j. Reg. xv. ca. Nonne cū paruulus esses in oculis tuis. caput in tribubꝰ israel factus es. vnxitqꝫ te dñs in regem sup isrl'. Itē moyses hūilis dux ⁊ pnceps populi israelitici constituit a dño vt patet Exo. iij. ca. De cuius hūilitate subdit ibidem. Quis sum ego ait moyses vt vadā ad pharaonē ⁊ educā filios isrl' ex egipto. Item humilitas Hieremiā ꝓphetā ⁊ p̄dicatorē sup gentes ꝯstituit ⁊ regna. vt ptꝫ Hiere. j. de cuius humilitate legit ibidē ꝙ humiliter dixit dño. A a a. domine nescio loqui qr puer ego sū Item gedeon humilis. dux ppli constituit. vñ Judicū. vj. ca. Ecce gedeon familia mea minima est in manasse. ⁊ ego minimus in domo patris mei ⁊c̄ Quinto humilitas obtinet homini a deo gratiam in presenti ⁊ gloriā in futuro. De gratia em̄ in presenti dicit Jac. iiij. ⁊ j. Petri. v. ca. Deus superbis resistit humilibus aūt dat gratiā. Qui em̄ de suis ꝓprijs meritis ⁊ ꝓprijs innitit opibꝰ in cor illiꝰ nō intrat gratia. ⁊ nimirū quia plenum nec in eo inuenit gratia locū suum. sicut enim non patit natura vacuum quin illud repleat. sic nec gratia humilitatē quin illi se infundat. humilitas enim gratiam haurit vt vas inclinatū aquam. Unde humilitas est vas ⁊ receptaculū aliaꝝ virtutū ⁊ gratiarū. ⁊ hoc vas valde est mirabile. nam vas istud impletione capacius efficit. Unde cum dat humili augmentū gratie ipsa humilitas crescit ⁊ sic capatior efficitur humilitas etiā a dei leberalitate petere nō cessat. semper habens vbi aquam gratie recipiat. ⁊ quanto magis recipit tanto magis se esse vacuam reputat. Est em̄ humilitas quasi aqueductus per quē gratia venit in anime ciuitatem. Unde Bernhar. loquens de tempore legis in quo fluēta gratie hominibus defluebant. ideo inquit. fluenta gratie tanto tempe defuerāt. qr nōdum intrauerūt aqueductus. Aqueductū istū intelligas hūilitatem pfectissimam virginis marie. p quem ciuitati ecclesie fluenta gratie inuenerūt. multū em̄ nitit dyabolus aqueductū istū humilitatis obturare ⁊ destruere. In cuiꝰ rei figura legit Judith. vij. ca. ꝙ holofernes obsidens filios israel ⁊ circūiens ciuitatem reperit aqueductū per quem fons influebat in ciuitatem eoꝝ ⁊ precepit aqueductū incidi. Spūaliter holofernes dyabolus est obsidens ciuitatē militātis ecclesie qui inquātum pōt ⁊ sufficit aqueductum humilitatis p quem fluenta gratie emanant in ciuitatem ecclesie nitit pscindere ⁊ obturare. Et quantum ad scōm videlicet ꝙ deus in futuro humilibꝰ dat gloriā sempiternā. patet ex his scripture sermonibus. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Item psal. Tu populum humilem saluū facies ⁊c̄. Item puer. xix. ca. Humilem spū suscipiet gloria. Item Mat. xix. ⁊ Marci. x. ⁊ Lu. xviij. ca. de humilibus dicit christus ꝙ taliū est regnū celoꝝ. ¶ Sexto humilitas pacificū hominē reddit. Unde vnꝰ supbus aliū superbū nō patit. nec cū eo pacē habet timor em̄ vnius timorē alterius pungit. Unde apud geometros demōstratū est ꝙ sperica corpora que quasi tumida sunt nō possunt se tangere nisi solo puncto. vnde pungere inuicem pñt sed non plane aut recte sibijnuicē applicari. sic est de cordibꝰ superbia tumescentibus corpus em̄ ꝯcauū corpꝰ spericū intra suā ꝯcauitatē pt recipe sic hūilis pt supbū pacifice sustinere fm ꝯsiliū aplī di. Ro. xij. Si fieri pōt qđ ex vobis est pacē cū oibꝰ hoibus hñtes

Septimo humilitas facit hominē fertilem ⁊ bonis operibꝰ plenū. Unde humilitas est vallis fertilissima. Unde ps̄. Valles abundabūt frumento i. humiles populi bonis operibꝰ ipsa em̄ est vallis lacrimaꝝ in qua benedictionē dabit dñs legislator In hac enim valle inueniunt aque gratiaꝝ. Unde ps̄. Inter mediū montiū pertransibunt aque. vñ ⁊ humilitas fundamentum est omnium bonoꝝ operum ⁊ virtutū. quod considerans beatus August. Uis inquit magnus esse. ab imo incipe cogitans magnā fabricā ꝯstruere celsitudinis de fundamēto cogita hūilitatis. Nam vt dicit Bern. Fundus est hūilitas in quo omne edificiū spūale crescit in templū sanctū in dño. Et ideo merito dicit Ecci. iij. ca. Quanto magnus es humilia te in omnibꝰ ⁊ coram deo inuenies gratiam. Octauo hūilitas facit opa nostra ⁊ dona deo acceptabilia. vñ ꝓuer. xv. ca. Uictime impioꝝ abhominabiles deo. vota aūt iustoꝝ placabilia. Vñ Exo. xv. de altari faciendo dixit dñs moysi. Non solidū sed inane ⁊ ꝯcauū facies illud. Sup quo parif. in summa d̄ virtutibꝰ pte. v. ca. v. Spūaliter inquit altare est cor altū in eminentia pfectionis ꝯsistens. qđ p hūilitatē debꝫ esse inane ⁊ ꝯcauū vt deo sint grata que ibi offerūt Vñ greg. j. moral'. vt cuiuslibet inquit facta digniora sunt necesse est vt apud seipm indigna videant Ad lr̄am voluit dñs vt altare esset ꝯcauū vt capere possit ignē ⁊ eius materiā. s. lignū ⁊ victimas exēploꝝ bonoꝝ. nisi sit humile. Unde sap̄. vj. In maliuolam animā non introibit sapia. nec habitabit in corpore subdito pctis. Nono humilitas facit hominē deo preciosū. Unde parif. in de virtutibꝰ parte. v. capi. vj. Tanto inquit vnaqueqꝫ anima fit preciosior in conspectu dei quanto ꝓ amore dei fit despectior ante suos ꝓprios oculos. ⁊ tanto fit quisqꝫ vilior deo quanto preciosior sibijpsi estimat. hec parif. sub autoritate Greg. xviij. moral'. Ex quo ptꝫ ꝙ qui paruus est in reputatōne ꝓpria magnus est in reputatiōe diuina. ⁊ econtra. Unde Johannes

baptista reputauit se indignū soluere corrigiā cal-
ciamēti xpi. vt patet Johan. j. Ideo xps ꝓpter ei⁹
hūilitatē magnificauit euz dicēs Inter natos mu
lierū nō surrexit maior iohanne baptista. Matt. xj.
Item Johannes de se hūiliter dixit. Ego vox cla-
mantis in deserto Joh. j. Sed xps dixit ꝙ ipse fuit
ꝓpheta ꝛ plus ꝙ̄ ꝓpheta. Luc. xj. Ecce Johannes
se hūiliauit ꝛ xps eum magnificauit. Sed econtra
falsi iudei seipsos magnificando xpo dixerūt. Fi-
lij abrahe sumus ꝛ nemini seruiuimus vnq̄ꝫ Joh.
viij. Sed xps dixit ꝙ fuerūt serui peccati. Ecce ipsi
reputauerūt seipsos generosos ꝛ honore dignos ꝛ
xps reputauit eos nihilo deteriores. cum pctm̄ qđ
nihil est ſm Augu. eorū innuit esse dn̄m cui seruie-
bant. ꝛ cū seruus nō sit maior dn̄o suo ſ; poti⁹ inq̄ꝫ
tum hmōi minor. sequit̃ ꝙ xps innuit eos esse mi-
nores ꝛ viliores nihilo. Et ideo vt dicit Bern̄. vere
humilis vult vilis ꝛ ꝯtemptibilis reputari ꝛ nō hūi
lis predicari. vilis vult alijs libenter videri sicut et
sibijpsi vilis videt̃ ꝛ de suijpsius gaudet ꝯtemptu
Exemplū hui⁹ ostendit nobis btūs Greg. li. j. dya.
ca. xv. de quodā viro sanctitatis excellentissime ſ;
parue stature qui ꝯstantius vocabat̃. cui cū diceret
quidā ipm ꝯtemnendo ꝙ q̄si nihil stature hoīs ha
beret. ipse vero ꝓtinus letus in amplexū eius ruit
eumq̄ꝫ amore nimio brachijs incepit ꝯstringere et
osculari. magnasq̄ꝫ gratias agere ꝙ de se talia iudi
casset dicens. Tu solus es qui in me oculos aptos
habuisti. Et subdit Greg. ibidē. Ecce inquit quan
te hūilitatis erat iste qui amplius se despicientem
amauit. ꝛ se ꝯtemni ꝓpter hūilitatē nō considerat.
Iste em̄ habuit veram hūilitatē. Unde aliqua est
vera hūilitas. ꝛ aliq̄ falsa. Uera em̄ hūilitas est hūi
litas cordis ꝑfecta. quā ipemet xps suis fidelib⁹ do
cuit dicēs. Discite a me q: mitis sum ꝛ hūilis cor-
de ꝛ inuenietis requiē animab⁹ vestris. De ista em̄
hūilitate loquit̃ ps̄. dicēs. Cor contritū ꝛ hūiliatuꝫ
deus nō despicies. ſ; hūiles spū saluabis Sꝫ sicut
dicit parisien̄. in de ꝟtutib⁹ ꝑte. v. c. v. Qui vere hu
milis est se esse hūilem non reputat. ſ; omnia bona
q̄ a deo recipit sibi esse onera intelligit quibus deo
inq̄nto plura sunt intāto se deo stricti⁹ obligari ve
raciter cōspicit. iuxta doctrinā beati Greg. dicētis
Cum em̄ augent̃ dona. ratiōes crescūt donorū. Tā
to igit̃ humilior atq̄ꝫ ad seruiendū promptior quis
q̄ꝫ dꝫ esse ex munere quanto se obligatiorē esse con
spicit in reddenda ratōne. Hec ille. Et ideo ex illis
non inflatur. sed hūilior efficit̃ Sicut ramus arbo
ris deorsum ex multitudine fructuū inclinat̃. Un̄
vere hūiles implent illud xpi cōsiliū dicentis Lu.
xvij. Cum feceritis omnia que precepta sunt vob
dicite. serui inutiles sumus. Falsa hūilitas est hūi
litas ab ypocritis ficta solūmodo per signa exterio
ra ostensa. de qua Ecci. xix. Est qui nequiter se hūi
liat. ꝛ interiora eius plena sunt dolo. Sup q̄ bern̄.
Magnum inquit dolū est foris ostendere sancti-
tatem. ꝛ intus viuere secundū carnis voluptatem.
Ipocrite enim habitu ostendunt virtutē sed intus
non habent sanctitatem. Unde Jheronim⁹ episto
la. lxxxvij. Multi inquit vmbram humilitatis hūt
sed pauci veritatem sequunt̃. Unde ypocrisis dicit̃
ab ypos quod est sub. ꝛ crisis aurū q̄si subauratus

q: talis putat̃ intra qualis videt̃ extra. Unde talis
figurat̃ Dani. xiiij. per ydolū nomine bel quod ex
tra erat argenteū ꝛ intra luteū. Talis etiā est quasi
sepulcrū dealbatū qđ extra est pulcrū sed intus om-
ni spurcicia plenū vt dicit̃ Math. xxiij. Et sicut se
pulcrū si frangat̃ statim interior latēs spurcicia ma
nifestat̃. sic ypocrite si per aliquā ꝯtumeliā eis illa-
tam tangant̃ statim ꝑ impatiētiam frangunt̃ ꝛ qđ
interius latet per rancoris verba manifeste osten-
dunt. Unde Bern̄. Qualis inquit quisq̄ꝫ apud se
lateat ꝯtumelia illata ꝓbat. Item falsa hūilitas est
qua quis videns multitudinē peccatorū suorū intā
tum reputat se indignū abhominabilem ꝛ abiectū
ꝙ de diuina despat mīa. De qua humilitate loquit̃
ps̄. di. Nisi quia lex tua meditatio mea est forte pe-
rissem in humilitate mea. ¶ Secundo humi-
litas a laqueis liberat. Unde parisiensis in de
virtutibus parte. v. ca. v. Anthonius inquit vidit
innumerabiles laqueos dyaboli tensos in terra et
ingemiscens dixit. quis per transeat ista: ꝛ audiuit
vocem sibi dicentem humilitas. q: hūiles deus sol
uat ab laqueis ꝛ ab insidijs dyaboli. In cuius rei
figura legit̃. iiij. Regum. vj. capitulo. ꝙ quādo rex
syrie pugnare voluit ꝯtra regem ꝛ pplm̄ ysrael cō-
silium inijt cū seruis suis dicens. In loco illo po-
namus insidias. ꝛ statim ꝓpheta helyzeus inspira
tione spūssancti hoc cognoscēs misit ad regem isrl̃
dicens. Caue ne trāseas ad locū illū q: ibi rex syrie
posuit insidias. ꝛ sic se obſuauit rex isrl̃ ab inimic̃
Spūaliter helizeus interpretat̃ dei mei salutare. ꝛ
signat xpm saluotorem nostrū qui docet nos vbi di
abolus ponit insidias. scꝫ in curijs diuitū. qn̄ sedet
in insidijs cum diuitib⁹ in occultis vt interficiat in
nocentem. sed plerīq̄ꝫ tamen gaudēt si familiares
et acceptibiles in conspectu diuitum fieri possent.
ꝛ libentius diuitibus seruiunt. et magis in illis q̄ꝫ
in deo confidunt. non ꝯsiderantes quod dicit ꝓphe
ta Hiere. xvij. Maledictus homo qui ꝯfidit in ho
mine. ꝛ ponit carnem brachium suum. ꝛ a dn̄o re-
cedit cor eius. Item in voluptatib⁹ carnalib⁹ ponit
dyabolus insidiarū laqueos. vn̄ carnalis voluptas
est mulieris. De qua dicit sapiens Eccēs. vij. In-
ueni amarioreꝫ morte mulierem. que laqueus est
venatorū ꝛ sagena cor eius vincula sunt manus ei⁹
qui placet deo effugiet illam. qui aūt peccator est
capiet̃ ab illa. Et certe qui ꝑ hmōi loca transit nisi
virtutū militib⁹. ꝛ gratia spūssancti vallatus fuerit
rex syrie. i. dyabolus capiet ꝛ interficiet eum et in
infernum finaliter deducet. sed sicut dicit̃ in predi-
cta historia. turbatus est rex syrie. ꝛ q̄siuit quis esset
ꝓditor eius apud regeꝫ israel. Dixit ei vnus seruo
rum. nequaq̄ꝫ domine mi rex. ſ; helyzeus ꝓpha in-
dicat regi isrl̃ quecunq̄ꝫ locutus fueris in filio tuo
sic christus reuelat humilibus ꝑ suam legem ꝛ do
ctrinam quecūq̄ꝫ machinatur nobis dyabolus vt
eius fugiamus insidias. Unde Math. xj. dicit ipe
met christus. Confitebor tibi dn̄e pater. celi ꝛ terre.
quia abscondisti hec a sapientib⁹ ꝛ reuelasti ea par
uulis. Sed si predicte cause ꝛ effectus te ad humi
litatem non moueat. moueat te saltem ineuitabi-
lis certitudo ꝛ hore incertitudinis mortis memo-
ria. quia vt dic̄ Bern̄. in de speculo peccatoris. Nō

pōt melius caro luxuriosa domari q̄ mortua. qua lis erit sp̄ premeditari. In cui⁹ confirmatiōe3 dicit̄ Ecci. vij. In oibus oper ib⁹tuis memorare nouissi ma ꝛ ineternū nō peccabis. Et iō merito be. Greg. in mora. sup illō Job. x. Nunqd nō paucitas dieꝝ meoꝝ finiet̄ breui. cū inquit culpa animū temptat necesse est vt breuitatē vite sue ꝛ delectatiōis aspici at ne ad minacē mortē iniqtas rapiat. Vñ Ecci. xj. Si annis multis vixerit hō. ꝛ in his omnib⁹ letus fuerit meminisse d3 tenebrosi tp̄is ꝛ dieꝝ multoꝝ Et ideo dicit Alphorabi⁹ in li. suo de diuisiōe p̄hie q̄ fm platonē p̄hia est tediū cura studiū ꝛ sollicitu do mortis vbi p mortis sollicitudinē intelligit mor tificationē prauaꝝ voluptatū ꝛ carnaliū desiderio rum. Naz his mortificatis applicat̄ ꝛ disponit̄ hō ad curā veritat̄. hec ille. Cui ꝯcordās Tulli⁹ li. pri mo de tusculanis q̄stionib⁹ loq̄ns d̄ socrate ait Tota phoꝝ vita ē iugis ꝯmedatō siue meditatio mor tis. Vñ narrat̄ in vita iohan. eliarij ꝛ idē h3 ꝛvallens̄ in summa collationū ad omne genus hominū. pte vij. di. iij. c. iiij. vbi narrat de antiq̄ ꝯsuetudie quadā romanoꝝ q̄ postq̄ impator ess3 coronat⁹ astantib⁹ exercitib⁹ veniebāt monumentoꝝ edificatores cu3 marmorib⁹ diuersi coloris. ꝛ querebāt ab eo de q̄li marmore iuber3 fieri monumentū. sup hoc insinu antes q̄ sp cogitaret se esse mortalē. ꝛ in breui ab vi ta recessuꝝ. ꝛ ex hac ꝯsideratiōe curā anime sue im penderet. vt ꝓ tpe suo pie ꝛ iuste regnū suū guber naret. Itē legit̄ Exo. xxviij. q̄ moyses ꝛ ceteri pa tres veteris testamēti ad p̄ceptū dñi posuerūt in ve ste aarō sūmi sacerdot̄ duos lapides p̄ciosos. in q̄ bus fuerūt sculpta noīa duodecim filioꝝ isrl̄ mor tuoꝝ. ne supbiret qñ ingrederet̄ templū indut⁹ ve stibus p̄ciosis. Et vt si forte gradus honoris que3 habuit. siue gloriosus apparatus q̄ erat indut⁹. vel honor ppl̄i sibi exhibit⁹ eleuaret cor suū statim re spiciēs noīa illoꝝ patriarchaꝝ filioꝝ isrl̄ mortuoꝝ cogitaret se ineuitabilr̄ morituꝝ sicut ꝛ illi mortui fuerūt. ꝛ cito se pdituꝝ illā mundanā gloriā ꝛ ho norem. mors eñ ineuitabilis est cuicūq̄ hoi. vnde ps. Quis est hō ꝛ nō videbit mortē. q. d. nullus. qꝛ mors est quedam pena generalis ade ꝛ omnib⁹ fi lijs ei⁹ inflicta. Vñ nullis pcit mors. ʒ eque mori untur diuites ꝛ paupes. debiles ꝛ fortes. iuuenes ꝛ senes. Quod ꝯsiderans quidā celicus puer. de q̄ narrat ꝛvallens̄ in summa collationū ad oīe gen⁹ hominū pte. vij. di. j. ca. iij. dicēs q̄ cū fili⁹ cuiusda3 nobilis ꝛ vnicus intrasset religionē ꝛ venis3 ad eū pater ei⁹ vt vi eū extraheret. ꝛ cū non possent socij pueꝝ ꝯtra patris voluntatē retinere. nec ausi erant petijt puer a fratrib⁹ q̄ posset cū patre suo loq̄. qō cum ꝯcessum ess3 ait puer ad patrē. Pater mi au fer a regno siue dño tuo ꝯsuetudinē vnam ꝛ tecu3 a seculū libenter redibo. cui annuente patre. petijt vt sibi ꝯsuetudinē illā innotesceret. Cui puer video inquit pater q̄ in regno tuo sicut senes ita ꝛ iuue nes moriunt̄. ꝛ si tollere possis q̄ nō moriant̄ tales qualis ego mō sum tecū redibo ad mundū. quod si nō poteris rogo te pater hic in dei seruitio me ꝑ mitte manere. vt secure mortē valeam expectare. q̄ audito. nolo inquit pater filio suo. vt ad seculū re dias sed ꝛ ego mundo renunciabo. qꝛ vt video in te loquit̄ spūssanctus. ꝛ extunc ambo in religione ser uierūt altissimo. Ex quo patet q̄ iuuenib⁹ special̄ ter est necessaria mortis memoria. vnde Treno. iij. post illud dictū spūssancti. Bonū est viro cum por tauerit iugū dñi ab adolescentia sua. Et subdit̄ Po nat in puluere os suu3. Pro cuius intellectu est no tandum q̄ sicut dicit̄ Ecci. xxj. Os sapientium in corde eorum. Os igit̄ in puluere ponit. q̄ in corde suo cogitat q̄ puluis sit fm doctrinā matris sue ec clesie dicentis. Memento homo qꝛ cinis es et in ci nerem reuerteris. ¶ Sed certe vt videt̄ nō re putat se cinerem qui veste serica vel de scarleta vl̄ veste deaurata corpus suum induit. quis enim ni si fatuus talem saccum facit cineribus suis. Item non reputat se cinerem qui in alto se erigit. nam non expedit cineri esse in alto ne a vento dispergat̄ Vnde psal. Inimici domini mox vt honorificati fuunt ꝛ exaltati. deficientes queadmodum fumus deficient ꝛ dispergent̄. quemadmodū puluis quē ꝓijcit ventus a facie terre. Legitur enim Ex odi. ix. q̄ dominus dixit moysi ꝛ aaron vt tollerēt manū plenam cinerū de camino ꝛ dispergerent in celum. quod ꝛ fecerunt ꝛ subsecuta sunt v cera et vesice. sic multotiens cum aliquis in alto ponit̄ se quunt̄ vesice superbie ꝛ vlcera vane glorie. vt lepro sus ꝛ vlcerosus interius coram deo appareat quā tumcunq̄ pulcer exterius. Sed contra istud vilis simum remediū est mortis memoria. In cuius rei figura legit̄ Leui. j. q̄ dominus precepit q̄ homo faciens holocaustū de turturibus vel pullis colū be ꝓijceret vesiculam gutturis ꝛ plumas in loco cinerum. Spiritualiter holocaustū facit deo d̄ tur ture qui dat se deo vt seruiat ei in vita contempla tiua. Et de columba qui dat se deo vt seruiat ei in vita actiua. Turtur enim amat solitudinem. co lumba vero gregatim volat vesiculam gutturis q̄ est quasi horreū auiū cupiditatem mundi signifi cat. pluma vero leuitatem. In loco igit̄ cineꝝ vesi culam ꝓijcit qui ꝯsideratione mortis sue cupidita tem abijcit non curans acquirere ea que infra bre ue pdat. ꝛ ꝓ quib⁹ forte ipsemet perdat̄. Vnde. j. Thi. vj. Qui volunt diuites fieri incidūt in tempta tionem ꝛ in laqueos dyaboli. ꝛ in desideria multa ꝛ inutilia ꝛ nociua q̄ submergūt hominē in interi tum ꝛ pditionem. Plumā vero in loco cineꝝ ꝓij cit qui mortis ꝯsideratione vanitatē huius mūdi refugit intelligens fatuū esse in via ad mortem gau dere. Sed fm beatū augustinū. Nihil aliud est tē pus presentis vite nisi cursus ad mortem. Item Aug⁹. iiij. confessionū. Ista inquit vita est mors vi uentium. ꝛ vita morientiū. ꝛ est punctabilis breui tate ꝛ transitoria velocitate. plena miseria ꝛ calami tate. de quib⁹ omnib⁹ dicitur Job. xiiij. Homo na tus de muliere breui viuens tempore replet̄ mul tis miserijs. qui quasi flos egredit̄ ꝛ ꝯterit̄. ꝛ fugit velut vmbra. ꝛ nunq̄ in eodem statu pmanet. Et ideo merito in ꝑsona mortui loq̄ntis ad viuū dicit̄ Ecci. xxxviij. Memor esto iudicij mei. sic erit ꝛ tuū meum heri. tuū hodie. Hec eñ memoria multu3 confert ad fugandum exercitum vitiorū. Nam si cut timēt latrones iudicis aduentū. sic timent mor tem homines vitiosi. Vnde Ecclesiastici. xlj. O

mors q̄ȝ amara est memoria tua homini iniusto. et sicut iumentum cauda sua se a muscis defendit q̄ nitunt ipm mordere ⁊ suis aculeis pungere Sic homo a malignis spiritib⁹ qui nitunt ipm deuorare ⁊ aculeis viciorum pungē se mortis ꝯsideratiōe custodit. Et sicut aues cauda sua se regunt volando. ⁊ pisces natādo. sic homies mortis memoria recte se regūt in via iusticie que ducit ad vitam ambulādo Unde Job. xij. Interroga iumēta ⁊ docebūt te. et volatilia celi ⁊ indicabūt tibi. Item sicut qui nauē recte vult regere ponit se in fine nauis. sic hō prudens ꝯsideratione finis vite presentis recte regit se in hijs que sunt ad finem media. Media eñ ad finem vite humane sunt dies anni ⁊ tempora. Qui eñ cor suum in hoc fine vite presentis firmit ponit de vita presenti ⁊ futura potest rectius iudicare. nā qui per meditationeȝ se ponit in mortis articulo q̄si in medio inter vitam presentem ⁊ futurā se collocat. ⁊ ideo bona vtriusq̄ȝ vite potest de ꝓpe et vitem vtramq̄ȝ videre. Qui vō ponit se in initio vite p̄sentis sperās hic p multa tempora ⁊ annos se victurū ponit inter se ⁊ vitam futuram longā vitam presentem. qua sperat se victurum. ⁊ ideo vitam futurā quasi de longe videt Et sicut res in quanto de longius ceteris paribus videt in tanto minus apparet. Exemplū habemus de sole qui vt dicit philosophus est septies maior tota terra. Et sicut dicit venerabilis Beda in de ymaginatione mūdi. et idem habet sanctus Thomas de veritate theologie. li. ij. ca. iij. Inter terram ⁊ lunā sunt miliaria. xvij. milia. sexcēta et. xxv. ⁊ stadiorum. lxj. A luna vsq̄ȝ ad mercurium sunt miliaria septem milia. viij. ⁊ xij. ⁊ ꝟ. A mercurio vsq̄ȝ ad venerem precise tantū quantū a luna vsq̄ȝ ad mercuriū. A venere vero vsq̄ȝ ad soleȝ sunt miliaria xxiij. milia. cccc. ⁊. xxxiij. ⁊ sic i toto a terra vsq̄ȝ ad solē sūt miliaria. lxxiiij. milia. sexcēta. lxxxiij. ⁊ stadiorum. lxj. Et qr sol de tā lōge videt apparet nobis modice q̄ntitat. sic certe illis q̄ ponūt vitā p̄ntē lōgam qua sperant se hic victuros inter se ⁊ vitā futuram. vita futura et bona illius nō obstante q̄ sūt maxima immo tam infinita. modica eis vident. vñ quasi in initio vite present posuit se diues ille qui dicebat anime tue Lu. xij. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos. requiesce. comede. bibe ⁊ epulare. Sed deus posuit euȝ in fine vite sue dicens. Stulte hac nocte repetent animam tuā a te. Et ex istis patȝ q̄ȝtum confert homini mortis memoria ad predictū xp̄i saluberrimū consiliū de humilitate sectandum. Et ideo merito humilis seruus dei Moyses ꝯsiderans inobedienteȝ populum predicta xp̄i ꝯsilia deserentem Deut. xxxij. sic scribit. Gens absq̄ȝ ꝯsilio est ⁊ sine prudētia. vtinaȝ sapent ⁊ intelligerent. ac nouissima ꝓuiderent ⁊c.

Capitulum XLIX

Ertium commendabile ad ꝯsilium pertinens est gratia vtile cōsilium indigentibus administrandi. Unde legitur. j. Macha. ij. q̄ ille nobilis dux Mathathias quando appropinquauerūt dies mortis ei⁹ dedit bonum consilium filijs suis dicens. Nunc o filij emulatores estote legis ⁊ date animas vestras ꝓ testamento patrum. ⁊ mementote operuȝ patrū que fecerunt in generationib⁹ suis ⁊ accipietis gloriam magnam ⁊ nomen eternuȝ Et sequit. Et ecce symon frater vester scio q̄ vir cōsilij est. ipm audite semp. ⁊ ipse erit vobis pater. Precipue eñ ista gratia cōmendabilis est in hijs qui habent curam alios corrigendi ⁊ eis consiliū dandi. cuiusmodi sunt omnes sub se filios seruientes vel subditos habentes. ⁊ specialiter cōfessores ⁊ pastores curam aniarum habentes. Unde Ecc̄i. xxv. q̄ȝ speciosum amice iudicium ⁊ presbiteris cognocere ꝯsilium. sed ve illis ꝯfessoribus qui in loco dei sedentes in penitentiali iudicio ꝯsulunt. ⁊ ꝓ speciali penitentia iniūgūt raptoribus vsurarijs et ceteris temporalium male acquisitorib⁹ sibi confessis eis partem male acquisitorum dare. ⁊ de residuo promittunt se indubitenter eos absoluere. vbi ꝟm legem iusticie ad restitutōnē integraliter obligant. vñ August. ⁊ ponitur in cañ. xiiij. q. vj. si res. Si res inquit ꝓpter quam peccatuȝ fit restitui potest ⁊ non restituitur penitentia nō agitur. sed simulat. si veraciter agatur. non dimittitur peccatum nisi restituat ablatuȝ. hoc est vt dixi. si restitui potest. hec ille. Ac etiam ve ꝯfessoribus luxuriosis qui mulierculas quibus consulerent castitatem obseruare ad incontinentiā non erubescūt muneribus ⁊ ꝓmissis damnabiliter prouocare. ⁊ ad actum nephandissime luxurie allicere. nam talibus non īmerito ve imprecat ꝓpheta Isa. v. dicēs. Ve qui dicitis malū bonū ⁊ bonum malū. ponētes tenebras lucem. ⁊ lucem tenebras ponentes amaruȝ dulce et dulce amarum.

Capitulum L

Quartum commendabile ad consilium pertinens est gratia debite consilium examinandi. vnd Sene. Prudentis inquit ꝓprium est examinare consilia et non cito facili credulitate ad falsa prolabi dicitur eñ in tractatu qui intitulat dogma phorum. q̄ triplex est capiēdi ꝯsilij deliberatio. prima ē de honesto tātum. scd̄a de vtili. tertia de ꝯflictu vtriusq̄ȝ. Si dubitamus vtrū honestum an turpe sit. in qua dubitatione vera examinatione facta. honestum turpi est p̄ponendū. deinde de duob⁹ honestis quid horuȝ sit honestius. in qua examinatione honestius est preponendū. similiter de duob⁹ vtilibus. vtilius est p̄ponendū. Iteȝ de pugna honesti ⁊ vtilis in qua examinatiōe honestum vtili semper est p̄ponendum ꝟm doctrinā Tullij. li. iij. de offi. ⁊ bonū cōmune bono priuato ⁊ ꝓprie ⁊ summe qd̄ est ad honoreȝ dei omni cōmodo humano est preponendum. Et breuiter concludēdo nihil consulendū est quod est iniustum. prout ait Ualerius li. vj. loquens de timostode dicente se salubre habere ꝯsilium. petijt tamē sibi dari vnum sapientem ad examinandū suū consiliū. cui datus est aristides. qui examinatiōe facta redijt dicens. Timostidem vtile habere consiliū tñ minime iustū voluere animo. ac vero vniuersa cōtio. i. congregatio ꝓclamauit q̄ equuȝ non videret nec expediens illius cōsilium. et ideo ad examinādum sic ꝯsilia debet esse deliberata discussio et exq̄sita examinatio ⁊c. Unde aug. in epist. ad iulianum

comitem. In omni inquit opere qđ cogitas facere primũ cogita deuz. ꝛ si ꝯm deum est diligenter examina. ꝛ si est rectum coraȝ deo illud perfice. si vero aduersum fuerit repertum illud amputa ab anima tua ꝛ omnia per ꝯsilia sapientum facito.

Capitulum LI

Quintum commendabile ad consiliũ ptinens est gratia electo consilio acquiescendi. Unde Prouer. xij. Uia stulti recta in oculis tuis. qui autẽ sapiens est audit consilia. vñ moyses sapientissim⁹ dei seruus audiuit ꝛ acquieuit ꝯsilio ietri. licet minor eo esset. vt patet Exo. xviij. sed non obstante ꝙ bonũ consilium dederũt angeli loth vt de sodomis exiret cum vxore filiab⁹ ꝛ generis suis. ꝛ nullus eorũ post tergum respiceret. sed in monte se saluarent. tñ generi eius euȝ sequi nolentes cum impijssimis sodomis perierũt. ꝛ vxor eius retro respiciens versa est in statuam salis. Et ipsemet loth quia statim in monteȝ ad consilium angeli non ascendit ambas filias proprias carnaliter cognouit. vtȝ Geñ. xix. Item roboas filius salomonis noluit audire senũ pfectum cõsiliũ. ȝ potius elegit seq̃ iuuenũ lasciuioꝝ indiscretum consilium. ꝛ iõ decem tribus sibi rebellantes de populo israelitico irrecupabiliter perdidit. vt patet. iij. Reg. xij. Item nabuchodonosor rex quia nõ audiuit sanũ ꝯsilium danielis ꝓphete ꝯsulentis sibi peccata sua elemosynis redimere. ideo mutatus est in bestiam ꝛ fenũ ꝛ herbas vt bos comedit. vt patet Dañ. iiij. ca. Item bonũ consiliũ dedit achior holoferni. qđ tñ ille cum superbia et indignatione ꝯtempsit. et ideo post pauculum in medio exercitus sui a muliere miserabiliter est decapitat⁹. et totus exercitus cũ confusiõe dispersus. vt patet Iudit. v. Iteȝ bonum consilium dedit vxor pylati viro suo. sed tñ ille eius ꝯsilio acquiescere recusauit. magis timens cesarem offendere. ꝙ iustum sanguinẽ effundere ꝛ dei filiũ ꝯdẽnare vtȝ Matt. xxvj. ꝛ Ioh. xix. Et iđo merito dr̃ Prouer. xiij. Inter supbos sp iurgia sũt. qui agunt oĩa ꝯsilio. reguntˀ sapiã. ꝛ spãlitˀ q̃ agunt omĩa ꝯm consilium xp̃i. q: ipe est sapientia dei patris. cui⁹ tñ ꝯsilium quasi ab omibus hoibus mundanis despicitˀ. Et cãm oñdit Lin. in de oculo morali. vbi narrat ꝙ romani q̃ viros magnificos deificare consueuerant disputauerũt in ꝯsilio suo vtrũ xp̃s q̃ tam miranda opabatˀ miracula in numero deoruȝ esset recipiendus. et tandem diffinitũ est ꝙ nõ deberet recipi inter deos ꝓ eo ꝙ non haberet cultores ꝓpter hoc ꝙ paupertatem predicauit et elegit quam mũdus ꝯtemnit. certe pariformitˀ est inter vocatos christianos his diebus. Vñ si q̃s prepollat diuitijs mũdialibus bon⁹ ꝛ valens inter homines reputatˀ et quasi deus ab hoibus honoratur. ꝛ quasi omẽs hoies ei⁹ diuitijs et ꝯsilijs acquiescũt. vñ Eccl. xiij. Diues locutus est ꝛ omẽs tacuerũt. ꝛ verbũ illi⁹ vsqȝ ad nubes pducunt. ȝ si q̃s ad exemplũ xp̃i diuitias ꝯtẽnat. ꝛ ꝯm xp̃i ꝯsiliũ paupertatẽ assumpserit q̃litercũqȝ sensatus. tñ quasi ab omnib⁹ homib⁹ abiectus ꝛ tãqȝ nulli⁹ reputatiõis habetˀ. vñ Eccl. xiij. humilis locut⁹ est sensate ꝛ nõ datus est ei locus. et sequitˀ. Pauper locutus est. ꝛ dicunt q̃s est hic. et hec erat cã quare supbi pharisei et diuites legisperiti xp̃i ꝯsiliũ despexerũt. vñ Lu. vij. Pharisei ꝛ legisperiti christi ꝯsiliũ spreuerũt in semetipsis. sed ve hoĩ illi qui saluberrima christi consilia deserens fraudulẽtas dyaboli suggestiones sectatur. vnde merito talibus ve cõminatur Ysa. v. Ve qui dicũt malũ bonũ ꝛ bonum malum.

Capitulum LII

Quintus riuulus manans de secundo fonte predicto. s. de fonte oris est septimũ opus misericordie spiritualis. s. lugentibus et desolatis ꝯsolationem prebere. De quo Eccl. vij. Ne desis plorantibus in ꝯsolatione. ꝛ cũ lugentib⁹ ambula. Sed ꝓ isto est notãdum ꝙ ꝓ eo ꝙ sicut dr̃ Eccl. xij. Si bñ feceris scito cui bene feceris. Iđo distinguende sunt diuerse species luctus vt ex hoc manifestius fiat cui luctui et cui non consiliatio debeatur. Aliq̃s em̃ est luct⁹ bon⁹ ꝛ aliq̃s luctus malus. Luctus bonus triplex est scȝ luctus ꝯpunctionis. luctus ꝯpassionis. et luctus deuotionis. Unde et ter legitur dñm nostrum saluatoreȝ fleuisse. ꝛ hoc vt in suo fletu triplici. omnes nostras flendi causas exprimeret. Pro q̃ notandum ꝙ fleret peccator ꝓ suis ꝓprijs peccatis. et iste est fletus cõpunctionis. de quo p̃s. In cubilib⁹ vestris ꝯpungimini. Hanc ꝯpunctionẽ habuit propheta qui dicit. Lauabo per singulas noctes lectũ meũ lacrimis meis stratũ meũ rigabo. Item idem Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei. q: non custodierũt legem tuaȝ. Hũc em̃ fletũ designauit christ⁹ qñ fleuit in lecto crucis. De quo fletu dicitˀ ad Hebreos. v. Cum clamore ꝛ lacrimis offerẽs auditus est. Crux em̃ statum penitentie signat. Hanc igitur crucem docuit xp̃s peccatorẽ assumere. vñ Math. xvj. Si q̃s vult venire post me abneget semetip̃m ꝛ tollet crucem suam ꝛ sequatˀ me Sup quo Isido. i de summo bono lib. iij. c. xviij. Quid est inquit homineȝ semetip̃m abnegare nisi voluptatib⁹ ꝓprijs abrenunciare. vt qui superbus erat sit humilis. qui iracundus erat studeat esse mansuetus. Nam si ita quisqȝ renunciet que possidet omnibus vt suis nõ renunciet morib⁹ prauis non est xp̃i discipul⁹ Qui em̃ renunciat reb⁹ suis sua abnegat. qui vero renũciat moribus prauis semetipsum abnegat. hec ille.

Secundo flere debet iustus non solũ ꝓ suis peccatis. sed etiam pro peccatis ꝛ afflictione ꝓximorũ suorum qui cũ illo sunt membra eiusdem corporis christi mistici. ꝛ iste est fletus compassionis. de quo j. ad Cor. xij. Si quid patitur vnũ membrũ ꝯpatiũtur omnia mẽbra. Hunc fletum habuit sanct⁹ Iob qui dicit Iob. xxx. Flebaȝ quondã sup eo qui afflictus erat ꝛ ꝯpatiebatˀ anima mea pauperi. Itẽ hũc fletuȝ habuit samuel. qui lugebat saul. licet sciret eũ a deo esse piectum. j. Reg. xv. Item hunc fletũ habuit ꝓpheta. qui dicit Ihere. ix. Quis dabit capiti meo aquam ꝛ oculis meis fontem lacrimarũ. ꝛ plorabo die ac nocte interfectos filios ppl̃i mei. Hũc em̃ fletum signauit ihesus quando videns ciuitatẽ fleuit super illam. Lu. xix. Super quo greg. omel. xxxix Hoc inquit semel egit ihesus cum perituraȝ ciuitateȝ esse nũciauit. sed hoc quotidie redemptor

noster per electos suos nullatenus agere cessat cū
quosdam ex bona vita ad mores peruersos puenis
se ɔsiderat. Plangit em̄ eos qui nesciunt cur plan
gant. qui iuxta salomonis verba letant cum male
fecerint. ⁊ exultant in reb⁹ pessimis. quasi damnati
onem suam q̄ eis imminet agnoscerent. semetipsos
cum lacrimis electoꝝ plangerent. hec ille. Ter
tio flere deberet homo perfectus de incolatu p̄ntis
miserie. ⁊ proditione habitationis celestis patrie.
Unde de primo dicitur in ps. Heu mihi quia inco
latus meus prolongatus est. De secundo dicit ad
Philip. j. Cupio dissolui ⁊ esse cum xp̄o. Itē i ps.
Super flumina babilonis illic sedim⁹ et fleuimus
dum recordaremur syon. ⁊ iste est fletus deuotiōis
qui sp̄aliter accidit cum anima viri perfecti dulce
dinem dei experta deflet absentiam sponsi quo ad
sensualem dulcedinem. De quo ps. Fuerunt mihi
lacrime mee panes die ac nocte dū dicit mihi p sin
gulos dies vbi est deus tuus. Hūc em̄ fletū signa
uit xp̄s quando lacrimatus est super lazarū. Joh.
xj. Unde nisi lazarus suscitatus fuisset spūs ei⁹ vo
lasset in requiem. sed cum suscitatus est ꝓlongat⁹
est incolat⁹ p̄ntis miserie. ⁊ facta est dilatō vite eter
ne. Sed est hic notandum ꝙ p̄dicti triplicis lu
ctus boni inter cetera tria sunt sp̄aliter impedimen
ta. Prim⁹ enim luct⁹. s. ɔpunctionis ꝓ peccatis
ꝓprijs impedit per ignorantiam. dicente xp̄o Lu.
xix. Si cognouisses ⁊ tu. supple vindictā in te ꝓ
peccatis tuis venturam fleres. Sed certe q̄diu ho
mo est obstinatus in peccatis. vindictam pene eter
ne sibi venturam non cognoscit nec ɔsiderat. ⁊ idō
ꝓ peccatis suis flere nō pōt Unde greg. in moral.
Nisi inquit a reatu culpe quo nos ligamur miseri
corditer dimittamur. pfecte flere nō possumus qđ
in nobisipsis ɔtra nosmetipsos delinquim⁹. Se
cund⁹ em̄ luctus. s. luct⁹ compassionis ꝓ peccatis
et afflictione ꝓximoꝝ impeditur per cordis durici
em ⁊ impietatem. In cuius rei figura dicit Gene.
xxix. ꝙ os putei grandi lapide claudebat. Homies
vero qui non habent pietatem ad ꝓximū non inue
niunt deum sibi misericordem. ⁊ ideo puteus cor
dis eoꝝ tanto clauditur lapide impietatis. ꝙ aqua
compassionis non ex eo permittitur emanare. ⁊ sic
ager anime siccus remanet sterilis ⁊ infructuosus
Unde dicit Job. xij. Si continuerit aquas omnia
siccabunt. Et ideo vtile esset talibus vt v̄ga dei per
cuterentur vt aqua lacrimarum de cordibus eorū
exiret. Deut. viij. Eduxit riuos de petra durissima
Item ps. Percussit petrā ⁊ fluxerūt aque. Ter
tius vero luct⁹ deuotionis impeditur per in ordina
tum amorem terrenarū possessionū. In cuius rei
figura legit Geñ. iiij. ꝙ cayn interfecit abel. Spiri
tualiter cayn interpretat possessio. Abel vero luct⁹
interpretatur. Cayn igit interfecit abel. dum posses
sio ⁊ affectio terrenarum lacrimarū irriguū interfi
cit et interrūpit. Figuram huius habemus Geñ.
xxvj. vbi legitur ꝙ omnes puteos quos foderāt ser
ui abrahe obstruxerunt palestini implētes humo.
hoc est omnes puteos deuotionis quos fodiūt ser
ui dei in cordibus eorum inq̄ntum sufficiunt ⁊ pos
sunt. obstruunt maligni spiritus implentes eos hu
mo affectionum terrenarum.

Capitulum LIII

Luctus eni malus quā
druplex est. s. luctus fictus et simulatus.
luctus ꝓ rebus vanis et transitorijs luct⁹
pro amicis mortuis immoderatus. ⁊ luctus dāna
torum ꝓ penis eternis. A De primo loquit pa
ris. in de virtutibus. parte. v. ca. xj. sb autoritate be.
bern. Aliquos inquit lugētes video. si de corde ꝓ
cederent lacrime eoꝝ non tam facile illi vbi solue
rentur in risum. nūc aūt cum abundātius ociosa et
scurilia verba ꝓfluant q̄ prius lacrimas. lacrimas
hmōi de his non arbitror quib⁹ ɔsolatio diuina ꝑ
mittit. quando quidem post illas tam facile ɔsola
tio vilis admittit. De secundo luctu malo loquit
tur bea. greg. sup illud ps. Euntes ibāt et flebant q̄
inquit plorant de rebus transitorijs ⁊ vanis inanit
plorant. ⁊ qui rident de rebus vanis ꝓ malo suo ri
dent. vñ Lu. vj. Ue vobis q̄ nunc rideris q2 lugebi
tis ⁊ flebitis. ȝ risus hic non sumit ꝓ cachinnatiōe
labiorū. sed ꝓ gaudio ⁊ exultatione de ꝓsperitate
mūdana. vt docet bea. aug. in de verbis dñi. sermo.
lxxiij. Et sicut dicit bea. Greg. sup euangelia ome.
ij. Presentia gaudia sequūtur ppetua lamenta. ne
mo em̄ potest hic gaudere cū seculo. ⁊ illic regnare
cū domino. ⁊ ideo merito dicit xp̄s. Luc. vj. Ue vo
bis diuitibus qui habetis consolationē vestram in
terra. De tertio luctu malo loq̄tur crisost. ⁊ ponit
in ca. xiij. q. ij. vbicūq3. Lugere aūt inquit ⁊ deplora
re ⁊ lamentari eos q̄ ab hac vita decedunt ex pusil
lanimitate ɔtingit. hoc autē ex desperatione future
resurrectionis intelligit. vnde apostolus nō simpli
citer ait. Nolumus vos ignorare de dormientibus
vt nō ɔtristemini. sed addit. sicut ceteri qui spem nō
habent. pietatis namq3 affectu ⁊ humilitatis intui
tu mortuos lugere non ꝓhibem⁹. sicut nonnullus
sanctoꝝ in alioꝝ exequijs pias lacrimas impēdisse
legim⁹. hec ibi. Unde ⁊ apostoli lugebant ⁊ flebāt
de morte xp̄i sicut ⁊ vehementissime de eius resur
rectiōe gaudebant. Unde ⁊ de ore isto prophetico
premonuit illos ihesus dicens. Plorabitis ⁊ flebi
tis vos. mūdus aūt gaudebit. vos aūt ɔtristabimi
ni. ȝ tristicia vr̄a vertet in gaudiū. Sȝ hic q̄rit vtrū
apostoli ⁊ discipuli in tristicia ⁊ dolore quam habu
erūt de morte ⁊ passione xp̄i meruerūt vel demeru
erūt. Et primo videtur ꝙ meruerunt. q2. j. ad thi. ij.
dicit Apostolus. Si ɔpatimur ⁊ conregnabim⁹. igi
tur ɔpati de morte ⁊ passione xp̄i erat eis meritori
um. Itē tristicia que ɔuertit in gaudium bona est
et meritoria. ȝ tristicia apostoloꝝ cōuersa est in gau
dium. igit illa fuit bona ⁊ meritoria. Ad oppositū
tñ arguit. quia aut volebant apostoli ꝙ xp̄s more
retur aut non. si non tūc peccabant. vnde Petr⁹ de
hoc erat reprehensus vt patet Math. xvj. vbi legit
ꝙ quando christus ostēdebat discipul' suis ꝙ opor
teret eum ire hierusalem et occidi et tertia die resur
gere. petrus cepit increpare eū di. Absit a te domi
ne non erit tibi hoc. qui conuersus dixit petro Ua
de post me sathana scandalum es mihi. quia nō sa
pis ea que dei sunt. sed ea que sunt hominum. Ex q̄
sequitur ꝙ apostoli dolentes noluerūt christū mo
ri in hoc grauiter peccauerunt ⁊ si volebant ipsum

mori tunc videtur ꝙ de eiꝰ morte non doluerunt
cuius tamen oppositum est ostensum. Item Joh.
xiiij. xp̄s hortatꝭ discipulos vt de morte eiꝰ nō tur-
bentur dicens. Non turbetur cor vestrū neqꝫ formi
det. audistis q2 dixi vobis. vado et venio ad vos. ꝗ
dominus non dehortatur bonū. igitur turbari ⁊ do
lere de morte christi non est bonum. Item Johan.
xiiij. dicꝭ xp̄s discipulis suis. Si diligeretis me gau-
deretis vtiqꝫ. Igitur gaudendū erat de passione chri
sti. sed qui tristatur. vnde gaudendū est inordinate
tristatur ⁊ culpabiliter turbatur. igitur si tristaban
tur de eiꝰ morte videtur ꝙ in hoc peccauerunt. hinc
dicitur ꝙ circa tristiciam duo sunt consideranda. s.
qualis sit ex parte originis. ⁊ qualis sit ex parte mo
di. Ex parte originis tristicia ortuz habet ex dilecti
one. ⁊ quedam tristicia oritur ex dilectiōe voluptu
osa et carnali. vt gulosus tristatꝭ de amissione boni
morselli. ⁊ quedam tristicia oritꝭ ex dilectione natu
rali. vt aīa tristatur in sepatione a corpore. aut ma
ter in morte filij. Et quedam v̄o tristicia oritur ex di
lectiōe sociali. sicut tristatur amicus qñ sepatur ab
amico cuius societas sibi placet. Et quedā tristicia
oritur ex dilectione spirituali. vt quando quis dili-
git ex charitate ⁊ ꝯpatitꝭ patienti. prima tristicia est
culpabilis. scd̄a ⁊ tertia tolerabilis. sed quarta lau-
dabilis. Intelligendū est etiam ꝙ apostoli duplici
ter diligebant deum. s. amore sociali quo diligit ali
quis socium quia nō vult ab eo separi. ⁊ amore spi-
rituali quo diligit aliquis aliquem ꝓpter v̄tutem et
sanctitatez. Ex quibus patet ꝙ in discipulis chri
sti fuit quedam tristicia laudabilis qua compatie-
bantur xp̄o. ⁊ quedam supportabilis vel tolerabilꝭ
qua nolebant separi a christo. A parte modi tristan
di intelligendum ꝙ modus habendus est in tristi-
cia. vnde dicit apostolus. j. ad thessalꝭ. iiij cap. Non
ꝯtristemini sicut ⁊ ceteri qui spem nō habēt. Vñ
debet tristicia temperari cū gaudio ⁊ inquanto de-
bitum modum lugendi excesserunt apostoli repre-
hensibiles erāt. quia intanto lugebant ꝙ nullo mo
do gaudebant. Et ideo quantū ad hunc modum. s.
immoderantiam amouendū hortabatur dominus
vt non tristarentꝭ. sed vt gauderent. Unde crisosto.
Magna est tristicia tyranni ⁊ multa nobis virilita
te opus est vt resistamꝰ huic passioni ⁊ quod vtile ē
testificantes. quod vero superfluum dimittamus.
Ideo laudabiles erant apostoli in tristicia sed vitu
perabiles in modo tristandi. Hec cōsidarans bea.
Aug. primo de visitatione infirmorum deplorans
mortem nepotis sui. non consolatorias inquit ef-
fundere lacrimas effeminatum est. porro nullas
gaudere cum gaudentibus ⁊ flere cum flentibꝰ in-
beamur ⁊ in obedientia ⁊ inhumanitas est. ⁊ lacri-
matus est ih̄s. plorabo iquit mi nepos dulcissime
ne sim in obediens ⁊ inhumanus. siue nō imitator
domini mei ihesu. temperabo quoqꝫ a lacrimis ne
nimis videar effeminatus. Tu quoqꝫ viam vniuer
se carnis nepos amantissime ingredi festinas q̊ vi-
surus es parentes tuos patriarchas sanctos omni-
um et summam beatitudinez. Ad tanti igitur itine
ris ne deficias in via subsidium grande viaticū est
necessarium. hec ille. Ex quibus patet ꝙ luctus pi
us ⁊ ordinatus pro morte amici non prohibetur. ꝗ
solum luctus inordinatꝰ ⁊ incōsolabilis qui sim-
pliciter malus est ⁊ inutilis. quia mortuo non pro-
dest. ⁊ lugenti multū nocet. Et ideo vt dicit beatus
august. vbi prius. Fuerūt quidam philosophi qui
in ortu puerorum lugebant ⁊ in eorundem morte
gaudebant. In hoc significantes ꝙ homo ad labo-
rem nascitur ⁊ ad quietem moritur. Sanctus etiā
dauid de ortu filij sui quem de bersabea susceperat in
tantum est contristatus ꝙ dum puer adhuc viue-
ret lugens ⁊ incenatus maneret. mortuo autez par
uulo ⁊ gauderet ⁊ cenaret. O mors desiderabilis. o
mors omnium maloꝝ presentium finis. o mors la
boris clausula. ⁊ quietis principium quis excogita
re queat tuarum beatitudinum vtilitates. Naz ma
le mori bonoꝝ christianoꝝ non est. bene autē mori
cum christo est viuere. ⁊ quis ipsius beneficia suffi-
cienter expediat que hominem christo ꝯglutinant.
quoniam vt dictum est finis malorum est nutrix ⁊
initium secure felicitatis eterne. hec augu. Et id̄o vi
am vniuerse carnis festinātibus ingredi hec essent
a sacerdotibus declaranda. Unde Eccl. xxxviij. In
requie mortui requiescere fac memoriam eius. ⁊ ꝯso
lare illum in exitu spiritꝰ sui. B De quarto eñ
luctu malo. s. de luctu damnatoꝝ ꝓ pena eterne dā
nationis loq̇tur xp̄s Math. xiij. In consūmatione
seculi exibunt angeli ⁊ sepabunt malos de medio
iustorum et mittunt eos in caminuz ignis. ibi erit
fletus ⁊ stridor dentium. Super quo parisꝭ. in de v̄
tutibus parte. iiij. ca. v. Ibi inquit plorabunt dam-
nati quando lacrime erunt inutiles. ⁊ si non plora-
rent damnati nisi lacrimam vnam corporalez singu
lis diebus quibus erūt in inferno. tamen plus plo
rarent q̄ꝫ sit tota aqua in mari. quia om̄es gutte ma
ris solum sunt finite. ⁊ potest deus veraciter dicere
tot sunt et non plures. damnati vero sine fine erunt
in inferno. hec ille. Et ideo qui voluerit hunc luctū
pessimum euitare. studeat luctu ⁊ lacrimis studio-
se ⁊ fructuose compūctionis in presenti a peccatis
se festinanter mūdare. Et sicut puer cadens in volu
tabro non cessat lacrimari quousqꝫ veniat ad matrē
vel nutricem ⁊ mūdatus fuerit. sic certe q̊ ceciderit
in volutabro peccati currere debet cuz lacrimis ad
matrem ecclesiam. vt per veram penitentiam a sua
immūdicia spūali mundetꝭ. Vnde figuram huius
habemus Johan. v. vbi legitꝭ ꝙ circa quandam pi-
scinam ad cuiꝰ ingressum erant quinqꝫ porticꝰ in q̄
bus iacebant multi infirmi expectantes aduentuz
angeli domini qui mouerat aquaz. ⁊ qua mota sta
tim sanabatꝭ vnus. s. primꝰ intrans aquam post aq̄
motionem. Spūaliter per hanc piscinam potest in
telligi perfecta penitentia in qua deberet q̇libet pec
cator se lauare a turpitudine vicioꝝ. Quinqꝫ porti-
cus huiꝰ piscine sunt quinqꝫ q̄ mouerent hominez
piscinam penitentie festinanter intrare. Primū est
periculum qd̄ consistit in dilatione penitentie. Se
cundū est pronitas diuine misericordie. Tertiū est
terribilitas diei iudicij. Quartum est horribilitas
penarum inferni. Et quintum immensitas gaudij
eterni. De primo eñ dicitꝭ Eccles. v. Ne tardas con
uerti ad dominum. ⁊ ne differas de die in diem. su-
bito eñ veniet ira eius ⁊ in tp̄e vindicte disperdet te
De secundo dicitur Lu. xv. Gaudium supple ma-

ius erit in celo super vno peccatore penitentiā agē te q̄ȝ super nonagintanouem iustis q̄ non indigent penitentia. De tertio bea. aug. O inquit q̄ȝ anguste erūt vndiq̄ȝ reprebor vie. superiꝰ erit iustus iudex iratus. inferius horrenduȝ chaos inferni patens. a dextris accusantia peccata. ⁊ a sinistris infinita demonia ad supplicium trahentia. intus cōscia mordens. foras mundus ardens. peccator sic reprehensus quo effugiat. latere erit impossibile. apparere intolerabile. Et ideo merito tūc prout dicitur Apoc. ix. Querent homines mortem ⁊ non inuenient. desiderabūt mori ⁊ mors fugiet ab eis. De quarto dicitur Eccl. xi. Si annis multis vixerit homo et in omnibus his letus fuerit. meminisse tamē debet tenebrosi temporis ⁊ dieruȝ multorum. De quinto em̄ dicitur. j. ad Cor. ij. ꝙ oculus non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibꝰ se. Vel aliter. quinq̄ȝ porticus piscine predicte sunt quinq̄ȝ que mistice intelligūtur Gen̄. xvj. vbi legit̄ ꝙ fugiente agar a facie saray inuenit eam angelus domini errantem in solitudine dixitq̄ȝ ad illam. agar ancilla saray vnde venis et q̄ vadis.. reuertere ad dominaȝ tuam ⁊ humilia te sub manibꝰ eius. In quibꝰ verbis angelꝰ iste subtiliter tangit quinq̄ȝ. que vnumquemq̄ȝ hominem peccatorem mouerent ad humiliationem penitentie accelerare. Primū est instabilitas huiꝰ terrene mansiōis. qd̄ intelligitur in hoc verbo agar. qd̄ aduena interpretat̄. ⁊ quid est homo in vita ista. nisi aduena i terra aliena. iuxta illud ps. Aduena ego sum apud te ⁊ peregrinus sicut om̄es patres mei Et sicut peregrinꝰ securam mansionem aut stabilem non habet in terra sue peregrinationis. sic nec nos in presenti vita. dicente apostolo. Non habemꝰ hic manenteȝ ciuitatē. sed futuram inquiramꝰ. ad Hebre. xiij. Sumus igitur in presenti vita peregrini. sȝ qd̄ grauius est. incerti sumꝰ q̄ȝdiu durabit ista peregrinatio. Et ideo apostolus volens nos securos ⁊ paratos esse. obsecro inquit vos tanq̄ȝ aduenas ⁊ peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs q̄ militant aduersus animam. j. Petri. ij. Secundo tangit vilem nostre seruitutis conditionem cū subiungit ancilla. vnde ancilla seruitutem designat. ⁊ certe in vita presenti omnes in seruitute viuimus. naȝ vt dicit Apostolꝰ. ij. Petri. ij. ca. A quo quis superatus est eius seruus est. sed in hac vita omnes ab inimicis nostris spūalibꝰ per peccatuȝ superamur. Vn̄ apostolꝰ. j. Joh. x. Si dixerimꝰ q̄m peccatū nō habemus nosmetipos seducimꝰ ⁊ veritas in nob nō est. Et sicut dicit xp̄s Johan. viij. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Tertio tangit p̄sentis vite continuam tribulationem. cum dicit saray. vnde saray angustia mea interpretat̄. ⁊ certe in hac vita ꝯtinue sumꝰ in angustia. Vn̄ aug. in d̄ specu. hu. miserie. Tribulatio inquit magna est ad quam nascitur homo prima em̄ vox eius indicat infirmitatem. nascit̄ infans ⁊ statim plorat. nondum loquitur ⁊ tamen sue calamitatis ꝓpheta existit. sue enim lacrime testes sūt future miserie. s. in labore. timore et dolore se futuꝝ mox incipit esurire ⁊ sitire. hic forte cecus vel mutꝰ leprosus vel paraliticus vel alio morbo grauatꝰ infirmꝰ efficit̄. Et licet iuste vixerit et sanus fuerit. certe tm̄ in medijs positus temptationibus seculi semp cum labore timebit. Sunt em̄ homini duo tortores vite non simul torquentes. sȝ cruciatu alternātes. horum nomia sunt dolor et timor nam quando tibi bene est times. quando vo male est doles. ecce que pateris homo i miseria ista. hec ille. Quarto tangit ingressum in hunc mūdum lamentabilem. cum dicit. vnde venis. ac si diceret. considera ingressuȝ huiꝰ vite ⁊ videbis qr pauper es ⁊ vilis ⁊ plenus dolore. Vn̄ Job. j. Nudꝰ egressus sum d̄ vtero matris mee ⁊ nudus reuertar illic Item apoca. iij. dicis quia diues sum et locupletꝰ et nullius egeo. ⁊ nescis quia tu miser ⁊ miserabilis et cecus ⁊ nudus ⁊ pauper. Quinto tangit hominis egressum terribilem. cum subdit. quo vadis. q̄si diceret. ꝯsidera ꝙ directe tendis ad mortem. vnde Aug. Tempꝰ inquit presentis vite nihil aliud est q̄ȝ cursus ad mortem. In quo em̄ cursu nemo paululū stare vel tarde transire ꝑmittitur. naȝ velis nolis quotidie pergis illuc plenam dietam. ⁊ terribilis ē impijs locus iste. vn̄ Eccl. xlj. ca. O mors q̄ȝ amara est memoria tua homini iniusto. De isto nr̄o egressu terribili vide supra capi. xlviij. huius quarte partis. vbi agitur de causis humilitatis q̄ in nobismetipsis reperiunt̄. His enim consideratis attende q̄d subditur. Reuertere inquit angelus ad dominā tuam. id est ad rectam rationem. a cuiꝰ discretione siue discreto mandato inobedienter recessisti per peccatum. ⁊ humiliare sub manibus eius. i. sub manibus discrete operationis ⁊ iudicij rationis humilit̄ ingredere per predictas quinq̄ȝ porticus piscinam fructuosam penitentie. Aqua em̄ huius piscine est aqua vere contritionis. quam aquam mouet angelus domini. quando peccator per inspirationeȝ spiritussancti mouetur ad perfectam ꝓ peccatis cōtritionem. veram confessionē ⁊ debitam satisfactionē In hac em̄ aqua deberet peccator se perfecte lauare. ⁊ indubitabiliter sanaret̄ ab omni grauamie spirituali. In cuius rei figura legitur. iiij. Regū. v. ca. ꝙ naaman leprosus s̄m consiliuȝ helisei lauit se septies in flumine iordanis et mundatus est a lepra sua. Spūaliter naaman interpretatur commotio. ⁊ signat peccatorem lepra peccati percussum. qui tm̄ commouetur per heliseum. i. per spūm sanctuȝ ad se mundandum a lepra peccati. ꝙ si voluerit facere debet se septies lauare in iordane. i. aqua penitentiali. a septeȝ peccatis mortalibus. ⁊ sic mundabitur. vnde Ezech. xxxvj. ca. Effundam super vos aquaȝ mundam et mundabimini ab omnibꝰ inquinamētis vestris. In confirmationem huius legit̄ Lu. vij de maria magdalena que inventū se peccando fedauit ꝙ nomē suum ꝓprium perdidit ⁊ mulier peccatrix vocabat̄. postea tamē cooperante in ea gratia spūssancti perfecte penituit. ⁊ ad fontem misericordie vt lauaretur cucurrit. ⁊ tantus fuit eius dolor ⁊ pudor in animo ꝓ peccatis ꝙ de pudore exteriori coram populo non curauit. sed venit ⁊ stetit retro iuxta pedes ihesu quasi indignam reputās se ante faciem eius apparere. et lacrimis suis rigauit pedes ihesu. ⁊ capillis suis tersit. ⁊ osculabat̄ pedes ihesu et vngento vngebat. ⁊ ideo deus qui nō vult mortē peccatoris sed magis vt conuertat̄ ⁊ viuat. Ezech.

xviij. sibi oia peccata sua dimisit. ⁊ sic pꝫ Math. xvj. ⁊ Lu. viij. eiecit de illa septeꝫ demonia. per que significant septem peccata mortalia. de quibꝰ illaꝫ perfecte mundauit. ¶ Predicta em̄ aqua lacrimarum bene figurari potest per mare rubrum. qꝛ sicut in mari rubro pharao cuꝫ toto exercitu eius sb̄mersus est. vt patet Exod. xiiij. sic ille crudelissimꝰ pharao infernalis dyabolus spūaliter submergitur in amara aqua lacrimarum cum toto exercitu suo viciorꝝ. Unde ps. Contribulasti capita draconū in aquis. Spūaliter dracones demones dicūtur. quoruꝫ capita sunt capitalia vicia que in aqua lacrimarum totaliter cōtribulant. Hanc igit aquam fugit dyabolus sicut canis aquam calidam de coquina. Ista em̄ aqua animam humanā eleuat ad celestia contemplanda. In cuius rei figura legit Gen. vij. ꝙ multiplicate sunt aque ⁊ eleuauerunt archam in sublime a terra. Spūaliter aque diluuij multiplicātur cum anime dolor multiplicatur. Et sic eleuant archam mentis in sublime ꝯtemplationis. quia sic dicit beatus grego. cū anima in fletu afficitur. gaudet se taliter affici. quia afflictione sua se ad alta cōspicit eleuari ⁊ consolationem a deo recipere. vnde ps. Scd̄m multitudinem dolorū consolatiões tue letificauerunt animam meam. Unde sicut diuitibus qui habent consolationem suam in mundo cōminatur ve damnationis a christo dicente in euangelio Lu. vj. ca. Ue diuitibus qui habetis consolationem vestram in terra. i. hic extra locum debituꝫ quia in hac valle lacrimaꝝ. ita ipe suis electis hic lugentibus qui passionum suaꝝ extiterunt socij consolationem pollicetur. Unde ysa. vlt. ca. Quomodo si cui blandiatur mater ita consolabor vos.

Pro quo attendendū ꝙ materna ꝯsolatio erga suum paruulū flentem puerū duobus modis fieri ꝯsueuit. Primo si querat mater a paruulo ꝓuocato quare fleat eo ipse amplius ꝓuocat ad fletum sed nihilominꝰ illa matris questio consolatoria est eidem Secundo modo consolatur mater puerum ipm in sinu suo collocando. lacrimas abstergendo et puerū suum deosculando. Eodem modo dominus in pn̄ti qꝛ causam fletus a vere penitente requirit. qm̄ ipm peccate sua ꝓpria in hoc exilij incolatu et cetera que fletum educere possunt facit ꝑfecte cognoscere vnde ⁊ tali modo a flente magdalena causam sui fletus quesiuit dicēs. Mulier quid ploras Johan. xx. vt ipa ex questione ꝯsiderans sua peccata ⁊ cetera que fletus causa sunt inductiua amplꝰ erūpent in fructuosum lamentuꝫ Sic christus in p̄senti suos lugentes consolat electos. sm̄ ꝙ seipso loquens aug. dicebat. Fluebant inquit lacrime ⁊ bene erat mihi cū eis. Fluebant igit lacrime ad interrogationem illius matris tenerrime diligentis que in lecto crucis te specialiter pepit. cuius interrogatio est peccati ⁊ exilij tui cognitio. Unde bene sit tibi cū eisdem ⁊ vere bene. Nam sicut dicit be. greg. anima luctu suo pascitur. ⁊ eo amplius sue refectōnis pabulū recipit q̊ abundātius emanat per lacrimas vis doloris Unde luctu suo pascebat ꝓpheta qui dicebat. Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte Uere o penitens bene tibi cū lacrimis. sic infirmo bene est cum sudore salubri. nā sicut sudor creticus siue terminatiuus signū est infirmo sue sanitatis. Sic vt dicit bea. grego. argumentū est salutis vis doloris. Nam vt dicit bea. augu. li. xx. de ciui. Quanto est quisqꝫ sanctior ⁊ desiderijs sanctis plenior. tanto sit eius fletus in orādo vberior. hic est sudor in quo pane tuo te vesci oportet. sentētia dictāte diuina Gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Sudor em̄ vultꝰ interioris dolor est cordis In hoc sudore oꝑtet te vesci pane tuo. videlicet pane illo q̄ de celo descendit. et q̄ tibi ministrat sb̄ sanctissimo sacramento altaris. Tūc igit in sudore vultus tui panem tuū comedis quando corde cōpuncto altaris sacramentū humiliter recipis. vt possis vere dicere cum beato iob Job. iij. Anteqꝫ comedo suspiro. qꝛ q̄ per lamenta penitentie se non humiliat. salubriter cibū sacramentaleꝫ non gustat. ⁊ hoc pertinet ad consolationen quam inducunt lacrime in presenti. Sed cū dominꝰ suos electos in sinu quietis eterne colliget. ⁊ qn̄ omnem lacrimam ab oculis eoꝝ absterget. qn̄ sine medio veritatem suam intellectui. ⁊ bonitatem affectui perfecte osculo inseperabili imprimet. Tūc penitus silebunt a fletu. qꝛ non erit amplius neqꝫ luctus neqꝫ clamor. sed nec vllus dolor. Apoca. xxj. Sed tunc deus letificabit eos in gaudio cū vultu suo qm̄ regē in suo decore videbūt sicut dr̄ Ysa. xxxiij. ⁊ tūc em̄ eos ꝓprio ministerio honorabit qn̄ transiēs ministrabit eis. Lu. xij. Et h̄ ministratio nihil aliō est nisi diuini faciei in q̄ summe sun delicie ostensio. Ad hanc em̄ duplicem consolationem lugentibus ꝯferendam christꝰ se missum testat dicens per ꝓphetam Ysa. lxj. ad euangelizandum pauperibus me misit vt consolarer omnes lugentes ⁊ ponerem consolationem lugentibꝰ syon. Qō enim dicit primo vt consolarer lugentes refertur ad primū consolationis modū quem facit dn̄s in presenti ⁊ qō vero subiungit. vt ponerem consolationem lugentibꝰ syon. refert ad scd̄m ꝯsolatiōis modum q̄ erit in futuro. ⁊ hoc sufficienter innuit ꝑ nomē positionis cū dicit. ponerem. positio em̄ eiꝰ stabilitatem future consolationis designat. Et nota ꝙ non q̄buscūqꝫ lugentibꝰ. sed lugentibꝰ syon cōsolatio promittit. ad innuendū ꝙ excluso predicto quadruplici luctu malo solum prenominato triplici luctu bono consolatio debeat. Unde per syon q̄ specula siue speculatio interpretat tam ecclesia militans q̄ꝫ etiā ecclesia triumphans designatur Lugentes igit syon. i. ecclesie militantis sūt q̄ peccata sua ꝓpria ac etiam peccata ⁊ afflictione ꝓximoꝝ q̄ sunt filij militantis ecclesie deplorant. lugentes etiam syon. i. ecclesie triūphantis sunt. qui summa deuotione dilationem habitationis celestis. ⁊ absentiam sponsi q̄ ad sensualem dulcedinē deplorant sed non sunt lugentes syon. sed potius babilonis. i. cōfusionis q̄ predicto quadruplici luctu malo lugēt cuiusmodi sunt hypocrite. q̄ luctū foris ostendunt quē intus in corde nō habent. ac etiā q̄ inutiliter penā deplorant quaꝫ ꝓ peccatis patient eternam Ac etiam lugentes babilonis sunt q̄ potius deflent dāna rerū tpaliū ⁊ mortē corruptibiliū corpoꝝ q̄ꝫ mortem imortalium aiarum. Un̄ aug. Plangis inquit mortuū. magis plange viuū. aut nō sunt in te viscera miserationis vt plangas corpꝰ a q̄ recessit anima

et nō plangas animā a qua recessit deus. Caue igit ne lacrime tue ad terram defluent ꝑ damno tpali um deflendo. qꝛ lacrime hmōi puluerem vanitatis ɔtrahunt ꝛ ideo tam lutose efficiunt ac etiam a taȝ imo loco originem trahūt ꝙ nō pñt in altum ascendere. Pro quo notandū ꝙ natura aque est ascendere vsqꝫ ad sue originis altitudinem precise et non altius. si artificioso ɔductu ducat. Sic spūalit aqua lacrimarū ꝑ terrenis non ascendit. qꝛ de imo oritur. sed lacrime que de celo trahunt originem vsqꝫ ad celū ascendūt. vnde Ecci. xxxvj. Nonne lacrime vidue ad maxillā descendūt. ꝛ exclamatio earū vsqꝫ ad deducendū eas a maxilla ascendunt vsqꝫ ad celum. A celo igit et non a terra lacrime tue trahāt originem. ꝛ sic iterum ad celum ascendūt. ꝛ tanqꝫ pro curatrices cām tuam coram iudice illo expediant. qui nihil consueuit fructuosis lacrimis denegare. presertim cum ipsemet dicat in euāgelio. Beati qui lugent. qm̄ ipsi ɔsolabunt Vnde lacrime fructuose tam dulces. taȝ placabiles sunt deo. ꝙ si forte cōtra te aliqua fuerit lata sententia ipsa lacrima facit eam tanqꝫ irritam reuocari. sicut ptȝ. iiij. Reg. xx. ꝛ Ysa. xxviij. de rege ezechia. cui cuȝ ab ysaia tanqꝫ a iudice delegato quasi a latere principis descendente diceretur. Morieris tu et nō viues. eius lacrima statim ascendens ad regē celestē fecit eius sniam reuocari. ita vt diceret sibi dñs. vidi lacrimā tuam. et ecce adijciam sup dies tuos quindecim annos. Ex qbus patet qualiter ipsemet deus consolatur suos electos in hac vita fructuose lugentes ꝛ tribulationem patienter sustinentes. et etiam in futuro consolabit eos consolatione eterna Et cū vt dicit beat⁹ Greg. omnis christi actio nostra est instructio. pȝ ꝙ in isto dedit nobis exemplū ɔsimiliter inqꝫtum sufficimus lugentib⁹ ꝛ etiam desolatis ɔsolationem ꝑbere. vñ Aposto. ij. Cor. j. Benedictus inquit de⁹ ꝛ pater domini nostri ihu xp̄i pater miar. ꝛ deus totius cōsolationis qui consolat nos in omni tribulatione nostra vt possimus ꝛ ipsi ɔsalari eos q̄ in omni pressura sunt ꝑ exhortationem qua exhortamur et ipsi a domino. Quod cōsiderans bea. Jero. in epistola ad nepocianum sic scribit. Omniū inquit cristianor domas quasi ꝓprias amare debem⁹ ꝛ cōsolatores nostros in merorībus suis potius qꝫ cōuiuas in ꝓsperis nouerint flere cum flentib⁹. hec ille. Scdm̄ hanc doctrinam istud septimū opus misericordie pfectissime adimpleuit ille vir sanct⁹ thobias. de quo legit Thobie. j. ꝙ cū esset in captiuitate cum vniuerso genere tribus sue sub sennacherib rege assyrior quotidie pergebat ꝑ omnē cognationē suam. ꝛ ɔsolabat eos. diuidebatqꝫ vnicuiqꝫ ꝓut poterat de facultatib⁹ suis.

Capitulum LIIII

De tercio fonte supradicto. s. de fonte opis manant septē riuuli. s. septem opa miscōie corporalis. de qbus in illo strictissimo examie in die vltimo ante tribunal ihu xp̄i. optet nos omnino reddere rōnem. Et pro quor sufficienti cōpletiōe iusti diuinā accipient benedictionē ꝛ ꝓ remuneratiōe gaudiū sempiternuȝ. Reprobi ꝓ eor negligenti omissione. diuinā accipient maledictionē. ꝛ ad supplicīū ꝓijcient eternū vt ptȝ Math. xxv. vbi sic scribit. Cum autē venerit filius homis in maiestate sua ꝛ omnes angeli cū eo tūc sedebit sup sedem maiestatis sue. ꝛ ɔgregabunt ante eum omes gentes. ꝛ sepabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis. ꝛ statuet oues q̄dem a dextris suis. hedos aūt a sinistris. Tūc ipse rex dicet his q̄ a dextris erūt. Venite benedicti patris mei. possidete paratū vobis regnū a ɔstitutione mūdi. Esuriui ꝛ dedistis mihi manducare. ecce primū opus mie corpalis. Sitiui ꝛ dedistis mihi bibere. ecce secundū opus mie corporalis Hospes eram ꝛ collegistis me. ecce tertiū opus misericordie. nud⁹ eram ꝛ cooperuistis me. ecce quartuȝ opus misericordie corpalis. Infirmus eram ꝛ visitastis me. ecce quintū opus misericordie corporalis. In carcere eram ꝛ venistis ad me. ecce sextum opus misericordie corporalis. tūc respondebūt ei iusti. dicētes domino. Quando vidim⁹ te esurientem ꝛ pauim⁹ te. sitientem ꝛ dedimus tibi potum. quando aūt vidimus te hospitem ꝛ collegim⁹ te. Aut etiaȝ nudū et cooperuim⁹ te. aut quando vidimus te infirmū aut etiam in carcere venimus ad te. Et respondēs rex ipse dicet illis. Amē dico vobis qꝫdiu vni ex fratribus meis minimis fecistis mihi fecistis. Tūc dicet rex his qui a sinistris erūt. Discedite a me maledicti in ignem eternū qui paratus est dyabolo ꝛ angelis eius. Esuriui ꝛ nō dedistis mihi manducare. sitiui ꝛ non dedistis mihi bibere. Hospes eraȝ ꝛ nō collegistis me. nudus eram ꝛ etiam non operuistis me. infirmus eram ꝛ non visitastis me. ꝛ in carcere eram. ꝛ etiam non venistis ad me. Tūc vero respōdebūt ei ꝛ ipsi dicentes Domine quādo te vidim⁹ esurientem aut sitientem aut hospidem aut nuduȝ aut infirmū aut in carcere. ꝛ non ministrauim⁹ tibi Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vobis qꝫdiu nō fecistis vni de minorib⁹ his. s. paupib⁹ meis membris nec mihi fecistis. ecce tantus est amor dei omnipotētis ad paupes fideles. ꝙ sibi reputat fieri quicquid eis agat siue bonū siue malū. et ibūt hi. scilicet reprobi in supplicium eternum. iusti aūt in vitam eternam.

Capitulum LV

Primum opus misericordie corporalis est dare esurientib⁹ ꝛ indigentibus mādncare. vñ Deut. xv. Precipio tibi vt aperias manus tuas fratri tuo egeno et pauperi. Item Lu. iij. dicit. Qui habet escas det non habenti. Item Thobie. iiij. dr̄. Panem tuum cum esurientibus ꝛ egenis comede ꝛc.

Capitulum LVI

Secundum opus misericordie corporalis est sitientes potare. de quo dicit xp̄s Math. x. Quicūqꝫ potum dederit vni ex minimis meis istis calicē aque frigide tantū in noīe discipuli. amē dico vobis non perdet mercedeȝ suam. A Ad ista eñ opa miscōie corpalis adimplenda triplici medio incitamur. Primo scripturar admonitione. Secundo sanctor patrū exemplatione. Tertio mercedis maxie

ꝓmissione. Primo incitamur ea adimplere scri
pturaꝝ admonitione. Vnd̄ ad Ro.xij. Si esurierit
inimicus tuus ciba illū si sitit potū da illi. hoc autē
faciens carbones ignis congeres super caput eius
id est exemplo charitatis maliciā suam deprimen-
tia ostendes. Quod ꝯsiderans q̄dam deuotus here
mita. de q̄ legit̄ in vitaspa. ꝙ cum frequenter ꝑcipe
ret latrones eius panes quibus alaret̄ auferre p̄ce-
pit duobus draconibus vt custodirent ostiū cellule
sue quos deus omnipotens precepto serui sui fecit
obedire. ⁊ cū predicti latrones modo consueto ad
ostium cellule sue venerūt. ⁊ viderunt dracones ⁊ p̄
timore corruerunt in terram. quos cū inueniret he
remita semimortuos pretimore iacentes duxit eos
in cellulā suā ⁊ parauit eis mensam ⁊ ꝯfortauit eos
qui videntes eius benignitatem in corde cōpuncti
sunt ⁊ de sua nequicia erubescentes pniam egerūt.
⁊ ab eoꝝ peruersitate atq̄ nequitia ꝯuersi viri perfe
ctissimi sunt effecti. Item ad p̄dicta opa mie adim-
plenda incitat nos scriptura ysa.lviij.di. Frāge esu
rienti panē tuū. vbi per panē intelligit̄ om̄e illd̄ qd̄
est necessariū ad ꝯseruationē vite corꝑalis. iuxta il-
lud Eccl̄i.xxxiiij. Panis egentiū vita paꝑis est. qui
defraudat eū homo sanguinis est. Qui v̄o aufert in
sudore panē quasi q̄ occidit proximū. Sꝫ certe pau
peres defraudāt om̄es diuites huiꝰ mūdi q̄ paupe-
ribꝰ indigentibꝰ elemosynā negāt quā eis tanq̄ de
bitū soluere obligant̄. Vn̄ etiam parif̄. in de vicijs
parte.ij. sub autoritate bea. bern̄. Noli inquit puta-
re gratuitū qd̄ pauperi impendis. velis nolis debi-
tor es. In cuius ꝯfirmationeꝫ di. Eccl̄i.iiij. Declina
pauperi sine tristicia aurem tuā ⁊ redde debitū tuū
Naꝫ vt dicit bea. ambro. et ponit̄ in cano. di.xlvij.
sicut hij. Non est inquit minꝰ criminis ab habenti
bus tollere q̄ cū posses ⁊ abundes indigentibꝰ de-
negare. hec ille. Unde idē dicit. Deus qui precipit
aliena non rapere. precipit diuitibꝰ indigētibꝰ pau
peribꝰ dare dicens. Precipio tibi vt aperias manꝰ
tuas fratri tuo egeno ⁊ paupi. Et id̄o ſm ꝯsiliū spūs-
sancti. Non dimittas eū vacuū. Et vt dicit̄ Thob.
iiij. Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere ita
enim fiet vt nec a te auertatur facies dn̄i. Naꝫ sicut
dicitur Prouer.xxj. Qui obturat aurē suam ad cla
morem pauperū clamabit ipse ⁊ nō exaudietur.

Exemplū huius habemꝰ Lu.xvj. de diuite epu-
lone ⁊c. sicut supra ca.xxij. huius ser. in principio vs
q̄ ibi. Dum tempus habemꝰ operemur bonum.

B Secundo ad predicta duo opa miſcd̄ie cor-
poralis adimplenda incitamur sanctoꝝ patrū ex-
emplatione Et primo exemplo patris ⁊ dn̄i nostri
ihesu xp̄i. cuiꝰ om̄is actio nostra est instructio De
quo etiam Math.viij. vbi legit̄ ꝙ cum turba mul-
ta erat cum illo. nec haberent quod manducarent.
conuocatis discipulis suis ait illis. Misereor super
turbam. quia ecce iam triduo sustinent me nec ha-
bent quod manducēt. et si dimisero eos ieiunos in
domum suam deficient in via. quidam enim ex eis
de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli
eius. Vnde istos poterit quis saturare panibus in
solitudine. ⁊ interrogabat eos ihesus. Quot panes
habetis. qui dixerūt. septem domine. ⁊ precepit tur
be discumbere super terram. ⁊ accipiens septem pa
nes gratias agens fregit ⁊ dedit discipulis suis vt
apponerent. ⁊ apposuerūt turbe ⁊ habebāt piscicu
los paucos ⁊ ipsos benedixit. ⁊ iussit apponi. ⁊ mā
ducauerunt ⁊ saturati sunt. ⁊ sustulerūt de fragmē
tis qd̄ superat septē sportas. Erant aūt qui mādu
cauerant quasi quattuor milia. Iteꝫ Johannis.vj.
legitur ꝙ de quinq̄ panibus ⁊ duobus piscibꝰ sua
gratia multiplicatis satiauit quinq̄ milia hoim̄. ⁊
de fragmentis relictis impleuerunt discipuli eius
duodecim cophinos. Vbi notabiliter ꝯsiderādū
est ꝙ paucos panes ⁊ pisciculos paucos quos di-
scipuli xp̄i ad preceptū magistri sui pauperibꝰ mi
nistrauerunt. deus sua gratia intantū multiplica-
uit. ꝙ pauperibꝰ famelicis saturat̄ ipsi longe plu
ra receperūt q̄ pauperibꝰ ministrauerūt. Naꝫ vbi
dederunt septē paruos panes ⁊ paucos pisciculos
receperunt septē magnas sportas panibus ⁊ pisci
bus repletas ⁊ vbi dederunt panes quinq̄ ⁊ duos
pisces receperūt duodecim caphinos vsq̄ ad sum
mū repletos. Et ideo merito dicit̄ Eccl̄i.xxxv. Da
altissimo ſm donatū eius. quoniā retribuens est ⁊
septies tantum reddet tibi. Item ad predicta ope-
ra misericordie adimplēda incitamur exēplo tho-
bie. de quo legit̄ Thobie.j. ꝙ de facultatibus suis
esuriētes alebat. Itē etiam de sancto Job dicente
de seip̄o Job.xxxj. Si comedi buccellā solus. ⁊ nō
comedit ex ea pusillus humerus meus a iūctura
sua cadat ⁊ brachiū meū cū ossibus meis ꝯteretur.
Itē legit̄ etiā.iiij. Reg.vj. ꝙ cū rex israel vidit nun-
cios missos a rege syrie ad capiendū helizeum. ait
rex ad helizeū. nunq̄d ꝑcutiaꝫ eos pater mi. Et ait
helizeus. nō ꝑcuties eos. ſꝫ pone panē ⁊ aquā corā
eis. vt comedāt ⁊ bibant ⁊ vadant ad dn̄m suū. Itē
Judicuꝫ.vj. legit̄ ꝙ gedeon cōpatiēs socijs suis in
itinere fatigatis petiuit panes ꝓ eis. Itē legitur ꝙ
cum iezabel crudeliter ꝑsecutus est ⁊ occidit ꝓphe-
tas dn̄i abdias dispēsator domus regis achab ab-
scondit centū ex eis in spelūcis ⁊ pauit eos diebus
multis. vt ptꝫ.iij. Regū.xviij. Tertio ad p̄dicta
duo opa miſcd̄ie adimplēda incitamur mercedis
ꝓmissione. vnde Matth.x. dicit̄. Quicunq̄ potū
dederit vni ex minimis meis istis calicē aque frigi
de tm̄ in noie discipuli mei. amen dico vobis non
ꝑdet mercedē suā. Pro q̄ notandū est ꝙ elemo-
syna corꝑalis q̄ consistit in septeꝫ operibꝰ miſcd̄ie
corꝑalis septē bona ꝯfert homini specialit̄ ꝓ mer
cede. Primo bona temporalia multiplicat. vnde
Prouer.xj. Alij diuidūt ꝓpria ⁊ ditiores fiunt. alij
rapiunt nō sua ⁊ semꝑ in egestate sunt. Item Eccl̄i
.xxxv. Da altissimo ſm donatū eius. qm̄ retribuēs
est ⁊ septies tantum reddet tibi. Item Prouerb.
.xxviij. Qui dat pauperi non indigebit. q̄ despicit
deprecantē sustinebit penuriā. Item ps̄. Iuuenis
fui etenim senui. ⁊ nō vidi iustū derelictū. nec se-
men eius querens panē. Sc̄do peccatis obstat
Vnde dicitur Eccl̄i.iij. Ignem ardentē extinguit
aqua. ⁊ elemosyna resistit peccatis. Itē Thob.iiij.
dicit̄. Elemosyna ab omni peccato ⁊ a morte libe-
rat ⁊ non patit̄ animas ire in tenebras. Tertio
deum placat. vnde Prouer.xxj. Munus abscōdi
tum extinguit iram et donū in sinu indignationē
maximā. Itē Eccles.xxxix. Conclude elemosynā

in sinu pauperis ⁊ hec p te orabit. Quarto a deo
impetrat qd pie. ⁊ iuste postulat. Vñ ysaie. lviij.c.
Frange esurienti panem tuũ. ⁊ egenos ⁊c. tunc in-
uocabis ⁊ dñs exaudiet. clamabis et dicet. Ecce as
sum misericors deus tuꝰ. Quinto spem siue fiduci
am homini prestat. Vñ T hobie. iiij. Fiducia ma-
gna est coram summo deo elemosina. omnibꝰ faci
entibꝰ eam. Sexto misericordiam a deo impetrat
Vnde Mat. v. Beati misericordes. quoniam ipsi
misericordiã ↄsequunt. Item prouerbi. xiiij. Qui
miseret pauperi benedictus erit. Septimo vitam
parat eternam. Vnde Thob. xij. Elia a morte libe
rat ⁊ ipa q̃ purgat pctã fac inuenire vitã eternam.

Capitulum LVII

Tercium opus miseri-
cordie corporalis est hospitio paupes in
digẽtes colligere. De q̃ ysa. lviij. Egenos
vagosq induc in domũ tuam. ¶ Pro cuiꝰ de-
claratione tria sunt principaliter ↄsideranda. Pri
mum q̃ meritoriũ est ⁊ deo beneplacitũ diuites ad
hospitiũ pro amore iesu xpi paupes indigentes re
cipere. Scdm est q̃ damnabile ⁊ deo displicẽs est
diuites indigentibꝰ pauperibꝰ hospitiũ negare. Et
terciũ qualiter pauperes ad hospitiũ a diuitibꝰ sũt
recipiẽdi. Quantũ ad primũ. s. q̃ meritoriũ et
deo omnipotenti beneplacitũ est ad hospitiũ pau
peres indigẽtes recipere hoc manifestũ est ex scri-
pture testimonijs ⁊ etiam ex sanctorum dictis ⁊ exem
plis. Et primo ex illo Josue. ij. ca. vbi legit q raab
meretrix hospitio recepit nũcios a iosue seruo dei
missos ⁊ eos abscõdit ⁊ ab inimicis liberauit. ⁊ iõ
postea vltione diuina ciuitate hiericho cũ omnibꝰ
suis habitatoribus destructa. sola raab cũ parenti-
bus fratribus ⁊ sororibus. ⁊ etiam cũ oibus que in
domo eius erant fuit a morte saluata. dicẽte iosue.
sola raab meretrix viuat cũ omnibus que cum ea in
domo sua sunt. abscõdit enim nuncios quos dire-
ximus. vt Josue. vj. dicit. Vñ ⁊ de isto loquit etiaʒ
apls. ad Hebre. xj. dicẽs. Fide raab meretrix non
perijt cum incredulis excipiens exploratores cum
pace. Item illa nobilis mulier sunamitis filiuʒ nõ
habens ad preces helisei quẽ hospitio suscepit fili-
um meruit obtinere. ⁊ eundem filium postea mor
tuum deus omnipotẽs ad preces eiusdem helisei
iterum ad vitã suscitauit. vt patet. iiij. Regum. iiij.
Item sicut dicit venerabilis beda. sanctus albanꝰ
cum adhuc paganus esset cum pfidorum principum
mãdata aduersum christianos seuirent. ⁊ clericum
quendam persecutores fugientẽ hospitio recepit.
quẽ dum orationibus cõtinuis ac etiã vigilijs die
noctuq studere cõspiceret subito diuina gratia re-
cepta exemplũ fidei ac pietatis illius recepit emu
lari ac salutaribus eius exhortationibꝰ paulatim
edoctus relictis ydolatrie tenebris christianꝰ inte-
gro ex corde factꝰ est. hec Beda in de gestis anglo-
rum. lib. primo ca. viij. Item ad hospitalitatem et
ad cetera misericordie opera monet nos dñs no-
ster iesus christus. Luce. xvj. dicens. Facite vobis
amicos de mãmona iniqtatis. vt cuʒ defeceritis re
cipiant vos in eterna tabernacula. Christus em do
minus noster diuitias vocat hic nomine cuiusdaʒ
demonis. sed nõ q ipse diuitie in se male sunt. sed
p eo q auari ppter diuitias demoniaci efficiunt. si
cut patet de iuda traditore. q̃ ppter diuitias christũ
dñm suum vendidit. ideo xps vocauit ipsum dya-
bolum dicẽs. Ego vos duodecim elegi ⁊ vnus ve
strũ dyabolus est. Johãnis. vj. ⁊ ideo scdm ↄsiliuʒ
pphete. Diuitie si affluant nolite cor apponere. sʒ
de illis date elemosynã pauperibus. ⁊ recipite eos
ad hospitia vestra. ⁊ facite eos amicos vros. ⁊ cum
defeceritis. s. a presenti vita recipiant vos in eterna
tabernacula. id est in regnũ celorum. qd iure heredita
rio pauperum est. dicẽte christo. Matth. v. ca. Be-
ati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnũ celo
rum. Vnde si diuites illud habere volũt. oportet
q a pauperibus illud per elemosynarũ largitionẽ
emant. nã vt dicit Atton super euangelia. sermo.
xlv. Tanta est em pauperum christi dignitas. q iu
dices ⁊ ianitores celi efficiuntur. vt voluntatẽ suaʒ
voluntati dei conformantes quos voluerint reci-
piant. ⁊ quos noluerint excludãt. Libenter igit re-
ciperent diuites pauperes in domos suas quas ipi
illi habent in terra. et sic illos amicos suos face-
rent. vt cum defecerit eorum potestas. temporalis
quaʒ habent hic in terra. a pauperibus iesu christi
honorifice susciperent in eterna tabernacula que
ipsi pauperes habent in celo. qr qualitercunq plu
ra castra. ciuitates terras vel tenemẽta habuerit di
ues in vita sua. tamen post mortẽ suam non erunt
sua. sed in fine pro mansione sua tm̃ habebit vnam
paruam cauernam. que vix erit septipedalis lõgi-
tudinis. quia omnes ciuitates castella ⁊ etiam ma
neria que dũ vixit in terra. sua dicebant. post mor-
tem vero non sua sed aliorum dicent. Vnde si queri
tur de aliq̃ ciuitate castello vel manerio qd quon-
dam erat alicuius domini q̃ nunc est mortuus cu-
ius est. statim dicitur q fuit talis domini. sed non
dicit q est eius. sic nec de aliqua re temporali quã
quondam occupauit. sed si queratur de tumulo in
quo tunc stricte iacet cuius est. dicitur talis homi-
nis vel mulieris insignuʒ huius q nihil sibi rema
net de omnibus bonis tẽporalibus excepto sepul
cro in quo iacet. Quod considerans sanctus Job.
Spiritus inquit meus attenuabit. dies mei breui
abũtur. ⁊ solum mihi superest sepulcrũ. Job. xvij.
Vnde quidã rex iuuenis diues et potens. de quo
legitur in libello de dono timoris. qui cum esset in
extremis respiciens ⁊ considerans prosperitatem
quam prius habuit in mundo huiusmodi dixit. O
domine deus q̃ ↄtemnẽdus est mundus iste. heu
me miserum. ecce ego qui tot habui palatia. nescio
quomõ hac nocte debeo hospitari. nec quisq me
hospitio recipiet. Et ideo vos mũdi diuites scdm
consilium domini nri iesu xpi vt prius dictum est
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.
vt cũ defeceritis recipiẽt vos in etna tabernacula.
Itẽ ad hospitalitatis beneficiũ paupibus exhibẽ-
dum hortatur nos apostolus. Ad Hebre. xiij. di.
Hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc enim q̃
dam placuerunt angelis hospitio receptis vt patʒ
Gene. xviij. qui putans homines pegrinos ange
los dei electos suscepit. ⁊ eis diligenter necessaria
preparauit. Item ideʒ ptʒ de loth. qui etiaʒ angelos

putans esse hoies obnixe eos ad hospitiũ inuitauit ꝛ eis diligẽter ministrauit. et quantũ potuit ab impijssimis sodomitis eosdẽ defendit. et iõ ꝑ illos angelos a subuersione sodomoꝝ meruit liberari. vt patet Geñ. xix. Itẽ multi hospitalitatis officiũ exercẽtes dñ putauerũt hoies suscipe deũ in ꝓpria ꝑsona susceperũt. Vñ legiṫ Luc. vlti. de duob⁹ discipulis iesu. q̃ putantes ꝑegrinũ suscipere. ipm dñm nostrũ iesum xp̃m in ꝓpria ꝑsona susceperũt. Item btũs Gregorius sup euãgelia omel. xxiij. Sic q̃dã inquit paterfamilias cũ tota domo sua magno hospitalitatis studio seruiebat. Cũq; quottidie pegrinos ad mẽsam suã reciperet quadã die pegrinus quidã venit ꝛ ad mẽsam ductus est. dumq; paterfamilias ex humilitatis cõsuetudine aquã vellet in manibus eius fundere. ꝯuersus vrceũ accepit. ꝫ repente eũ in cuius manibus aquã infundere voluit nõ inuenit. Cumq; hoc factũ secũ ipsemet miraretur. eadem nocte dñs ei ꝑ visionẽ dixit. Ceteris dieb⁹ me in mẽbris meis. hesterna vo die me in ꝑsona ꝓpria suscepisti. Ecce in iudicio veniẽs dicet. Qđ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. hec ille. Item ibidẽ omel. xxxix. Quidam inquit martirius noie vite honorabilis monachus. q̃ ex suo monasterio visitationis gratia ad aliud monasteriũ tendebat. pergensq; leprosum quendã quẽ densis vulnerib⁹ elephantinus morbus ꝑ mẽbra fedauerat inuenit in via volentẽ ad suũ hospitiũ redire. ꝛ ꝑ lassitudinẽ valentẽ. In ipso vero itinere se habere dicebat hospitiũ. quo isdem Martiri⁹ monachus festinabat. vir aũt dei eiusdẽ leprosi lassitudinẽ misertus. palliũ in quo vestiebaṫ in terrã ꝓtinus ꝓiecit ꝛ expãdit. ꝛ desup leprosum posuit. eũq; suo pallio cõstrictũ sup humerũ suũ leuauit. secũq; reuertẽs detulit. Cũq; iã monasterij foꝛib⁹ appropinq̃ret. spiritalis pater eiusdẽ monasterij magnis vocibus cepit clamare. Currite ianuas monasterij citius aperite. q; frater martiri⁹ venit dñm portans. Statum vero vt martirius ad monasterij aditũ venit dñm portãs. is q̃ leprosus esse putabaṫ de collo eius exiliens. etiã in ea specie apparẽs qua recognosci solet ab hoibus redemptor humani generis deus et hõ Iesus xp̃s ad celum martirio aspiciente rediit. eiq; ascendẽs dixit. Martiri tu me nõ erubuisti super terrã. ꝛ ego te non erubescã sup celos. Qui sanctus vir mox vt esset monasteriũ ingressus. ei paṫ monasterij dixit. Frater martiri vbi est quẽ portabas. Cui ille. Si sciuissem q̃s esset pedes eius tenuissem. Tũc isdem martiri⁹ narrabat ꝙ cũ eum portasset. pondus eius minime sensisset. Et non mirũ quõ pondus eius sentiret q̃ portantẽ se portauit. et sequiṫ. Ecce redemptori generis humani ad edificationẽ nostrã minime sufficit qđ in extremo iudicio dicturũ se esse perhibuit. Qđdiu vni fecistis ex minimis ꝛc. nisi etiam ante iudiciũ hoc in se ostenderet qđ dixisset. vt videlicet quia quisq; nunc opera indigentibus exhibet ei specialiter hec impẽdit pro cuius amore illa exhibuerit. ꝛ tanto plus mercedẽ quisq; recipiet. quãto nec eũ despicit q̃ amplius despiciẽdus videṫ. Quid eñ in humana carne sublimius carne dñi nostri iesu xp̃i q̃ est sup angelos exaltata. Et quid in humana carne abiecti⁹ car ne leprosi q̃ tumescẽtibus vulneribus scindiṫ ꝛ exalantibus fetorib⁹ impleṫ. Sed ecce in specie leprosi apparuit. ꝛ is q̃ reuerẽdus est sup oia. videri despectus infra oia dedignatus nõ est. Sed cur hoc nisi vt nos sensu tardiores ammoneret q̃ten⁹ q̃sq̃s ei qui in celis est sustinet assistere humiliari in terra ꝛ cõpati etiã abiectis ꝛ despectibilibus fratrib⁹ nõ recuset. hec Gregorius. Itẽ hic etiã tãgi potest narratio Lincoñ. de quadã domina pietatis causa leprosum horribilem recipientẽ ꝛc. sicut ptꝫ supra in fine tercij motiui ꝯferentis ad detestationẽ auaricie. Et ideo merito beatus Grego. sup euangelia omel. xxxiij. Pensate inquit fratres quãta hospitalitatis virtus sit ꝛ ad mẽsas vestras dñm nostrum iesuꝫ christũ suscipite vt vos ab eo suscipi valeatis eterne. ꝓbete modo peregrino xp̃o iesu hospitium vt vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat. sed vt ꝓprios filios ad regnũ celoꝝ recipiat. Et ex istis patet primũ circa hospitalitateꝫ considerandũ. scꝫ ꝙ meritoriũ ꝛ deo beneplacitũ est indigẽtes ad hospitium pro amore dñi nostri iesu christi recipere. ꝛ eis in necessitatibus subuenire ꝛc. B Et quãtum ad secundũ scilicet ꝙ damnabile ꝛ deo displicens est diuites pauperibus indigentibus hospitium denegare. multiplici ostendiṫ autoritate scripture. ꝛ sanctoꝝ testimonio. Et primo ex illo Matth. x. ꝛ Luce. x. vbi legiṫ ꝙ xp̃s mittens discipulos suos ad predicandũ dixit illis. Quicunq; nõ receperit vos. nec audierit vos. Amen dico vobis. tolerabilius erit terre sodomoꝝ ꝛ gomorreoꝝ in die iudicij ꝙ illi ciuitati. Vbi Origenes. Domos inq̃t hospitales ingressi sunt angeli. scꝫ domos abraam et loth. domos vero hospitibus clausas ignis et sulphur succendit. Et hoc considerãs ille vir sanctus Iob. Foris inquit nõ mansit pegrinus. ostiũ meum viatori patuiṫ. Iob. xxxj. Item in gabaa beniamin leuites non inuenit qui eũ hospitio reciperẽt nisi tandeꝫ in noctis crepusculo quendam senẽ de opere suo venientẽ. ꝛ ideo gratia diuina ab illis retracta. ꝛ peccatis suis exigẽtib⁹ sup eos ruit diuina vindicta intm̃ ꝙ de illis plusq; sexaginta milia infra triduũ occisi sunt. vt patet Iudicum. xix. Item Linconieñ. in diuinis. Narraṫ inq̃t ꝙ in hybernia erat quidam diues hospitalis et largus valde. hic morti appropinquãs. adiuratus fuit a quodã amico suo vt sibi reuelaret post mortẽ statũ suũ. et ille post modicũ amico apparuit vt ꝓmisit. req̃situsq; de statu suo respõdit ꝙ damnatus fuit. cui amicus vbi inquit sunt elemosyne tue q̃bus pauperes pupillos ꝛ orphanos nutriuisti. Et ille. omẽs inquit amisi sup collũ iactantie. hec Linconien. Et si ille qui hospitium ꝛ elemosynam tam abundãter pauperibus ministrauit ꝓpter suam vanam gloriam ꝛ iactantiã. omnia perdit ꝛ damnatus est. quãtomagis diuites tenaces hospitium ꝛ elemosynam pauperibus ꝓpter auariciã ꝛ iactantiam negãtes grauius damnabunṫ. Unde beatus Augustin⁹. Iõ inquit auari in iudicio a rectissimo iudice nuncupanṫ maledicti. quia qui preteribant eorũ habitacula nõ dicebant. Benedictio domini sup vos. bñdiximus vobis in noie domini. Infelices sunt igiṫ qui ꝓpter res trãsitorias in damnationẽ perpetuã

dilabunt.hec Augu.in de abusionibus. abusione quarta. Hec considerarēt diuites mūdi ⁊ specialiter diuites prelati ⁊ ceteri viri ecclesiastici strictissime obligant. Unde Hieronymus. Quicq̄d inq̄d habent clerici pauperum est. ⁊ illorum domus debent esse oibus cōes susceptionibus hospitū ⁊ peregrinoꝝ inuigilare debent. Hec Hiero. ⁊ ponit in cano.dist.xlij.quoniā quicq̄d. Itē di.xlij.hospitalem. Hospitalem inquit canon sacerdotē oportet esse ne sit de numero eoꝝ quibus in iudicio dicet. Hospes fui ⁊ non suscepistis me. Qui em̄ apostolum secutus est oēs illos ad hospitalitatē debet inuitare.quō hospitalitatis exhortator poterit esse.q̄ domū ꝓpriam hospitibus claudit. Si em̄ sacerdos primū a seipso ⁊ a domestica sua ecclesia debet exigere quod postea pplo predicet vel imperet.si voluerit imitare xp̄m ip̄e debet facere que postea populum doceat.⁊ sic necesse est vt pauperes hospitio recipiat.⁊ ad hospitalitatē facilius subditos attrahat.hec canon. ¶ Sed hic est notandū ꝙ sicut dicit Cris.ope.imp.omel.v.hospitalitas. Non circa deliciosos cibos ⁊ magnos ostendit.sed circa assiduas susceptiones impotentiū ⁊ peregrinorū. vt hospitalitas nostra non ab hoibus laudet.sed a deo sentiat. Nam corā deo deliciosa cōuiuia magis luxuriā accusant q̄ humilitatē commendāt. hec ille. Itē Hieronymus.in ep̄la ad demetridē. Cunq̄ inquit vendideris oia que habes. quid sequit. Da pauperibus non diuitibus non ꝓpinquis. non ad luxuriā.sed ad necessitatē siue sit ille sacerdos siue cognatus ⁊ affinis. sic nihil in illo aliud cōsideres nisi paupertatē.laudent te esurientiū viscera ⁊ nō ructantium opulenta cōuiuia.hec ille. Et in confirmationē huius snie dicit christus. Luce.xiiij. Cum facis cōuiuiū voca pauperes cecos debiles ⁊ claudos ⁊ beatus eris.q2 nō habent vnde retribuāt tibi retribuet aūt tibi in resurrectione iustoꝝ.sed experientia docēte.diebus istis tam mūdi diuites temporales q̄ etiā ecclesiastici qui paupes et indigentes in domos suas ex dei p̄cepto ⁊ charitatis intuitu obligant recipere. libēter diuites amicos suos carnales.⁊ qđ deterius est in suū hospitiū multotiens dei inimicos recipiunt. et cū cibarijs delicatis eos cōuiuant.aquam ꝓ pedibus calefaciūt.cameram honestam ⁊ lectū p̄ciosum pro eis ordinant.⁊ eis magna cum diligētia reuerentia vultu hylari ⁊ bona voluntate ministrant. Sed paupes debiles cecos claudos infirmos ⁊ ceteros indigētes abhominant.⁊ in domos suas recipere ꝯtemnūt. verūtamē hmōi pauperes dū sunt iuuenes fortes et bn̄ laborare potentes.in domos suas in tenementa ⁊ seruitia diuites libenter recipiunt. ⁊ inq̄ntum sufficiunt eos ad modū pharaonis semꝑ in nouā ⁊ nouam seruitutem reducunt. sed postq̄ sua corpora in seruitijs eoꝝ ꝯsumpserūt. ⁊ senectute debilitate infirmitate ac pauꝑtate ꝓuecti.illis redditus ⁊ seruitia soluere non possunt.tunc eos a domibus ⁊ a suis expellunt seruicijs.ꝑmittunt eos quocūq̄ voluerint quasi derelictos et desolatos mendicando ostiatim trāsire. Qui tūc incidūt in hypocrisim pretēdentes orōnibus se vacare.⁊ in adulatōꝫ ebrietatem ⁊ luxuriā se ingurgitant.⁊ sic multotiēs ꝓpter defectum regiminis tam corpore q̄ aīa miserabiliter pereunt.⁊ certe vt videt iā multi diuites nedūꝫ temꝑales.sed etiā ecclesiastici ⁊ hoc tam seculares q̄ etiā regulares in minore reputatione habēt pauperes p̄ciosissimo christi cruore redēptos. q̄ suos canes venaticos nam canē qui in iuuētute sua bonus est.cū ad senectutē deuenerit adhuc sibi cōpatiunt ⁊ ei hospitiū ⁊ cibaria tribuūt. sed heu miser qui tam misericors es.quare non cogitas ꝙ pauꝑ quē sic despicis frater tuus est dicēte ꝓpheta Malach.ij. Nunq̄d nō pater est vnus oim nr̄m. nūq̄d nō deus vnus creauit nos oēs. quare igit despicit vnusquisq̄ fratrē suū. Itē q̄re nō cōsideras ꝙ deꝰ ꝓpter vtilitatē tuā fecit fratrem tuū pauperē. ⁊ nō ꝓpter fratris tui vtilitatem te diuitē. Un̄ Cris.ope.imp.ome.xliiij. Te inquit volente elemosynā facere occurrit an̄ faciē tuā captiuus ⁊ desolata vidua aut miserabilis orphanus.nō tantū te misit ad vtilitatē illius q̄ntum illum transmisit ad vtilitatē tuam.i.nō tm̄ prestitit illi ꝑ te q̄ntū tibi ꝑ illum. nam quod illi ꝑ te p̄stitit tꝑale est et terrenū: qđ aūt tibi prestitit ꝑ illum ꝑpetuum est et celeste et ne putes ꝙ ꝓpter vtilitatē pauperū deus diuites fecit quos ⁊ sine diuitibus poterit sustētare.sed ꝓpter vtilitatem diuitum paupes fecit q2 infructuosi ⁊ steriles erant futuri nisi paupes fuissent facti.hec ille. Itē Atton sup illud ad Ro.xv. Suscipite inuicē sicut ⁊ xp̄s suscepit vos. Suscipere inq̄t est deficientem ne cadat subtus capere.monet igit apl̄s nos vt fortis charitatiue suscipiat debilē.sapiēs insipienteꝫ. diuites inopē.sanus infirmū.stans cadentē. Unde cū deus oēs hoies posset facere fortes sapiētes ⁊ diuites.noluit.ſꝫ hos voluit esse diuites.illos vo paupes.nā si oēs hoies essent fortes sapiētes ⁊ diuites.alter alterius auxilio mime indigeret. ⁊ rursus si oēs hoies essent debiles insipiētes ⁊ pauperes.alter alteri subuenire nō posset. Uoluit igit benignissimus pat hos esse sapiētes fortes ⁊ diuites vt aias suas saluare pn̄t alijs charitatiue subueniēdo.⁊ voluit illos esse debiles vel insipiētes vel inopes.vt aias suas saluare possent aduersa ꝑ patientiam tolerando. Hec ille. Item quare non cōsideras ꝙ sicut testatur paris.in summa sua de virtutibus parte tercia tractatu de iusticia.ca.xlij. Semꝑ reputatiue christum iesum recipit qui in nomine ipsius aliquem pauperem recipit. In cuius cōfirmationem dicit ipsemet christus Matth.x. Qui vos recipit me recipit. Item Matth.xviij. dicitur Qui suscipit vnum taleꝫ paruulū in noie meo me suscipit. Item Matthei.xxv. Hospes eram ⁊ collegistis me.⁊ sequitur. Quādiu vni ex his fratribꝰ meis minimis fecistis mihi fecistis. Et exquo certissimum est vt ex predictis patet susceptioneꝫ pauperum susceptioneꝫ esse iesu christi. Ideo iam tercio videndum est qualiter pauperes ad hospitium suscipiendi sunt ⁊ q̄ntum ad istud in scriptura sufficienter docemur. Et primo ex verbis apostoli. ad Roma.xij.dicētis. Hospitalitatē sectātes. Sectari em̄ frequentatiuū est.⁊ ideo ex illo patet ꝙ frequēter suscipiendi sunt. Itē suscipiendi sunt sine murmuratione.dicente aplo.j. Petri.iiij. Hospitales inuicē sine murmuratione. Et nedū suscipiēdi sūt

sine murmuratione. dicente apl'o. j. Petri. iiij. sed etiā bona voluntate et hylariter. qr vt dicit apl's. ij. Chor. ix. Hilarem datorē diligit deus. Itē nedū inuitādi sunt et sine murmuratione hylariter suscipiendi. sed etiā cogendi sunt ad hospitiū intrare. vnde Luce vlti. legit q duob9 discipulis transeuntibus ad hospitiū suū in castellū emaus. appropinquans iesus xps saluator noster in specie pegrina ibat cū illis. et cū appropinquauerūt ad castellum quo ibant. et iesus finxit se longius ire. ipsi vero putantes ipm peregrinū esse. cogerūt eū. i. obnixe rogauerūt supple ad hospitiū suum intrare dicētes. Mane nobiscū dn̄e. qm aduesparscit et inclinata est iam dies. Quo exemplo vt dicit glosa docemur q pegrini non solū sunt ad hospitiū vocandi sed etiā trahendi. Vnde sicut ille vir iustus loth pegrinos receperit. de quo legit Genes. xix. q videns duos angelos venietes ad sodomā putans eos homies esse nedū rogauit sed etiā cpulit illos opido vt diuerterēt ad eū. et ingressis illis ad domū suā fecit illis conuiuiū. Itē pauperes cū magna reuerētia suscipiēdi sunt. pſertim cū vt dictū est certū sit aduētum eorum. aduentū esse dn̄i nr̄i iesu xpi. Vn̄ in exēplum huius legit Genes. xviij. q abraam sedēs in ostio tabernaculi sui. vidit tres viros iuxta eum in via. i. tres angelos. quos cū vidit putās esse hoies occurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui. et adorauit eos in terra. et dixit. s. vni quasi pncipaliori pro oibus. Dn̄e si inueni gratiā in oculis tuis ne ptrāseas seruū tuum. sed auferā pauxillū aque et lauent pedes vestri. et requiescite sub arbore. ponāq buccellā panis et confortet cor vestrū. postea transibitis. Item Gene. xix. legit q duo angeli venerūt sodomā vespere sedente loth in forib9 ciuitatis. Qui cū vidisset eos surrexit. et putans eos homines esse iuit obuiā eis. et pronus adorauit in terram et dixit. Obsecro dn̄i. declinate in domū pueri vestri. et manete ibi. Lauate pedes vestros et mane pficiscemini in viam vestrā. qui dixerūt. Nequaq. sed in platea manebimus. Compulit eos opido. i. valde obnixe rogauit vt diuerterēt ad eū. Ingressi q domū eius fecit eis cuiuiū. Ecce isti sancti receperūt peregrinos nō cū murmure q̄si hoies. s etiā cū magno honore et reuerētia q̄si deū et dn̄os suos pro cuius amore eos receperunt. Itē sanctus Johānes elemosynarius sicut ostēdit Januens. in legenda vite eiusdem. pauperes semp suos dn̄os appellauit. Vn̄ et volēs largius elemosynā dare pauperibus ciuitatis Alexandrie in qua morabat. conuocatis seruis suis dixit. Euntes p totam ciuitatē cōscribite mihi vsq ad vnū omēs dominos meos. Illis aūt nō intelligentibus dixit. Quos vos egenos et mendicos vocatis. istos ego dominos et auxiliatores voco. Isti em̄ nobis vere auxiliari. et celeste regnū donare poterūt. Hec ianuensis. Itē hospitibus ministrandū est libenter et humiliter. et in quāto maior est qui recipit eos. intāto eis p amore domini nostri iesu christi libentius et humilius ministrabit docente et dicēte spiritusancto Eccl. iij. In quanto maior es humilia te in omnibus et inuenies gratiam coram domino. Vnde exemplum huius dedit nobis ille sctūs patriarcha abraam de quo sanctus Hieronymus in epistola. cxxij. ad pāmachium de morte pauline sic dicit. O Diues inquit erat abraam auro et argento et pecore. possessione et vestibus. Tātam enim familiā habebat vt ad subditos nuncios de iuuenibus electis armare posset exercitum. et quatuor reges quos quinq reges fugant in dan cōsecutus occideret. et tn̄ postq crebro hospitalitatis officio homines non refutat recipere meruit deum. qui tamen nō seruis nō ancillis imperauit vt hospitibus ministrarent ne bonum quod exercebat minueret. sed reperta preda id est hospitibus receptis cum sara vxore sua humanitati solus incubuit. Ipe em̄ pedes lauit. Ipe pinguem vitulum portauit de armēto. stetit vt seruus peregrinis prandētibus et sare manib9 coctos cibos ieiunaturus apposuit. hec moneo frater charissime pietate quā diligo te vt non solum pecuniam sed etiam vt teipsum offeras christo hostiā viuam deo placentē rationabile sit obsequium tuum et imiteris filiū hominis qui non venit ministrari sed ministrare. et quod patriarcha scilicet abraam alienis hoc et discipulis et seruis magister exhibuit et dominus. hec ille.

Capitulum LVIII

Psalmi. Iusticia ⁊ pax osculate sunt. fac inquit iu-
sticiam ⁊ habebis pacem. vt osculentꝰ se iusticia et
pax. si em̄ non amaueris iusticiā nō habebis pacē
amant em̄ se ista duo iusticia ⁊ pax ⁊ osculantur se
vt qui facit iusticiā inueniet pacē osculantē iusticiā
Due em̄ amice sunt iusticia ⁊ pax. tu forte vnā vis
habere ⁊ alterā non facis. nemo em̄ est qui nō vult
pacem. ꝫ non omnis vult opari iusticiā. interroga
omnes homines vis pacē. ⁊ vno ore tibi respōdet
totū genus humanū. opto. cupio. volo. amo. Ama
⁊ iusticiam. q2 due amice sunt iusticia ⁊ pax. ipse se
osculantur. si amicam pacis non amaueris nō te
amabit ipsa pax nec veniet ad te. quid em̄ magnū
est desiderare pacē. q̄ vis esse malus desideras pa-
cem. bona em̄ res est pax. sed fac iusticiam quia iu
sticia ⁊ pax se osculantꝰ ⁊ non litigant. Tu quare li
tigas cum iusticia. ecce iusticia dicet tibi. Non fue
ris ⁊ non audis. ne adultereris non vis audire. nō
facias alteri. qđ tu pati non vis. sed non audis. ini
micus es amice mee tibi dicit pax. quid igitꝰ me q̄-
ris amica sum iusticie quēcūqꝫ inuenero inimicū
amice mee ad illum non accedo. Vis ergo venire
ad pacē fac iusticiam. Vnde Ps. Declina a malo
⁊ fac bonū. hoc est amare iusticiam. ⁊ cū declinaue
ris a malo ⁊ feceris bonū inquire pacem ⁊ ꝑseque
re eam. iam em̄ nō diu illam queres. quia ⁊ ip̄a oc
curret tibi vt osculetꝰ iusticiam. hec Augu. Sed ta
men ꝓ eo ꝙ sicut dicitꝰ Eccles. ix. Sunt iusti atqꝫ sa
pientes ⁊ opera eorum in manu dei sunt. ⁊ nemo
scit an dignus sit odio vel amore. sed omnia seruā-
tur in futurū incerta. Ideo Ysiđ. in de summo bo-
no li. iij. ca. xxx. Dū inquit seruus dei aliqđ opus
bonum agit vtrū ei ad remunerationē boni ꝑtine-
at quod facit incertus est ne forte discussione cele-
stis iudicis reus pensetur vt in his q̄ dei sunt negli
genter aut supbe aliquid operatus fuisse inueniatꝰ
ideoqꝫ ꝓ hoc ipso tristis merensqꝫ efficitꝰ atqꝫ inde-
sinenter turbatꝰ reminiscens ꝓculdubio quod scri
ptum est Hiere. xl. Maledict⁹ qui facit opus dei
negligēter. nam veraciter cōtemnamur si p torpo-
rem ea que bona sunt agimus. dei seruū sine inter
missione legere ⁊ orare ⁊ operari oportet. ne forte
mentē ocio debitam spūs fornicationis surripiat.
cedit em̄ labori voluptas. animū aūt vacantē cito
preoccupat. continere salomonē p ocium multis
fornicationib⁹ inuolutū. ⁊ ꝑ fornicationis vicium
vsqꝫ in ydolatriam ꝓlapsum. hec ille. Sed tamē
hic ē notandū ꝙ sicut Isiđ. docet in de sum. bo. li.
ij. ca. xiiij. Fraus ⁊ desidia in omi ope bono formi
danda sūt fraudē facim⁹ deo quotiēs de bono ope
nostro nosmetipsos ⁊ non deū laudamus. desidiā
agimus quotiēs p torporē languide ea q̄ dei suntꝰ
operamur omīs ars huius seculi habet strennuos
amatores. ⁊ ad exequēdum ꝓmptissimos. et hoc
ꝓinde fit q2 ars mūdana presentē habet sui opis
remunerationē. ars vo diuini timoris ⁊ amoris
plerosqꝫ habet sectatores languidos tepidos ⁊ pi-
gricie inercia cōgelatos. sed hoc ꝓinde fit q2 labor
eorū non ꝓ p̄nti sed ꝓ futura retributione differtꝰ.
ideoqꝫ dum retributio mercedis eoꝝ nō statim la-
borē consequitꝰ spe pene dissoluti languescunt. Vñ
magna moꝝ gloria preparatꝰ his q̄ bone conuersa
tionis vite principia augmēto solidiori consumāt
atqꝫ ad ꝓmerēdam retributionē eo clariores pre-
parautur quo firmius duri itineris labores incho
ant ⁊ consumant. hec ille. Sed est hic insup no-
tandum ꝙ seruire debemus deo sine fraude ⁊ de-
sidia hilariter ⁊ sine mētis tristicia triplici đ causa.
Primo q2 seruire deo magna dignitas est. vnde ca
nit ecclesia. Deo seruire regnare est. Scđo q2 serui
tium eius leue ē. vñ Matth. xj. Tollite iugū meū
sup vos ⁊ discite a me. q2 mitis sum ⁊ humi. corde.
⁊ inuenietis requiē animab⁹ vestris. iugū em̄ meū
suaue est ⁊ onus meū leue. Itē Joh. v. Mandata
eius grauia non sunt. Tertia q2 qui seruiūt deo in
vita. eruntcum eo in patria. Vnde Joh. xxj. Vbi
ego sum illic ⁊ minister meus erit. Sed pro isto
est notandū ꝙ ministri dei p solam charitatē a mi-
nistris dyaboli distinguūtꝰ. Vnde Cryso. ope. imp.
ome. iiij. Omnis inq̄t spēs iusticie quas habēt ser
ui dei i veritate possunt habere ꝟui dyaboli i simu-
latione p̄ter charitatē. Habet etiā dyabolus ⁊ mā-
suetos ⁊ humiles. habet etiam castos ⁊ elemosina-
rios ⁊ ieiunos ⁊ oēm spēm boni quā creauit deus
ad salutē hoi. ipsas spēs introduxit dyabolus ad
seductionē vt inter bonū verū ⁊ bonū simulatū cō-
fusio fiat ⁊ vt simplices hois boni veri ⁊ boni ma
li differētiam intelligere caute non p̄nt dum que-
runt bonos viri dei incurrunt seductores dyaboli.
solum aūt charitatē spūssancti non potest spiritus
immūdus imitari. Omēs igitꝰ spēs iusticie in pec-
catorib⁹ inueniuntꝰ. ꝫ sola gratia vere charitatꝭ nō
inuenitꝰ nisi in seruis dei. hec ille. Sed est hic spe-
cialiter attēdendum ꝙ christus dicit in euangelio
Luc. xiiij. Si quis venit ad me ⁊ nō odit patrē suū
⁊ matrē ⁊ vxorē ⁊ filios ⁊ sorores. adhuc aūt ⁊ ani-
mam suam nō potest me⁹ esse discipulus. Videāt
igitꝰ homines tam temporales q̄ꝫ spūales ⁊ tam se
culares q̄ꝫ regulares etatem sensum ⁊ discretionē
habentes si plus q̄ꝫ christū amauerint aliqđ horū
septē ⁊ si sic indubie tunc nō sunt veri christi disci-
puli. ꝫ potius sathane filij. Ille aūt ad sensū euā-
gelij hec septē odit q̄ postponit ea amore xp̄i legē
eius pacem ⁊ concordiā p̄ponendo. ⁊ ex isto prin-
cipio fidei patet ꝙ q̄ꝫ layci vel clerici sacerdotes vel
domini temporales stando ꝓ pace ⁊ ꝯcordia ⁊ de-
fensione legis dei inquātū sufficiūt sunt veri disci
puli Jesu christi. siue nemo sit fidelis dicipulus ie
su christi nisi qui effectatꝰ inquantum sufficit labo-
rat pro pace christi ꝟm eius media acquirenda. et
ideo si desideremus serui esse iesu christi de manu
inimicorū nostroꝝ per fructuosam p̄niam ⁊ miseri
cordiā saluatoris ⁊ spūssancti gratiam liberati sine

timore fraude. desidia & mentis tristicia hilariter seruiamus illi.

Capitulum VII

Ad hanc primã specie accidie. s. desperationẽ pōt etiã reduci tedium vite qđ similiter parit. numerat inter species accidie. A Et puenit tediũ ex multiplici causa. Primo ex lõga tristicia in seruitio diuino p eo q retributio mercedis eius nõ statim laborẽ ɔsequit. idõ paulatim corrũpit deuotio intãtum q non solũ displiceat ei seruire deo. ꝫ etiã successiue cadens de pctõ in pctm̃. & in eis tandẽ obstinatus dormit q tandem desperãs de dei misc̃dia tedet eũ viuere. vñ Math. xxv. de fatuis virginibus q̃ accidiosus signant dicit. Morã aũt faciẽte sponso dormitauerũt oẽs & dormierũt. i. q̃si ex diutina expectatione in soporẽ pcti cadẽtes & tamdiu in pctis dormiẽtes. q tandẽ excluse sunt a nuptijs iocũditatis eterne. Item Luc. xij. si dixerit ille malus seruus in corde suo. morã facit dñs meus venire. & ceperit pcutere pueros & ancillas & edere & bibere & inebriari. veniet dñs serui illius die q̃ non sperat & hora q̃ nescit & diuidet eũ partẽq eius cuꝫ infidelibus ponet. Itẽ Math. xxv. Seruũ inutilẽ. i. accidiosuꝫ eijcite in tenebras exteriores. ibi erit fletus & stridor dentiũ. Scđo puenit tediũ vite ex ɔsideratione amaritudinis hui⁹ vite & dulcedinis dei. & amore & desiderio celestis vite. vñ Holcot in lectura libri sapie lectiõe. cxcij. Sicut inqt ɔsona incarcerata quantũcunq libera vel nobilis non exequit nec vtit sua libertate. ꝫ sm leges carceris coartat. eodẽ modo spũs rõnalis q̃ est aĩa natus ẽ esse liber & corpori dñari & nõ subijci. sed qm̃ idem spũs deo debire subijci noluit. corpori suo subdit⁹ de palacio corpis carcerẽ sibi fecit. in quo tentatio nis passionib⁹ agit intantũ vt sancti viri iam dissolui desiderẽt & esse cum xpo. Unde apl's ad Phil. j. Coartor aũt e duobus desideriũ habẽs dissolui et esse cũ xpo. Multo em̃ melius pmanere in carne necessariũ est pter vos. Itẽ Isid. in đ summo bono. li. iij. ca. lxvij. Quis inquit hõ sanctus ab hui⁹ vite erumnis liberari se cupiat cito volens exire đ corpe. dei tñ dispositione plerunq diu in hac vita versat. & p longũ tolerãtie expimentũ solidius ei⁹ patiẽtia roboret. Multi vitã presentẽ odio habẽt & tamẽ mori timẽt. qđ plerisq in angustia ɔtingere solet. sicq cõtrario affectu & viuẽdi habẽt tediũ & moriendi metũ. sollicite debet vnusquisq viuere & terminũ vite sue ɔsiderare. vt de cõtemplatione illius huius seculi blandicias caueat. scriptũ ẽ em̃ In oĩbus operibus tuis mẽorare nouissima tua & ineternũ nõ peccabis. venturi exitus ignorãtia incerta est & dum mori quisq nõ estimat tollit. vnde vnusquisq festinet ne in iniqtatibus suis rapiatur simulq finiat vita cum culpa. naꝫ intentor dyabolos eos quos viuẽtes accendit ad vicia subito morientes ptrahere nitit ad tormenta. sepe diuites in hac fallaci vita duꝫ de potẽtie gloria ad rerũ abundantia gestiunt. ab hijs repente hora qua nesciunt improuiso exitu rapiunt. atq absorbente pfundo cruciandi eternis gehẽne incendijs deputant. De quibus bene p Job dicit. Ducũt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna descendunt. hec ille.

Tertio puenit tedium vite ex ɔsideratione malor q̃bus mundus plenus est. vnde Eccℓs. ij. Teduit me vite mee videntẽ mala vniuersa esse sub sole. & cuncta vanitatẽ & afflictionẽ spũs. Itẽ Eccℓs. iiij. Vidi calumnias que sub sole gerunt & lacrymas innocentiũ & neminẽ ɔsolatorẽ. nec posse resistere eor violentie cunctor auxilio destitutos et laudaui magis mortuos q̃ viuẽtes & feliciorẽ vtroq qui necdum natus est nec vidit mala q̃ sub sole sunt. Quarto puenit tediũ vite ex vehementia ɔprie tribulationis. vñ. iij. Regũ. xix. legit de Helia tribulato ex ɔsecutõne Jezabel q petijt anime sue vt moreret. sed ɔtra premissas causas tedij vite remediũ docet nos Ps. di. Expecta dñm viriliter age ɔfortet cor tuũ & sustine dñm. Unde q̃tuꝫ ad primũ. si quis tedio vite afficiat ex longa sustinentia ponderis estus & laboris in diuino seruitio pro eo q nõ statim recepit laboris mercedẽ dicit pphe ta. Expecta dñm. q: sicut dꝛ Aachuc. ij. Dñs appa rebit in fine & nõ mentiet. si morã fecerit expecta illum. q: veniẽs veniet & non tardabit. Itẽ Isa. lxij. Ecce saluator tuus veniet et merces eius cum eo. Et tunc pur dicit apl's. j. Cor. iij. Unusquisq ɔpriaꝫ mercedẽ accipiet secũ suuꝫ laborẽ. Et sicut dicit Ruth. ij. Pro ope tuo plenam recipies mercedeꝫ a dño deo israel. Et ideo q̃tuꝫ ad secundũ. si qs tedio vite afficiat ex ɔsideratiõe amaritudinis laboriose vite ɔsentis. & ex ɔsideratione dulcedinis dei & vite celestis dicit ppheta. viriliter age. q. d. ɔsidera q p vite pñtis fructuosuꝫ laborẽ puenit ad vite future requiem et felicitatis eterne mercedẽ. B

Unde narrat Julius sextus. li. j. ca. xj. q cyrus rex ɔsarũ volens aĩas exercitus sui ɔcitare ad bellum ɔtra medos tali vsus est cautela. duxit em̃ exercitũ suũ ad quandã siluam vbi tutũ populũ suũ in maximis vexauit laborib⁹ arbores succidendo. in crastinũ vo iussit lautissimas epulas pparari. et exercitũ suũ cũ trepudio & gaudio ɔuiuari. quo facto ipsemet trãsiens p singulas turmas interrogauit. quis istor ei magis placeret dierũ. q̃ omẽs respondentes dixerũt q longe plus dies placeret secundus. q̃bus ille subiunxit. sicut inquit p hesternũ laborẽ ad hodiernũ puenistis ɔuiuiũ. sic felices beatiq esse nõ potestis nisi prius medos vestros vinceritis inimicos. Sic moraliter si nostror peccator remissionẽ optemus habere. nostros debemus spũales inimicos vincere. & vite pñtis humiliter ac ɔseuerãter subire laborem & penitentiã. In cuius rei figura legit Geñ. xxxij. q iacob transiuit vadũ Jaboth. & cum transisset luctabat cũ angelo donec appareret aurora. Jaboth torrẽs pulueris interpretat. & sicut dicit Abbas vill. & signat tẽporales delectatões q̃ sunt sine fructu steriles ad modum torrentis cito labentes. & ad modũ pulueris oculos excecãt mentales. Transito igit isto torrẽte. i. ɔtemptis terrenis delectationib⁹ luctandũ est cum dño duobus brachijs. s. lacrymis & orõnibus Vñ Osee. xij. Cõfortatus est iacob & inualuit ad angelũ fleuit & rogauit eũ di. Dimitte me. iam em̃ ascendit aurora. Aurora est finis noctis & initium

diei. hec est mors viri iusti. in cui⁹ morte finit᷑ nox presentis vite miserie. ⁊ illucescit dies glorie. Luctandū est igit᷑ cum dño lacrymis ⁊ orōnibus donec dicat᷑ in morte viro iusto a deo. Dimitte me aurora est. i. iam nō est opus luctamine. finiunt em̄ tibi miseria et incipit gloria. hec abb. vill. sup epl'as ser. j. Itē legit᷑. j. Reg. vj. ꝙ vacce q̄ trahebāt archā dñi ibant mugientes nō declinātes ad dexterā vel ad sinistrā donec venirent bethsamis. Spualit᷑ illi qui voluerint archam dei. i. seipsos sb iugo domini bethsamis trahere. deberēt de peccatis suis gemere. ⁊ nō deberēt a via dñi declinare ad dextris amore alicui⁹ amici. i. voluptatis carnalis siue desiderij mūdane ꝓsperitatis. nec a sinistris timore ꝑditiōis amicicie vel desiderij carnalis voluptatis siue ꝓsperitatis mūdane donec veniāt bethsamis que interp̄tat᷑ domus solis. ⁊ celū signat qꝺ dom⁹ est solis iusticie. ⁊ si tediat labor itineris merces finalis expectet᷑. ⁊ sic labor alleuietur. vñ Geñ. xxix. Seruiuit iacob Laban ꝓ rachel septē annis ⁊ videbant᷑ sibi pauci dies p̄ amoris magnitudie. Sic deberet vir iustus seruire deo ꝑ totū tp̄s vite sue sine tedio ꝓ celestis desiderij amoris magnitudine vñ Eccl̄. xviij. Nō impediaris semꝑ orare ⁊ nō verearis vsq₃ ad mortē iustificari qm̄ merces dei manet ineternū. Et q̄tum ad tertium si ꝯsideratio maloꝝ q̄bus mūdus plenus est tediū vite pariat. Dicit ꝓpheta Confortet᷑ cor tuū. vñ Ysa. xl. Consolamini ꝯsolamini ppl'e meus dicit deus vester. vñ vel lugētes de malis in hac vita dolorosa regnātibus ꝯfortat dñs Matt. v. di. Beati q̄ lugēt qm̄ ipsi ꝯsolabunt᷑. Itē Joh. xvj. Plorabitis ⁊ flebitis vos. mūdus aūt gaudebit. vos aūt ꝯtristabimini ꝫ tristicia vestra vertet᷑ in gaudiū. Et q̄tum ad quartū si ꝓueniat tediū vite ex vehemētia ꝓprie tribulationis subdit ꝓpheta. Sustine dñm. hoc ē sustine patiēter tribulationē quā tibi dñs ꝓ tua vtilitate ꝯtingere ꝑmittit. vñ parisi. in de virtutib⁹ ꝑte. iij. tract. de fortitudine. ca. viij. Tribulatio inquit hominē ꝑficere facit. dicēte ps̄. In tribulatiōe dilatasti mihi. sine tribulatiōe hoies dormiūt somno pigricie. ꝫ tribulatio excitat eos vt ignis in domo succēsus ⁊ vt aqua nauē subintrās. vñ ps̄. Saluū me fac deus qm̄ intrauerūt aque vsq₃ ad aiaȝ meā Itē Matth. viij. Dñe salua nos ꝑimus. vñ Aug. ideo premunt᷑ iusti in ecclesia vt pressi ad deuȝ clamarent clamātes exaudiant᷑. ⁊ exauditi glorificent deū. hec parisi. Et sequit᷑. eodē mō tribulatō inquit succursus est homini a deo missus. Qꝺ tripl'r pōt ostendi. Primo sic. Dom⁹ alicui⁹ igne succensa quē ꝑ se nō sufficeret extinguere aquā sibi oblataȝ cū gaudio susciꝑet. ⁊ obsequiū non ꝑsecutionē reputaret. ꝫ quāto magis cuȝ dm⁹ cōscie succēsa est igne ꝯcupiscētie aquā tribulatōis debet reputare succursuȝ ⁊ nō aduersitatē. Scd̄o si q̇s ab hostibus suis duceret᷑ sup equū velocē ad locū vbi esset occidēdus. gratum h̄ret si quis illū equū vulneraret vl' occideret. vt sic ab hostib⁹ liberaret᷑. ⁊ sibi reputaret succursum ⁊ nō nocumentū. q̄to igit᷑ magis gratus dȝ esse ei q̄ corpus suū lasciuū qꝺ quasi equus ē. iux̄ illud Isa. xxxj. Equi eoꝝ caro. in quo ad mortē eternā ducit᷑ infirmitate. vl' alio mō ledit vt sic a demonib⁹ liberaret᷑. Unde Prouer. xxiiij. Erue eos qui ducunt᷑ ad morteȝ. Tertio sic. Si duellum cōmitteres cum aliquo et videres hosteȝ tuum tibi p̄ualere. gratuȝ haberes si q̇s hostē illū debilitaret intm̄ vt preualere posses ei. Spūaliter quasi duellum est inter carnē ⁊ spm̄. Caro em̄ ꝯcupiscit aduersus spm̄ ⁊ spiritus aduersus carnē. ad Gala. v. Unde ille q̄ videt carnē preualere aduersus spm̄ magnas gratias debȝ agere deo si in infirmitate vel alia tribulatione carnē eius debilitet vt a spū superet᷑. Vñ apl's. ij. Cor. xij. Cum infirmor tunc potens sum. hec parisi. de infirmitatis vtilitate ⁊ quantū ꝯfert ad anime salutē vt dictū ē supra parte. iiij. ca. lix. A. B. C. vbi agit᷑ de quinto opere miscd̄ie corꝑalis qꝺ est visitare infirmos ⁊c̄. ¶

Dictis ibidē adijciendū est qꝺ di Eccl̄. ij. In humilitate tua patiam habe qm̄ in igne ꝓbat᷑ auꝝ et argentū. homies v̄o receptibiles in camino humiliationis. crede deo ⁊ recuꝑabit te. dirige viā tuā ⁊ spera in illū. Et sequit᷑. Respicite filij nationes hominū ⁊ scitote qm̄ nullus sperauit in dño ⁊ ꝯfusus est. Qꝺ ꝯsiderās Isid. in de sum. bono li. iij. c. lxij. Justus inq̄t in aduersis se ꝓbari cognoscit ⁊ non deijci. viri sancti plus formidāt ꝓspera q̄ȝ aduersa q2 seruos dei ꝓspera deijciūt. aduersa v̄o erudiūt. Ideo sancti viri ꝯstantia ita portare debēt aduersa vt frangi nō queāt. Tunc magis sunt oculi dei sup iustos qn̄ eos affligi ab iniquis ꝓuidentia diuina ꝑmittit. Nam tūc eis gaudia disponunt᷑ eterna qn̄ presenti tribulatione ꝓbant᷑. Dēs vite hui⁹ tribulationes aquis cōparant᷑ p̄tereuntib⁹ ꝓpterea q2 si quid in hac vita tribulatiōis acciderit nō stat ꝫ celeriter transit. q̄ vite future premiū diligēter excogitat mala oia vite p̄ntis eq̄nimiter portat. qm̄ ex illius dulcedine huius amaritudinē tempat et ex eternitate illius breuitatē hui⁹ despicit transitoriā hec ille. Itē idem soliloquioꝝ ca. xv. Pena inquit huius vite breuis est. ⁊ qui affligit ⁊ q̄ affligit᷑ mortalis ē. tribulatio hui⁹ tp̄is finē habet. trāsiunt oia seculi huius nec ꝑmanent. om̄e qꝺ euenit stare nō potest. Nihil vite hois est diu. nihil tam longū qꝺ non in breui finiat᷑. habēt sub sole finem suū om̄ia impossibile est vt homo sis ⁊ non gustes angustias. Dolor ⁊ tristicia oibus sunt cōmunia. Om̄ia in hoc seculo sustinem⁹ euentu. Nemo in ꝑpetuum expers mali est. nemo est qui in hoc seculo nō doleat. nullus ē qui in hac vita positus nō suspiret. mali oia sunt plena. Ista vita est malis vndiq₃ plena. vita ista a fletibus inchoat qui nascit᷑ a fletu incipit viuere. flentes. ꝓijcimur in hanc miserā vitā ipse ortus sequentiū est gemitus. hec ille. Itē idem ca. xxvij. eiusdem vtilis inquit est tribulatio. vtiles sunt pressure. maloꝝ prauitas nō occidit te sed erudit. prauoꝝ aduersitas non te deijcit ꝫ extollit. humana tentatio arguit te ꝫ non interficit. quāto em̄ in hoc seculo frangimur tanto in perpetuū laudamur. quāto in p̄nti affligimur. tāto in futuro gaudebimus. Si his flagellis atterimur purgat in iudicio inueniemur. semꝑ hic deus vulnerat. q̇s ad salutē parat ꝑpetuā. In fornace ꝓbat᷑ auꝝ. tu vt sordes careas tribulatiōis camino purgaris. vt purior appareas ꝑsecutōnis igne flagellaris. Cōstaris vt

omniū peccatorū sorde purgeris. ad ꝓbationem sunt omnia ista que sustines. Non igitur murmureris. non blasphemes. nō dicas quare sustineo mala. cur affligor. vt quid mala patior. sed magis dic peccaui. et vt eram dignus non recepi. equalem vindictam peccati mei nō sentio. minus me percussum ꝙ merebar agnosco. iuxta modū criminis minor est tribulatio vltionis. ſm meritū peccatorꝫ dispar est causa penarꝫ. non sunt tanta supplicia quanta extiterūt peccata. Qui em̄ in flagellis murmurat deum ꝯtra se plus irritat. furorē dei ꝓuocat. iram dei indignantis plus sibi exagitat. Qui vo aduersa patienter tolerat deū sibi citius placat. hec ille. Item idem in de summo bono. li. iij. ca. vj. Nunꝙ inquit dyabolus aduersus hoiem iustū tentationum certamina cōmouere deficit. aut em̄ tribulationes cordis ille exaggerat. aut dolores corporis suscitat. Hinc em̄ est ꝙ paulus ait. Datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet. sepe iusti mentē varijs vexationū doloribꝰ vis demonū cruciat. Unde interdū vsꝙ ad desperationis angustiam coartatur. ꝑmanenti aūt in dei timore anime et ipsa talis angustia ad meritū ꝓficit. nam siue in animo siue in corpe p instinctum immundorꝫ spirituū quelibet aduersa iustus patitur ex dei vtiꝙ ꝑmissu patitur. quod si hoc ipsum ad dei laudem humilis referat et dicat. qd̄ ꝓ corporis passione Job dixit. Si bona suscepimus d̄ manu domini. mala quare nō suscipiamus. Iste nō separatur a deo sed sibi ꝯiungitur. quantūlibet acute angustia torqueatur. multa iustus aduersa in anima patitur instigatione demonū. ſꝫ talibus temptamētis perire vite eterne premiū nō pōt. qꝛ pius dn̄s ad dānationem culpe nō reputat qd̄ de sue maiestatis permissu nolens qui patitur portat. vbi vero violenter adijcimur et si facinus aut flagicium nō est. miseria tn̄ ꝓ flagicio et facinore est. sed qui deum ꝓ irrogata laudat miseria cōmisso ꝓculdubio caret facinore. hec Ysido.

Capitulum VIII

Secunda species accidie est torpor circa dei precepta. et est torpor iste languentis animi tediosa voluntas bene oꝑandi quietē carnis appetens inordinatam. vn̄ torpens circa ꝓcepta vel est ociosus ea totaliter ꝓtermittens. vel est tepidus ea cū languore et tedio remisse adimplens. Et ideo de isto torpore potest intelligi illud Apoc. iij. vtinā frigidus esses aut calidus. ſꝫ qꝛ tepidus es et nec frigidus nec calidus incipiā te euomere ex ore meo. Sup quo paritur. Calidus inquit est q̄ feruens est ad bonū. frigidus est q̄ semp desilit a bono. tepidus vo qui medio modo se habet. Et sicut dicit interliniaris. maior spes est de fragilis ꝙ de tepidis. cuius rei hec ē causa. qꝛ tepidi quandā fiduciā et securitatē accipiunt de hoc ꝙ aliquid boni agunt. et ideo se nō corrigūt. Tepidus vo de dei ore euomitur q̄ p predicatores in quibus deus loquitur. de ꝯsortio p excōicatione remouetur sctōꝝ. vel tūc tepidus euomitur d̄ ore dei qn̄ deo ꝑmittēte in deteriora ꝓcipitatur vel qn̄ finaliter impenitens moritur. De hac tepiditate dicit Hiero. Tepiditas sola est q̄ solet deo vomitū ꝓuocare. hec em̄ tepiditas mlta mala homini generat.

Primo prestat fiduciā accedēdi et temptādi dyabolo, vnde sicut in ollam tepidam musce incidūt quā feruentē fugiunt. sic de multis vicijs temptat dyabolus hoiem tepidū. de qbus nō audet hoiem temptare feruentē. Secundo tepiditas facit hominē nō accipere qd̄ in oratione petit a deo. nā cōtingit aliquē p viginti annos aliqd a deo petere. et nunꝙ illud accipe. ꝓ eo ꝙ suā ꝓmit tepide orōnem. qd̄ aliū in vna hora ꝯtingit accipe q̄ feruidus est in orōne. vn̄ Aug. Seruat tibi deꝰ qd̄ nō vult cito tibi dare vt tu discas magna magne desiderare

Tertio tepiditas facit hominē semp in vita pn̄ti seminare. ſꝫ nunꝙ fructū celestis glorie metere. et ideo ꝯtra hanc tepiditatē sic scribit btūs Bern̄. Si incipis incipe ꝑfecte. si in ꝑfectu es hoc ipsum tā ꝑfecte age. et si ꝑfectōnis aliquid attigisti. teipsum in temetipso metere. i. mensura. hoc est totā vitam tuā in corde tuo diligēter ꝯsidera et de tuis preteritis malis oꝑibus ingemisce. et grās redde deo de ꝑfectione iam habita. Quia sicut dicit Isid. in de sum. bo. li. ij. ca. x. multos remissa ꝯuersio in pristinos errores reducit. ac viuendi tpe resoluit. horūꝫ igitur exempla quisꝙ ꝯuersus euita nedū timore d̄i a torpore incipis. rursus mūdanis erroribus immergaris. Tepidus in cōuersione ociosa verba et vanas cogitatōes noxias esse. nō ꝯspicit. ꝙ si a torpore mētis euigilauerit. ea q̄ leuia existimabat cōfestim q̄si horrēda atꝙ atrocia ꝑtimescet. hec ille.

Capitulum IX

Ad hāc enim secundā speciem accidie. scꝫ torporē circa dei precepta possunt reduci septē vicia q̄ paritur inter species accidie numerat. quorꝫ primū ē somnolentia. secundū ociositas. tertiū dilatio. quartū negligentia. quintū indeuotio. sextum inconsummatio siue in ꝑseuerantia. septimum vo remissio.

Capitulum X

Primo ad hanc secundam speciem accidie reducitur somnolentia. ¶ Pro quo notandū ꝙ ſm Januensem. in suo catholicon. somnus componitur cum lentos. qd̄ est plenū. et inde somnolētus. i. plenus somno. et somnolentia in eadē significatiōe. Et est somnus descriptiue. vt dicitur ibidem. qes animaliū virtutū cum intensione virtutū naturaliū. animales inquit virtutes dicuntur hic quinꝙ sensus et rō et intellectus. Sed naturales virtutes dicuntur virtus appetitiua. retētatiua. digestiua. expulsiua. In sōno vo quiescunt animales virtutes. nam cum dormit homo nec videt nec audit nec discernit nec intelligit. sed naturales virtutes tūc intenduntur. nam in somnis melius fit digestio. et meliꝰ mutatur cibus in naturā rei alēde. et ex hoc sequitur ꝙ a natura melius appetitur in somno ꝙ in vigilia, de somnolētia em̄ que ad accidiā ptinet dicitur Prouer. xix. Pigredo immittit soporē. Et ꝙ pigredo imittat soporem ptꝫ ex hoc ꝙ multi ex pigredine conantur dormire. cū tn̄ dormire nō pn̄t. vn̄ Prouer. xxvj. Sicē ostiū

vertitur in cardine suo ita piger in lecto suo. Item
multi ex pigredine dormiūt qn̄ essꝫ vigilandū vt tē
pore orationis Cōtra illud .j. Petri .iiij. Estote pru
dentes ⁊ vigilate i orōnib⁹. Item in sermone vel in
lectiōe. sic aliq̄ ad audiēdū scurrilia. rumores et ine
ptas fabulatiōes sat̄ sunt vigiles. qn̄ ad audiēdū
sermonē dei siue vtilem lectionem efficiunt̄ statissi
me somnolenti. de q̄bus dr̄ Eccl̄i. xxij. Qui narrat ṽ
bum non audiēti q̄si qui excitat dormientē de gra
ui somno. Cum dormiente loq̄tur qui narrat stulto
sapiam. vn̄ legit̄ Act. xx. de quodā adolescente nōie
euthico. qui cū disputante paulo ⁊ ille graui merge
ret̄ somno. cecidit de tertio cenaculo deorsum ⁊ sub
leuatus est mortuus. Sed est hic notandū ꝙ sic
dicit Lin. dic. xv. somn⁹ plerūq̄ʒ in scriptura pecca
tū signat vt in illo apl̄i Ro. xiij. Hora est iam nos
de somno sur. quē somnū alibi exp̄mens dic̄. Sur
ge qui dormis. ⁊ illō expōnēs addit. Exurge a mor
tuis. Ephesi. v. hic em̄ somnus mors est. i. pctm̄. qō
alibi manifeste notat cū dicit. Vidua q̄ in delicijs
viuit mortua est .j. Thy. v. peccatū em̄ mors dr̄. q̄a
mors sepatio a vita. ⁊ pctm̄ nihil aliud est nisi sepa
tio a vite. i. a deo qui p se est vita. vn̄ Isa. lix. Iniq̄ta
tes vestre diuiserūt inter vos ⁊ deū. Itē sap̄. j. Per
uerse cogitatiōes sepant a deo. Sōnus itaq̄ʒ iste de
quo hortat̄ nos apl̄s surgere pctm̄ est ⁊ non imeri
to somno ꝯpatur pctm̄. q2 somn⁹ est vinculū ⁊ imo
bilitas sensuuꝫ. sensus aūt spūales anie sunt memo
ria ⁊ intelligentia. ⁊ dilectio trinitatis q̄ supra ipsaꝫ
est. ⁊ cognitio ⁊ amor ordinat⁹ sui ⁊ ei⁹ qō sibi par
est. ⁊ cognitio regendi ⁊ administrandi ea que sub
se sunt. amorq̄ʒ eadē recte regendi ⁊ administrandi
hoc est sensus spūales anie sunt sapia ⁊ intellectus
scia ars ⁊ prudentia siue ꝯsiliū. Et s̄m bern̄. quinq̄ʒ
sensus anie sunt isti. amor pius. quo ꝑentes diligi
mus qui est sicut tactus. amor iocund⁹. quo diligi
mus socios est q̄si gust⁹/ amor erga oēs homies iu
stos sicut odoratus. amor violentus erga inimicos
est sicut auditus. amor sanctus erga deū siue deuo
tus est sicut visus. Hoꝝ aūt sensuū vinculū ⁊ imo
bilitas vt nō possint agere peccatū est ⁊ ita somnus
pctm̄. Expressi etiā patē pōt pcti ad somnū ꝯpatio.
somnus nanq̄ʒ fit cū vapor a nutrimēto ascēdit ad
cerebrū. ⁊ ibi infrigidat⁹ redit ⁊ occupat primuꝫ in
strumentū sentiendi vt nō possit agere. In scriptu
ra ṽo comedere dicimur omē qō summe amamus
et in q̄ sum me delectamur cib⁹ itaq̄ʒ pctōꝝ sūt hec
tꝑalia summe amata in quibus summe delectant̄.
Fantasmata aūt hoꝝ amotoꝝ vsq̄ʒ ad rōem ꝑtingē
tia quasi vapores sunt a nutrimento resoluti ad ca
put ascendentes. que cū alliciunt animam ad amā
dum ea quorum sunt fantasmata quasi deorsum re
deunt ⁊ grauant aniam. occupantq̄ʒ eius predictos
sensus vt non possint agere. sic itaq̄ʒ crapulata ania
et inebriata temporalib⁹ sopitur. In somno q̄q̄ʒ ē
reuersio caloris innati ad cor qui reuerberat̄ ad va
pores occupantes primū instrumentū sentiēdi. sic
ad fantasmata tēporalia reuerberat̄ amor ad aman
dum se. prima em̄ hmōi somni causa est cuꝫ ad fan
tasmata suijpsius reflectit̄ amor in se ⁊ se supbe dili
git et per medium sui cadit in amorem inferiorum
hec ille Item Holkot in lectura libri sapie lectiōe.

cxxij. pertinēter ad ꝓpositum ita scribit. Peccatuꝫ
inquit ꝯuenient̄ somno cōpatur ꝓpter quatuor ra
tiones. Primo ꝓpter somni causationē. Scōo ꝓpt̄
somnij interpretationē. Tertio ꝓpter sensuum liga
tionem. Et quarto ꝓpter iudicij deceptionē. Pri
mo igit̄ somnus dr̄ figuratiue peccatū ꝓpter somni
causationem. causat̄ em̄ somnus ab euaporatione
ascendente ad cerebrū de nutrimento qui q̄dem va
por per caloreꝫ ascēdit Sꝫ cum ad cerebꝝ ꝑuenerit
ꝓpter cerebri frigiditatem infrigidat̄ ibidem. ⁊ cuꝫ
illa materia fuerit grauis per ꝯgelationē nititur de
scendere ⁊ descendēdo aūt per venas obturat vias
spūum vitalium per quos sensus exercuerunt act⁹
suos. ⁊ sic causat̄ in potētia sentiendi ⁊ retractio ca
loris adinterius ⁊ hoc est somn⁹. priuatio vicꝫ act⁹
sentiendi per euaporationē sic eleuata de nutrimē
to ⁊ postea infrigidatam. sicut declarat aristo. j. de
sōno ⁊ vigilia. p vij. signa. vbi ōndit ꝯsequent̄ ꝙ tri
plex hominis dispositio corporalis facit hominē
somnolentū naturaliter vicꝫ si habeat caput gran
de. vnde animalia habentia ꝑua capita ⁊ parum de
cerebro sicut aues paꝝ dormiunt. similiter anima
lia habētia cerebꝝ siccum sicut canes. ⁊ similit̄ me
lancolici paruꝫ dormiunt s̄m aristo. Sꝫ si ṽo habeat
caput grāde. collum breue ⁊ venas graciles. erit na
turaliter somnolēt⁹ q2 si vene gratiles sint. euapo
ratio calida ⁊ subtilis. faciliter ascendit ad cerebrū.
et eadem euaporatio. infrigidata in capite ⁊ ingros
sata. difficiliter descendit ꝓpter gracilitatem venaꝝ
et per ꝯsequens diu retinet̄ vapor ille grossus in ca
pite. ⁊ q̄ʒdiu tenetur ibi obturat meatus sensuum
et tamdiu sensus manent ligat qō est aliter dormi
re. Similiter si habeat caput grande ⁊ habebit mul
tum de cerebro. ⁊ sic multū de frigiditate in loco il
lo. Tertio si collū sit breue. citius ꝑuenient euapo
ratiōes de stomacho ad cerebꝝ. Isto modo mora
liter. si persona habeat caput grande collū breue. et
venas graciles erit cōiter per delicias ⁊ pigriciam
somnolenta. Caput grande est magna dignitas. vt
puta si forte sit rex comes vel magnus in ecclesia.
Collum breue est parua charitas/ charitas est eniꝫ
quasi collum in corpore christi mistico qō est eccle
sia ꝯnectens christū qui est caput corpori suo quod
est militans ecclesia. vena est vas sanguinis. San
guis em̄ designat ꝯpassionem ad proximū. ⁊ reue
ra quicunq̄ʒ habet magnā seculi dignitatē ⁊ ad deū
paruā charitatem. ac ergo proximū modicam pie
tatem talis erit necesario somnolentus. Vnde ysa.
xiiij. Omnes reges gentiū vniuersi dormierunt in
gloria vir in domo sua. In cuius signuꝫ tres reges
siue magi rn̄so accepto in somnis ne redirēt ad he
rodem per aliam viam reuersi sunt in regionem su
am. Math. ij. B Secūdo peccatū ꝯpatur som
no ꝓpter somni interpretationē Dicitur em̄ vulga
riter q̄ʒuis non semper sit verū ꝙ recta interpretatō
somnij est exponere somniū per appositum. ⁊ certe
isto modo est spūalit̄. nam somniātes de honorib⁹
dignitatib⁹ diuitijs ⁊ delicijs in p̄nti. in futuro po
nentur in penis. doloribus ⁊ eternis miserijs. ⁊ per
oppositū afflicti tribulationib⁹ ⁊ tedijs ꝓpter deuꝫ
in p̄nti i futuro gaudio replebunt̄. ⁊ hoc est de quo
saluator discipulos suos promonuit qn̄ erat ab eis

de seculo corporalit recessurus dicens. Amē amē
dico vobis qꝛ plorabitis et flebitis vos.mūdus aūt
gaudebit.sed tristicia vestra vertet in gaudiū.Job.
xvj.Gaudiū vero mūdanoꝝ in tristicia conuertet
Job.iij.Ducunt in bonis dies suos ꝛ in puncto ad
inferna descendūt. De istis somnijs dr̄ Eccī.xxiiij.
Vana spes et mendaciuȝ insensato viro.ꝛ somnia
extollunt imprudentes. Tertio peccatū cōpatur
somno ꝓpter sensuum ligationē.Dormiens homo
sic habet sensus ligatos ꝙ de suis opatiōibus nihil
exercent.ꝫ est hō q̄si mortuus ꝛ eodem mō dormi-
ens in ꝯsuetudine male vite in peccato mortali nō
pōt opari opus meritoriū vite eterne dignū. Unde
dicit aristo.in de somno ꝛ vigilia ꝙ dormientes et
dormiend o facientes opa vigilie non pn̄t memora
ri operū illoꝝ.ꝫ somnioꝝ bene recordant.eodē mō
facientes opera bona extra charitatem nō recorda-
bunt.i.nihil recipient pro eis de premio in celis.sed
bene remerabunt se fuisse ꝓ eisdē tpalib⁹ p̄miatos
Et iudicabūt ista opa non sicut bona opa.ꝫ poti⁹ si
cut bonoꝝ preterisse.vn̄ Job.xxx. Velut somniuȝ
euolans non inuenit.transibit sicut visio nocturna
Quarto peccatū ꝯpatur somno ꝓpter iudicij de-
ceptionē Somniās em̄ iudicat se qn̄qȝ esse in ma-
gnis ꝯuiuijs collocatū inter reges.ꝛ tn̄ cū euigilat
inuenit se fortassis in carcere ꝯpeditū.somniās ve-
ro terribilia nō timet.nam ꝛ si quis stet ad caput ei
us cū gladio euaginato nihil inde timet.ꝫ de fanta
sijs ꝓprij capitis de q̄bus fantastice somniat etiam
qui sibi nocere non pn̄t timet supra modū. si ignis
appropinquet vel aqua non credit nec timet.eodeȝ
modo dormientes in peccatis falsum hn̄t iudiciuȝ
vnde Job.xxix. Sicut somniat esuriens ꝙ comedit
cū aūt fuerit expgefactus vacua est aīa eius .Itē
tribulatiōes seculi que nō sunt nisi fantasie nimis
timēt penas aūt eternas quas merent nullatenus
reformidant.quorū q̄libet dicere pōt illud Job.vij.
Terrebis me p somnia.ꝛ per visiones horrore con
cuties.hec holgot. Sed q̄ꝫ piculosus fit somnus ac
cidie ptȝ multiplici malo qd̄ in scripturis de inordi
nato samno legit accidisse . vn̄ Judicū.iiij. legit ꝙ
Jahel dedit sizare lac ad bibēdū vt lactꝭ dulcedie in
gurgitatus fortius dormiret.quo facto illo dormiē
te interficit ab eadē. Sic spūalit dyabolus dat pec-
catori ad bibendum lac carnalis delectationis quo
ingurgitatus ꝛ dans se sopori p longā consuetudi-
nem finaliter interficit eū morte eterna. Vn̄ crisꝰ.si-
cut inquit qui ab aspide percutit q̄si quadā delecta
tione vadit ad somniū.ꝛ sic i suauitate soporis mo-
rit Sic spūaliter percussus a dyabolo dormiens in
suauitate carnalis delectationis tandem morte oc-
ciditur eterna. Itē Judi.xvj.legit d̄ sampsone quē
dalida fecit dormire sup genua sua.ꝛ rasis septē cri
nib⁹ capitis sui captus ab inimicis exoculatus est
et vitam suam miserabiliter finiuit.Cuius hystorie
moralis declaratio patet supra ca.j.hui⁹ in secūdo
motiuo ꝯferente ad detestationeȝ accidie.vbi agitur
de secūdo.quo ōnditur ꝙ accidia valde placet dya
bolo. Itē math.xxv.legit ꝙ fatue v̄gines dormie-
rūt vsqȝ ad aduentū sponsi.ꝛ iō excluse sunt a nupti
is.Spūaliter iste fatue virgines significant fatuos
peccatores.q̄ p totū temp⁹ vite sue dormierūt in su

is peccatis.qui exclusi erūt finaliter a nuptijs iocū-
ditatis eterne.ꝫ in isto periculoso somno accidie ni
mis ꝓfunde dormiūt nr̄i p̄lati moderni ꝛ ceteri vi
ri ecclesiastici.ꝛ spālit i ecclesiasticis beneficijs cō
stituti.q̄rum dormitionis causa pōt esse ista.explē-
tia docente.qn̄ hō multū ꝛ diu laborauit ꝛ lassatus
a labore fuerit.oportet tūc ꝙ post laborē suum dor
miat ꝛ quiescat.Sic spūaliter qꝛ pastores ꝛ prelati
ecclesie his dieb⁹ multū fatigant ꝓ dignitatib⁹ ec-
clesie obtinendis.vnus in coquina regis.ali⁹ in cu
ria epī.ali⁹ in seruitio dn̄i tpalis.sed in curia erudi-
tionis legis diuine minie laborant.ꝛ cum p talē oc
cupationem post longū laborem ad ecclesiā pueńe
rint non cessant a labore ꝫ tūc oportet ꝙ sint p̄ben-
darij.ꝛ deinde archidiaconi ꝛ deinde epī.ꝛ cū ad su
premū gradū ad quē pn̄t puenire fuerint sublimati
tunc intentū prima fatigatione sunt lassi. ꝙ p̄ multi
tudine seruitutis ꝛ laboris nō pn̄t diutius vigilare
super gregem sibi ꝯmissum.tūc oportet omnino ꝙ
dent se totaliter sopori ꝛ quieti vt possint diu in su-
is voluptatibus viuere.Sȝ expientia docente. ho-
mines affectantes multū dormire euitant inq̄ꝫtum
pn̄t omnē tumultū ꝛ clamorē q̄ eos a somno excita
ret.sic certe tales affectantes dormire in suis volu-
ptatibus euitant.immo ꝛ ꝓhibent inq̄ꝫtū pn̄t om-
nem clamorē p̄dicatiōis.que eos et alios peccato-
res a somno peccati excitaret.non ꝯsiderantes ꝙ q̄ꝫ
uis somnus immoderatus in omni hoie sit piculo
sus.Tamē fm Januens.tria sunt genera hominū
in q̄bus immoderatus somnus maxie est periculo
sus.ꝛ summope euitandus.s.in pastorib⁹ gregis in
gubernatorib⁹ nauis ꝛ in ianitorib⁹ siue speculato-
rib⁹ obsesse vrbis. Primo somn⁹ immoderatus
piculosus est in pastorib⁹ gregis.qꝛ dormiētib⁹ illꝭ
grex a canibus ꝛ alijs bestijs deuorat ꝛ dispergitur
Sic spūaliter dormientibus pastoribus ecclesie lu
pus infernalis rapit ꝛ dispergit oues gregis dn̄ice
Et ideo dic̄.apl's.j. Pe.v.vigilate qꝛ aduersari⁹ ve-
ster dyabolus tanq̄ꝫ leo rugiens circuit querēs quē
deuoraret.Item.ij.thy.iiij.cuilibet pastori ecclesie
dicit apl's.Tu v̄o vigila in omnib⁹ labora.fac op⁹
euangeliste.opus euangeliste est pascere gregeȝ do
mini sui.Nam vt dic̄ Greg.ꝛ ponit in ca.viij.q.j.i
scripturis.Si is inquit qui valet omnipotentis dei
oues renuerit pascere.ōndūt se summū pastorem
minie diligere.ꝛ sicut dicit apl's.j.Coꝝ.vlt.q̄ nō di-
ligit dn̄m ihm xp̄m anathema sit . Et sicut dic̄ Je-
ro. ꝛ ponit in ca.xxiiij.q.iij.certum est. Anathema
nihil aliud est q̄ꝫ a deo separi ꝛ dyabolo tradi.Ex q̄
plane ptȝ ꝙ pastores qui gregē dn̄i non pascunt in
hanc terribilē sn̄iam incidunt.Et nimiꝝ.qꝛ tales q̄ꝫ-
tū in ipsis est oues domicos occidūt. Vn̄ grego.
et ponit in ca.dis.xliij.ephesijs.cum increpare deli
quentes noluerit eos ꝓculdubio tacēdo pastor oc
cidit. Item eccī.xxxiiij.panis egentiū vita paupis
est.q̄ defraudat eū homo sanguis est. Et ex quo ho
micidiū corporale facit sacerdotem irregularē q̄ꝫtū
ad ecclesiam militantē . a multo fortiori facit istud
homicidiū spūale ipsum irregularē q̄ꝫtuȝ ad eccle
siam triumphantē.Et si diues euangelicus d̄ quo
Lu.xvj .ca.damnat⁹ est.qꝛ non dedit panē corpora
lem paupi.seq̄tur ꝙ tanto grauiori damnatione est

ille pastoꝛ dignus q̄ non dat indigentibꝰ panē spi
rituale verbi dei. quāto anima melioꝛ est coꝛpoꝛe.
Vñ in figurā huiꝰ legit Hiere.j. ꝙ dñs alloquēs
ꝓphetam dixit.quid vides tu hierem ia.ꝛ dixit hie
remias.virgam vigilantē ego video. Et dixit dñs
bene vidisti. qꝛ vigilabo ego sup ṽbo meo vt faciā
illud.ꝛ factū est verbuꝫ dñi secūdo ad hieremiā.d.
quid vides tu hieremia. ꝛ dixit hieremias ollā suc
censam video. Ecce pꝛimo dr̄ ꝙ vidit virgam vigi
lantem.ꝛ postea ollam succēsam. in signū ꝙ pasto
res q̄ vigilanter non agitant virga discipline verbi
dei indubitāter.nisi se emēdauerint finaliter ꝓijciē
tur in ollam pene eterne. Vñ in ꝯfirmationē huiꝰ
Matth.xxv. precipit dñs seruū pigrum q̄ pastoꝛē
signat negligentē ligatis manibꝰ ꝛ pedibus ꝓijci
in tenebꝛas exterioꝛes vbi erit fletꝰ ꝛ stridoꝛ dentiū
Ecce q̄ꝫ ꝑiculosus est somnus pigricie pastoꝛibus
ecclesie. ℭ Scd̄o ꝑiculosum est pastoꝛibꝰ eccle
sie doꝛmire in peccatis. qꝛ sunt nauis eccl'ie guber
natoꝛes. Vñ negligentē pastoꝛē eccl'ie sic alloquit
scptura. ꝓuer.xxiij.Eris sic̄ doꝛmiēs i medio ma-
ris ꝛ q̄si sopitus gubernatoꝛ amisso clauo.et sicut
nihil magis ꝯfert ad nauis ꝑiclitationē q̄ꝫ negligē
tia gubernatoꝛis. sic nihil magis ꝯfert ad nauis ec
clesie ꝑiclitationē q̄ꝫ negligētia ꝑuersi pastoꝛis. vñ
Aug.ꝛ po.in.c.di.lxxxiij.dicēte. Nemo inq̄t in ec
clesia magis nocet q̄ꝫ qui ꝑuerse nomē vel oꝛdinē
sanctitatis hꝫ. Et iō dicit idē Aug.sicut recitat em̄
parik.in de vicijs.ꝑte.vj. In nullo inq̄t sentio deū
mihi magis iratum. sicut in hoc ꝙ cum indignus
essem pani ad remū.positus sum ad gubernaculū
in apice regiminis ecclesie. ꝛ adhuc sanctꝰ iste nō
recepit regimē aiaꝝ prece nec ꝑcio.ꝫ quodāmodo
inuitus ꝛ coactus. nā vt dicit parik.vbi pꝛius ꝙ le
git de btō Augu.ꝙ fugit oēm ciuitatē q̄ non habe
bat episcopū ne in ep̄m raperet.Et nimirū. Nam
sicut dicit Crisosto. ꝛ ponit in ca.dist.xl.miti sacer
dotes.Quicūq̄ꝫ desiderauerit pꝛimatū in terra in-
ueniet ꝯfusionē in celo. nec inter seruos xp̄i cōpu-
tabit qui de pꝛimatu tractauerit.Et iō dicit Greḡ.
ꝛ ponit in ca.viij.q.j.in scripturis.ꝙ sicut locus re
giminis desiderātibus negādus est.ita fugiētibus
offerendus est.ꝛ sicut scriptū est.nec quisq̄ꝫ sumat
sibi honoꝛē.ꝫ qui vocat a deo tanq̄ꝫ aaron. Itē idē
ca.j.q.vj.sicut is. Sicut is inquit q̄ inuitatus ren-
nuit.req̄situs refugit.sacris altaribꝰ est restituēdꝰ
sic ꝙ vltro ambit vel impoꝛtunū se ingerit est pꝛo
culdubio repellēdus. Nam q̄ sic nitit altioꝛa ꝯscē-
dere.q̄d aliud egit nisi vt crescēdo exterius interi-
us in ꝓfundū descēdat.hec Greg.Ex q̄ ptꝫ ꝙ val-
de timere pñt inabiles fatui q̄ tam inpoꝛtune mo-
dernis tempoꝛibꝰ preesse se ingerūt. ꝑsertim cum
dicat btūs Grego.ꝛ ponit in ca.j.q.si q̄s neq̄ꝫ.Si
quis inquit neq̄ꝫ sanctꝰ neq̄ꝫ pollens moꝛibꝰ.neq̄ꝫ
a clero neq̄ꝫ a populo vocatus.neq̄ꝫ pulsatione co
actus impudēter xp̄i sacerdotiū iam q̄libꝫ facino
re pollutꝰ nō iusto coꝛdis amoꝛe ꝫ soꝛdidis ꝑcibꝰ
oꝛis siue comitatu siue manuali ꝯuitio.seu fradu-
lēto munusculo ep̄alē seu sacerdotalē nō lucro aiaꝝ
ꝫ inanis gloꝛie auaricie fultus dignitatē suscepit ꝛ
in vita sua si sponte non reliq̄rit. eūq̄ꝫ in asperā pe
nitētiā moꝝ nō inuenerit ꝓculdubio ineternū peri-
bit.hec ille. Sed hanc terribilem sniam non atten-
dūt negligentes pastoꝛes qui doꝛmiētes in suis vo
luptatibus ꝑmittūt nauem ecclesie doloꝛose ꝑire.

ℭ Tertio periculosum est pastoꝛibꝰ ecclesie nimiū
doꝛmire.qꝛ sūt vꝛbis ecclesie speculatoꝛes.iuxta il-
lud ysa.xxj. Vade ꝛ pone speculatoꝛē ꝛ q̄dcūq̄ꝫ vi-
derit.s.ꝑiculi annūciet.s.ꝑ clangoꝛē tube euāgelice
pꝛedicatiōis.iuxta illud ysa.lviij. Clama ne cesses
quasi tuba exalta vocē tuam.ꝛ annuncia pp̄lo meo
scelera eoꝝ. ꝛ sicut speculatoꝛ ciuitatis in tp̄e guer-
re aduenientibus inimicis si doꝛmiēs tuba nō clā-
gat ꝛ pp̄lm de periculo inimicoꝝ moneat.sentit tra
ditoꝛ ꝛ dignus vltimo iuris supplicio. Sic certe pa
stoꝛ q̄ est sp̄ualis speculatoꝛ ciuitat' ecclesie nisi clā
gat tubam euangelice ꝑdicationis.ꝛ moneat popu
lum de ꝑiculo inimicoꝝ suoꝝ sp̄ualium quibus vn
diq̄ꝫ obsident sentitur traditoꝛ ibi ꝛ dignus moꝛte
eterna.dicente beato grego.ꝛ ponit in ca.dist.xliij.
sit rectoꝛ. Sacerdos templū ingrediens moꝛit si de
eo sonitus pꝛedicatiōis nō audiat.qꝛ iram cōtra se
occulti iudicis exigit si sine sonitu pꝛedicationis in
cedit.ꝛ sicut negligētia speculatoꝛis si pp̄lm de ini-
micis non moneat est cause perditionis populi.si-
cut teste beato greg.ꝛ ponit in ca.di.xliij.ephesijs.
Cum increpare delinquentes noluerit eos ꝓculdu
bio pastoꝛ tacendo occidit.ꝛ ideo inter oẽs homi
nes negligentes sacerdotes ꝛ sp̄aliter pastoꝛes eccle
sie grauissime punient dicente scriptura Sap.vj.
Iudicium durissimū fiet his q̄ pꝛesunt. Item q̄ꝫ
periculosus sit iste somnus pigricie pastoꝛibus ec-
clesie ostendit holkot in lectura libꝛi sapie lection e
xxxvj.vbi sic. Clericꝰ inquit viciosus simil' est argo
Vnde argus sicut refert ouidius.j.metha.ꝓpe finē
Fuit q̄dam pastoꝛ ꝛ habuit.c.oculos. ꝛ tñ non ha
buit nisi vnam vaccam nuꝑ transfoꝛmatā de virgi
ne ad custodiendū mercurius pastoꝛ capꝛarum ve
nit ad argū ꝛ fistulauit ita iocūde ꝛ suauiter ꝙ argꝰ
rogauit eū secū cū suis capꝛis si sibi placēt manere i
pascuis illis.mercuriꝰ ṽo annuit.qꝛ ꝓpter hoc ve
nit. Sederūt igitur simul.ꝛ mercurius de nouo in-
cepit fistulare.ita dulcit ꝙ aliq̄ oculi ipsius argi doꝛ
mire ceperunt alijs adhuc respicientibꝰ ad vaccam
Tandeꝫ ṽo mercurius tam ineffabiliter fistulauit.
ꝙ oēs.c.oculi argi doꝛmitauerūt.ꝛ statim surrexit
mercuriꝰ ꝛ caput cū oculis argi amputauit.ꝛ vac-
cam argi secū abduxit. Moꝛaliter clericus litteratꝰ
est quasi argus habens.c.oculos.i.c.cautelosas ꝯsi
deratiōes nocendi.ꝛ non habet nisi vnam vaccam
custodiendam.i.vnā bestialē ꝯscientiā. Ista em̄ fuit
virgo dummō retinuit innocentiaꝫ.ꝫ transfoꝛmata
est in vaccā ꝑ bestialē voluptatē. Vnde ysa.vij. Nu
triet hō vaccam. Item osee.iiij. Sicut vacca lasciui
ens declinauit israhel. Mercurius.i.mediꝰ currēs
dyabolus est q̄ circuit querens queꝫ deuoꝛet.j.Pe.
v. Iste fistulat ita suauiter ꝑ strepitū lasciuie mūdia
lis.ꝑ adulationes ꝛ ꝑ carnales voluptates ꝙ iste ar
gus obdoꝛmit ꝑ negligentiā vsq̄ꝫ ad moꝛtē in pecca
tis ꝛ tunc mercurius.i.dyabolus aufert sibi caput.
qꝛ sepat ab eo xp̄m qui est caput ecclesie.ꝛ miseraꝫ
vaccā.i.bestialem aiam ducit secum in infernū. Et
ideo ꝓuer.xix.di.Qui negligerit viam suam moꝛti
ficabit.hec ille. Ab isto igit ꝑiculoso somno hoꝛtat

ꝓpheta voluptuosos ꝑlatos expgisci. Johelis.j.d.
Expergiscimini ebrij ⁊ flete.⁊ vlulate omẽs q̄ bibi-
tis vinũ in dulcedine qm̃ perijt ab ore vestro. Sed
forte inq̄t linco.dicto.xv. Dicit aliquis.multi hoc
somno grauiter ⁊ ꝓfunde somniãt.nec facilit̃ va-
lent expgefieri nisi forte aliquibus penetrabilibus
violenter ⁊ aspe coꝝ sensus tangentib⁹ q̄ sunt ita vi
olenta ⁊ aspa que hoc somno sopitos pñt excitare
vel debent.Audi que solent a somno corporis exci-
tare ⁊ cognosce fortiora a somno aie excitatiua.sti
mulus ledens tactũ etiã ꝓfunde ꝯsopitos a somno
corporis excitat.nec posset ei stimulus vel paꝝ itra
carnẽ penetrare sine dormientis excitatiõe. multe
aũt punitiones penalitatũ ab extrisec⁹ venientium
non solũ cutem ꝫ etiaꝫ carnẽ nrãm penetrant.nec i
eius vnã periculam.ꝫ plerũqꝫ totã carnem.Nec si-
stunt solũ circa naturalia.sed multotiens vsqꝫ ad vi
talia ipm cor perforant.⁊ adhuc iacet inexpgefact⁹
qui stimulat̃.nam penalitates q̄s in hac vita mor-
tali seu morte vitali patimur stimuli sunt dñi q̄bus
pungit ꝯsopitos vt excitet eos vl' excitatos ne labã
tur in somnũ excitet.ipse em̃ ꝑcutit ⁊ sanet.sicut ait
legislator ⁊ ꝓpheta.Exclamatio etiaꝫ fortis solet so
pitos excitare ⁊ maxime si ꝑsone reuerẽde ⁊ tremẽ
de sit clamor Audi q̄ ⁊ quanti in auribus tuis forti
clamore ꝑsonant. Paulus clamat.r. Hora est iam
nos de somno surgere.⁊ ingeminat dicens Surge
qui dormis ⁊ exurge a mortuis.Sꝫ si iste excitator
parue auctis tibi videatur.audi ⁊ exaudi principẽ
apostoloꝝ ꝑsonantẽ.Sobrij estote ⁊ vigilate q̄a ad
uersarius vester dyabolus sicut leo rugiens circũit
querens quẽ deuoret.j.Pe.v.Q̄d etsi isti quasi mi-
nores tibi despecti sint.audi veteranos testamẽti ve
teris.audi Isaiã dicentẽ. Surge illuminare iheru-
salem.q̄r venit lumẽ tuũ.Isa.lx.Itẽ iheremias cla
mat.Consurge lauda in nocte in principio vigilia-
rum Johel quoqꝫ impudenter adhuc torpentes ve
lut stomachando obiurgat̃ di. Expgiscimini ebrij.
Q̄d si forte omnes hi videnẗ nõ satis ꝓpinqui ⁊ fa
miliares dño domus.vt ad illoꝝ voces surgere de-
beas.⁊ si forte indigneris eis velut minis aspe ac-
clamantib⁹.Audi ꝑanimphũ.i.custodem sponsi q̄
plenus oleo dilectiõis suauiter insusurret auri tue
di.Beatus q̄ vigilat ⁊ custodit vestimẽta sua ne nu
dus ambulet.Apoc.xvj.Q̄d si voces omniũ istoꝝ
vtpote seruoꝝ adhuc vilipendis.salẽ ipsius dñi re-
uerearis vocem suauiter ꝯmonentẽ. ⁊ caute i timo
rem incutientẽ.vigilate q̄r nescitis qua hora dñs vẽ
venturus sit.Math.xxv.Solet etiã magn⁹ fulgur
oculis infusus a somno excitare.nec iste modus ex
citandi inq̄t Linc.marie hic ꝯmorantib⁹ deest. lux
em̃ splẽdidissime ꝯuresatiõis hui⁹ ꝯgregatiõis ocu
los in longe positoꝝ ferit. Excitẽt nos igit̃ hec tria
scꝫ stimuli penalitatũ clamor tam validus. tantoꝝ
excitantiũ ⁊ rutilans fulgor palam tam sancte ꝯuer
santiũ.Q̄d si adhuc letali somno pressus torpescis
excitet te ⁊ vigilantem faciat timor furis .i. mortis
hora.qua hora nescis domũ.i.carnis habitaculum
suffossuri.⁊ timor ⁊ reuerentia dñi hora qua nõ pu
tas venturi.Excitet te premiũ q̄d dñs tibi cõferet si
inuenerit te vigilantẽ:audi premiũ.Amen dico vo
bis faciet illos discũbere ⁊ transiens ministrabit il

lis.Spũaliter fur est mors siue dyabolus q̄ mortis
aculeo domũ anime.i.corpus suffodit si vigilãs fu
eris suffossa domo tibi habitatori nocere non pote
rit.Quis militans in castris obsessus ab hostis vi-
gilantissimis dolosissimis astutissimis audet vl' ad
horam stertere.Nonne vita nostra militia est super
terram.nonne cuꝫ filijs israel in heremo in castris
sumus.nõne ab hostib⁹ obsessi sum⁹.hostis noster
demon est cũ angelis suis.cuius fortitudini nõ est
fortitudo super terram que possit cõpari.qui atrox
sicut leo rugiens circũit querens quẽ deuoret de q̄
dĩ q̄ serpẽs erat callidior cunctis animantib⁹ terre
Et de quo dicit paulus.Nõ ignoram⁹ astucias ei
us.hi sunt principes demetrij q̄ ꝯstituerunt supue
nire nocte sup Jonatham.cũ aũt occiderit sol ꝑce-
pit ionathas suis vigilare ⁊ esse in armis ꝑatos ad
pugnam tota nocte.Et seq̄tur.si hec a somno te nõ
excitent.s.stimulus clamor fulgor timor furis ⁊ do
mini.⁊ hostiũ obsidentiũ somnus tuus inexcitabil'
est.ac per hoc nec iaꝫ somno premeris.ꝫ poti⁹ mor
te.cum dicat phus q̄ ois somn⁹ excitabilis est. vis
noscere an somno premeris.dormientes non perci-
piunt transitũ tpis.Si tu itaqꝫ transitũ tpis non ꝑ-
cipis aut dormis.aut litargiam vel aliquã talẽ egri
tudinem pateris.quid est em̃ transitum tpis non ꝑ
cipere nisi finis appropinquationem nõ ꝯsiderare.
hec Lin.Item si q̄s iaceret extra omnẽ domũ sup
quẽ plueret ⁊ tonaret fortissime.insup si q̄s sup euꝫ
clamaret ꝯtinue.nec tñ excitaret̃ signum esset q̄ eẽt
mortuus.vl' in proxima dispositiõe ad mortẽ. Spi
ritualiter loquendo peccatores in mortalib⁹ pecca
tis dormiẽtes sunt extra domũ militantis ecclesie.
q̄r non sunt ꝑticipes eoꝝ q̄ sunt in ecclesia dei q̄diu
sunt in peccatis mortalib⁹.sed dñs multotiẽs pluit
super tales diuersas infirmitates emissiones bono
rũ tpalium guerras ⁊ pestilentias Vñ nũc vt videt̃
venit tps de quo ꝑdixit xps Lu.xxj.Exurget gens
ꝯtra gentem ⁊ regnum aduersus regnũ.⁊ erunt pe
stilentie ⁊ fames terroresqꝫ de celo et signa magna
erũt.ꝑdicatores etiã frequẽter clamãt sup eos.⁊ tñ
adhuc non surgũt de peccatis.q̄re apparet q̄ mor-
tui sunt spiritualiter ⁊ in via transeundi ad mortem
eternã.iuxta illõ Anastasij. Qui bona egerũt ibũt
in vitã eternã.q̄ vo mala in ignem eternum.

Capitulum XI

Ecũdo ad predictam

S secundaꝫ speciẽ accidie.s.torporẽ circa dei
precepta põt reduci ociositas. Et est
ociositas viciũ q̄d caret rõe iuste necessitatis aut in
tentione vtilitatis. vnde cris. super illud math.xx.
Quid hic statis tota die ociosi. Videam⁹ inquit q̄
sunt ociosi.nõ peccatores.illi em̃ mortui sunt non
ociosi.sicut em̃ surdus apud deũ dĩ qui nõ audit q̄
dei sunt ꝫ q̄ dyaboli sũt.⁊ sicut cecus dĩ qui nõ cor
poralit̃ cecus est.ꝫ ꝑ cuius oculos dyabolus vidit
et non deus.sic q̄ dyabolo viuit mortuus est apud
deum.Quis igit̃ ociosus est.qui opus dei nõ ope-
ratur.alienas res tollis.non ociosus es sed mortu-
us.si aũt aliena non tollis. tñ de tuis impotentib⁹
non das tunc ociosus es.nam quia aliena non tol-
lis non peccas.tñ nec iusticiam nec misericordiam

uire partim timore pene.⁊ partim timore iusticie.
ꝑ quem ⁊ timemus puniri ⁊ timemus offendere.
iste timor est in incohoata charitate.⁊ non in ꝑfecta
charitate. ⁊ quantū crescit charitas. tātū decrescit
timor iste q̄3tum ad metū pene.i. quantū ꝙ facit ti
mere penam ⁊ q̄3tum ad tormentū cōsciētie. Nā
quanto magis diligimus tanto minus timemus.
Iste timor notat̄ in illis verbis August. qui nō ne
gat timorem esse in charitate inchoata.ſ3 in ꝑfecta
charitate.qđ non posset dici de timore seruili.q2 vt
ipe supra dixit seruilis timor nō remanet veniente
charitate. nec intrat charitas nisi prius timor ille
exeat.nec in illo timore aliquis credit in deum.⁊ si
credat deo nec bñ facit.etiā ⁊ si bonū ē qđ facit.nō
est igit̄ ille timor in charitate inchoata.q2 omnis q̄
charitatē habet licet non ꝑfectā.⁊ in deū credit bñ
bona facit quare seruilis nō ē timor ille quē in cha
ritate inchoata Augustinꝰ fore cōcessit.⁊ queȝ cre
scente charitate decrescere dixit. ſ3 ille timor initia
lis est quē nō negat esse in charitate nisi ꝑfecta sit
hec ille. Et sequit̄ ibidem.xiiij.ca. Sciendū tamē
est ꝙ vterq3 timor.s. seruilis ⁊ initialis in diuersis
locis scripture dicūtur initiū sapie.⁊ ita forte ꝯpe-
ries si diligēter annotaueris loca in q̄bus de timo
re domini fit mentio. Et ex alia tñ rōne ⁊ causa di-
uersa dr̄ timor seruilis initiū sapie.⁊ ex alia rōne ti-
mor initialis. seruilis eñ timor ideo dr̄ initiū sapi
entie.q2 p̄parat locū sapie.⁊ ducit ad sapiam. ſ3 tñ
nō remanet cū ea.immo foras exit ea adueniente.
Initialis vo timor dr̄ initiū sapie.q2 ē in inchoata
sapia.quē timorē cuȝ quis hr̄e incipit sapiētiam ⁊
charitatē etiā habere incipit. Inde etiam ē ꝙ vter-
q3 timor dr̄ initialis.qđ inuenire poteris per diuer
sa scripture loca.vterq3 etiaȝ interdū dr̄ seruilis. q2
ipse timor initialis q̄ ē in charitate inchoata aliq̄d
habet de seruili.s.angorē pene. sicut ⁊ aliq̄d h3 de
casto.s.ꝙ timet offendere ac separi.hec Petrus lū
bardus. ¶ Sextus timor principalis ē timor
filialis siue castus.q̄ ē timor q̄ q̄s timet bonū ꝟtu-
tis ꝑdere.ac malū culpe incurrere ꝓpter amorem
dei pure. Et dicitur timor iste timor filialis quia si
cut bonꝰ filiꝰ timet offensam p̄ris sui carnalis etiā
si pater eius nō intendit eū ꝑcutere vel nocere. sic
qui habet timorem dei filialem adinstar boni filij
timet ⁊ cauet offensam patris celestis.etiaȝ ⁊ si ex
offensa illa nihil mali deberet sibi accidere. de isto
eñ timore dr̄ in ps. Timor domini sanctus ꝑma-
nens in seculū seculi. Timor iste etiā timor castus
vocat̄. q2 sicut illa castissima virgo maria mat̄ xp̄i
decor ⁊ flos est omniū aliaꝝ virginū.sic timor iste
castus decor ē ⁊ flos omniū alioꝝ timoꝝ.⁊ sic vir-
go pudica ⁊ casta timet ⁊ verecūdatur de turpi li-
bidinoso. sic timor iste timet ⁊ verecūdat̄ de omni
opere inhonesto. ⁊ sine hoc timore verecūdo ⁊ ca-
sto nihil rectū esse potest in homine.vel honestum
vt dicit Tullius. Unde ⁊ de isto timore filiali bea-
tus Aug.prima parte sermonū.sermōe.ccxx.ostē
dens simul ibidem ⁊ insufficientiā timoris serui-
lis ⁊ ipius differentiam ad timorē filialē ⁊ castum
sic scribit. Audeo inquit dicere ꝙ si timore gehen-
ne declinas a malo. ē in te q̄deȝ fides. quia credis
futurū dei iudicium.⁊ gaudio fidei tue.ſ3 adhuc ti
meo malicie tue. Quid est inquit quod dixi.timo
re gehenne declinas a malo.nisi ꝙ nō amore iusti
cie facis bonū. Aliud ē inquit timere penā.⁊ aliud
amare deuȝ. Uis inquit scire an timeas.⁊ si ames
deū ꝓpter se. an ꝓpter res alias. esto ꝙ dicat tibi
deus.fac qđ vis.imple cupiditates tuas.dilata lu-
xuriam tuā.extende neq̄ciam.⁊ quicq̄d tibi libue
rit illicitū.nec ꝓpter ista te puniam.nec ꝓpter ista
mittam te in gehennā. nūq̄3 tamē videbis faciem
meā. Sed ad hanc sententiā timuisti.⁊ a malis oi-
bus declinasti.tūc amasti.si ad hoc quod dicit tibi
deus.nō videbis faciē meam contremuit cor tuū.
⁊ nō videndo deū tuū magnā penā putasti.tūc re-
cte timuisti ⁊ tūc gratis amasti.hec Aug. Et in isto
timore electoꝝ vita fundat̄ ⁊ dirigit̄. Vñ prouerb.
xiiij. Timor domini fons vite vt declinet a ruina
mortis. Item Ecci.xxvij.ca. Si non in timore dñi
tenueris te instanter cito subuertet̄ domus tua.q̄-
si diceret. Uita q̄ non fundatur in timore dñi cito
corruet in peccatū. Vnđ btūs Bern̄.in quodā ser
mone sup cantica. Hoc inquit in veritate didici ni
hil esse efficacius ad dei gratiā ꝓmerendā retinen
dam recuꝑandamq3.q̄3 si inueniat̄ homo omi tem
pore alta non sapere.ſ3 timere. Beatus inq̄ā es si
cor tuuȝ tripliciter timore repleueris.vt timeas q̄-
dem ꝓ accepta grā.ampliꝰ ꝓ amissa.ſ3 ⁊ lōge am-
plius ꝓ recuꝑanda.cū eñ adest grā time ne indi-
gne oꝑeris in ea.si aūt abscesserit tūc multo magis
timendū ē q2 vbi tibi deficit grā deficis ⁊ tu. Sed
tūc q̄dē subtracta grā tanq̄3 mox casurus time: q2
dereliquit te custodia tua.ꝙ si grā ꝓpiciata redie-
rit multo ampliꝰ tūc timendum ē.ne forte contin-
gat tūc pati recidiuū. ⁊ iō merito dr̄ ꝓuer. xxviij.
Beatus hō q̄ semꝑ ē pauidus.i.cui donatū ē sꝑ ti-
morē dei añ oculos habere.nam timere deū timo-
re filiali ē.nulla q̄ faciēda sunt bona pretermitere.
Vñ Eccs.vij. Qui timet deū nihil negligit. Item
Fabianꝰ ⁊ ponit̄ in ca.xj.q.iij.q̄ oipotenteȝ. Qui
omipotentē inq̄t deū metuit.nec cōtra euāgelium
nec ꝯtra ap̄los nec ꝯ ꝓphetas.vel sanctoꝝ patrum
instituta agere aliq̄d vllo mō agit.nā vt dr̄ Ecci.x.
Timenti deū nō occurrēt mala. ſ3 in temptatione

deus illum conseruabit. ⁊ liberabit eū a malo. Quõ
si forte ꝓpter duriciā cordis deū timere nō potes.
Attende q̇d dicat Hugo in. iij. lib. suo de aīa. Si
amor dei inquit te tenere non pōt. saltem terreat ⁊
te teneat timor finalis iudicij. metus gehenne. la-
quei mortis. dolores inferni. ignis vrens. vermis
corrodens. ⁊ sulphur fetens. flamma tartarea. ⁊
alia ibi mala. ⁊ horū timor seruilis plurima ma-
la. s. peccata tollit ⁊ mediat. ⁊ timorē filialē ⁊ castū
finalit̃ introducat. introductūq; enutriat. ⁊ nutri-
tum stabilitat. ⁊ cōseruat. hec ille. Item Augu. sup
ps. xliij. postq̄ pmiserit noli timere potētiā ſ; ama
iusticiā. statim subiūgit. si nondū potes amare iu
sticiam time penaȝ. vt sic timore pene ꝑuenias ad
amandū iusticiā. timor em̄ pene introducit ad ti-
morē filialē ⁊ castū. hec Aug. Studeamus ergo et
discam⁹ talem habere timoreȝ q̇ secū nobis pariat
salutem. ac sit efficax salutis initiū. ⁊ a sanctis pr̄i-
bus timendi sumam⁹ exemplū. vt dū ipas celi co
lūnas studiose timuisse ꝑpendim⁹ ad ꝓprias con-
uersi miserias a timore filiali deficere sollicite for-
midemus. Timebat aūt apl's paulus etiā postq̄
vocatus fuerat. a beata dei visione finaliter separi
sicut bn̄ docet bea. Grego. ij. moral'. vbi sic scribit.
Video inquit paulū de ipa ꝑsecutōnis seuicia ad
grām apl'atus vocatuȝ q̇ tamē inter occulta dei iu
dicia sibi formidat. vt etiā postq̄ vocatus ē finalit̃
reprobari se timeat. Et certe iā de illa voce domi-
nica dictū fuerat vas electōnis mihi ē iste. q̇ tamē
castigās corpus suū ⁊ in seruitutē redigēs sollici-
te metuit ne finaliter reprobet̃. Et subdit idē greg.
Ve igit̃ nobis miseris q̇ de nostra electione nullā
adhuc dei vocem audiuim⁹. ⁊ tn̄ in ocio q̄si securi
tate torpem⁹. debet ꝓfecto nō solū in spe esse secu-
ritas. ſ; etiā in cōuersatōe timor vt illa certantes fo
ueat. iste torpentes pungat. sicut recte ꝑ ꝓpham di
citur. Qui timent deum sperant in eo. ac si apte di
ceret. de spe incassum p̄sumit q̇ timorē dn̄i in suis
operibus renuuit. hec Greg. Item Grego. xxiiij
moral'. Quis inq̇t nr̄m vitā p̄cedentiū patrum va
leat supare vel illis eq̄pari. ⁊ tn̄ ꝓpha dicit. Non in
tres in iudiciū cū seruo tuo dn̄e ⁊c̄. paulus q̇q; cū
diceret. Nihil mihi cōscius sum caute subiūgit. ſ;
nō in hoc iustificatus sum. Et beat⁹ Iohes dicit
Si dixerim⁹ qm̄ peccata nō habem⁹ nosmetipsos
seducim⁹ ⁊c̄. Et addit Greg. ibidē. Quid ergo faci
ent tabule si taliter tremūt colūne. aut quō muta-
bilia stabūt deserti virgulta. si tanto pauoris turbi
ne cōtrahūtur cedri ꝑadisi. q. d. multū timenduȝ ē
nobis fragilibus ⁊ incautis ⁊ adhuc sub falsa spe
venie p̄sumptuose torpentib⁹. ex q̇ tam sancti qui
fortes ⁊ electi pr̄es fuerūt de sue vite ꝑiculo tā sol-
licite timuerunt. p̄sertim cū dicat spūssctūs Eccs.
ix. Sunt iusti atq; sapiētes ⁊ opa eoꝝ i manu dei
sunt. et nemo scit an dignus sit odio vel amore. ſ;
oia seruāt̃ in futuꝝ incerta. Sup q̇ postil. ⁊ ponit̃
in floꝝ. Barth. tit. de timore. Iō inq̇t non solū ma
la q̄ ꝯmisim⁹ ſ; etiā ipa siq̄ in nobis bn̄ gesta sunt
timeam⁹. q; sepe in eius iudicio culpa esse dep̄hē
ditur. qō virtus in te iudiciū putat̃. ⁊ vn̄ expectat̃
merces operis. inde suppliciū iuste cōsequitur vl-
tionis. ⁊ nūq̄ opus nostrū causa damnatōnis ē. ⁊

tamen ꝓuectus putatūr esse virtūtis. ⁊ sepe vnde
placari iudex creditur inde ad irascendū placid⁹
instigatur. Salomone attestante qui ait. Est via q̄
videtur homini recta. ſ; nouissima eius ducunt ad
mortem. Vn̄ sancti viri cū mala supant sua etiam
bene gesta formidant. ne cū bona agere appetunt
de actionis ymagine fallant̃. Sciunt em̄ q; adhuc
pondere peccatoꝝ grauati diiudicare bona subti-
liter nesciūt. ⁊ cū ante oculos extremi examinis re
gulam deducūt. hec ipa in se nonnūq̄ etiam q̄ ap
probant metuūt. ⁊ tota q̇dem mēte eterna deside-
rant. ſ; tn̄ in certitudine opeꝝ trepidi. quo gradiun
tur ignorant. Et iõ electi ab eo in quo sibi placēt
oculos mentis auertūt. ⁊ nō de fortitudine sua le-
ticiam ſ; timorē ⁊ tristiciā de defectu suo req̇runt.
hec ibi. Sed ꝓ finali cōplemento istius materie ē
notandū. ꝙ s̄m Parif̃. cū timor sit fuga mali. ma
lum diuidit̃ in malū pene. ⁊ i malū culpe. Timor
em̄ filialis fugit malū culpe. s. dei offensam. timor
v̓o naturalis naturaliter fugit maluȝ pene. Fuga
v̓o mali pene volūtaria ꝑtinet ad alias q̄tuor spe-
cies timoris. Malū pene diuidit̃ in penam sensus
⁊ in penā damni. ⁊ vtraq; pena diuidit̃ in penā tē-
poralē. ⁊ in penā eternā. Fuga pene sensus t̄palis
ꝑtinet ad timorē humanū. Fuga v̓o pene sensus
eterne ꝑtinet ad timoreȝ seruilē. Fuga pene dān̄i
temporalis pertinet ad timorem mūdanuȝ. Fuga
v̓o pene damni pertinet ad timorem initialeȝ. hec
Parisieñ. in de virtutibus. parte quarta. tractatu
de donis spūssancti.

Capitulū XIX

Quarta species acci-

die ē malicia. Et est malicia ꝓut ad acci
diam ꝑtinet. viciū q̇ quis ꝓpter appeti-
tū q̇etis inordinate refugit ⁊ detestat̃ bona diuina
ducentia ad finē beatificū. cuiusmodi sunt specia-
liter diuina p̄cepta ⁊ consilia. De p̄ceptis diuinis
dictū ē cōpendiose supra ꝑte. iiij. cap̄. ij. vbi agit̃ de
quinto motiuo cōferente ad detestationē auaricie
post mediū ⁊ de diuinis cōsilijs. vt dictū est supra
ꝑte. iiij. ca. xlij. xliij. ⁊. xliiij. de hominibus v̓o ma-
lis specie accidie irretitis. Crisosto. omel'. xix. ope.
imꝑ. sic scribit. Quemadmodū inquit spina ⁊ tri-
bulus ex q̄cūq; ꝑte illa cōspexeris hn̄t aculeos. sic
⁊ mali serui diaboli ex quacunq; ꝑte consideraue-
ris iniq̇tatibus pleni sunt. si loq̇tur in dolo loqui-
tur. si tacet male cogitat. si irascit̃ insanit. si patien
ter agit t̄ps expectat ⁊ oportunitatē nocēdi. si ma-
le agit nō erubescit. si bn̄ facit ad vanā gloriā ꝓpter
homines facit. quō ꝓferat fructū bonum cuius ra
dix diabolus est. Sub arbore bona bestie ⁊ aīalia
requiescūt. sub spinis aūt nullū animal requiesce-
re pōt nisi serpentes. sic iuxta fidelem hoiem boni
⁊ mali pacem cape possunt. iuxta v̓o infideles ho
mines nemo pōt pacē habere. nec req̇escent in eis
nisi tantummō serpentes. i. demōes q̇ hn̄t cubilia
in pectoribus eoꝝ. hec ille. Item idem omel'. xliij.
Malū inquit pessimū p̄ oibus malis ē malus hō
nā si bestie volueris compare malū hoiem peiorē
eū inuenies. nam bestia q̄uis crudelis sit ⁊ irrōna
lis. facile tn̄ declinabit̃ sup homie crudelitas eius

hominis aūt crudelis ⁊ rōnalis non sic facile eua-
deꝛ crudelitas. si cōparaueris hoiem malū serpēti peiorē eū inuenies ꝙ serpentē. serpens aūt maliciam habens timorē hominis habet. et in absconso si potuerit mordet. si aūt nō potuerit fugit. hō aūt maliciā habens serpentis timorem nō habet sicut serpens. latet sicut serpens cū ꝓposito crudeliori. cū tempus inuenerit irruit sicut bestia. adhuc aūt bestia irritata seuit nō aūt irritata in silentio trāsit homo crudelis ⁊ si nō irriteꝛ insanit. ⁊ frequenter in illos insanit a q̄bus non fuit irritatus. Et breuiter vnaqueqꝫ bestia vnū habet ꝓpriū malum. homo aūt in se malus oīa habet in se mala. ⁊ sic peior ē diabolo. hec ille. Item idem omel. xxiiij. Deniqꝫ inquit homo mal⁹ peior ē ꝙ ipse diabol⁹. Diabolus eñ si videat hoiem iustum timet ad eū accedere. homo aūt malus ꝙuis hoiem sanctū viderit nō solum nō illū timet. ſ adhuc magis illū cōtemnit ⁊ abbominaꝛ. vñ Prouerb. xxix. Abbominanꝛ impij eos q̄ in via recta sunt. Item Prouer. xiij. Detestanꝛ stulti eos q̄ fugiūt mala. Et iō merito bea. Berñ. vij. flor. ca. lxix. Malicia inquit q̄d est nisi sapor mali. beata mens quā sibi totā vēdicat sapor boni ⁊ odiū mali. hoc ē sapiētie victoriā feliciter experiri. nam sapientia vincere maliciam cōprobatur cū excluso sapore mali q̄ non aliud ꝙ ipa malicia est. boni q̄dem intimus sapor mentis intimare tota suauitate sentitur. hec Berñ.

Capitulum XX

Quinta species accidie

q est rancor. put ad accidiā ptinet inueterata indignatio q̄ accidiosus ꝓpter appetitū q̄etis inordinate fugit ⁊ detestaꝛ eos q̄ eū inducerent in cognitōem ⁊ obseruantiā mādatorum ⁊ cōsiliorum diuinorum. q̄ sunt media ducētia ad finē beatificū. de illis eñ q̄ hac specie accidie inuiscāꝛ. Isiđ. in de sum. bo. li. iij. ca. xxij. sic scribit. Est inq̄t q̄rūdam excusatio puersorum. q̄ dū suis facinoribus arguūtur v̄ba iustorum renūciatione falsa detrahūt. ⁊ ad sui sceleris solatiū ꝓ cēsura declināda abijciūt seruātes se diuino iudicio q̄ puniēdi sunt duri⁹ dū tpaliꝛ contēnūt se iudicari. ab hominibus iniq̄s v̄o molesta ē veritas ⁊ amara disciplina iusticie. nec delectanꝛ nisi placētia ꝓprie imbecillitatis. iniusticie fecūdi ⁊ steriles veritati ceci ad ↄtuendā lucē. ⁊ oculati ad tenebrarum aspiciendū horrorē. hec ille vñ Aug. in de ver. do. ser. lxxviij. Impia inq̄t mēs odit etiā ipm intellectū. ⁊ hō aliq̄ñ nimiū mente puersa timet intelligere. ne cogaꝛ q̄ intellexit facē. De talib⁹ dicit ps. Noluit intelligē vt bñ ageret.

Capitulū XXI

Sexta species accidie

s ē euagatio mentis circa illicita. ⁊ est hec mētis euagatio curiosus animi aspect⁹ circa mundi vanitates sensibus exterioribus delectabiles q̄ ex accidia ⁊ negligētia generaꝛ. nā ſm scm̄ tho. in de veri. theol. li. iij. c. xviij. q̄ñ hō p accidiā ⁊ negligentiā absorptus ē tristicia nō habēs in se in quo delecteтur eius mens euagaꝛ ad sensibilia exteriora q̄rens in eis curiose vñ delecteꝛ. vnđ Berñ. vj. flor. ca. xvij. Negligentia inquit curiositatem generat. dū eñ per negligentiā terra cordis inculta spinas ⁊ tribulos germinat q̄ in seipa non inuenit requiē foras cogiꝛ euagari q̄rendo quā intus nō habet quietē. sic curiositas a corde exit. cōtra quā dimicat ⁊ confligit pietas. pietas eñ cult⁹ dei ⁊ in corde colitur q̄ in corde cognosciꝛ habitare. curiositas si nō vinciꝛ generat expientiā mali. quia dū animus euagaꝛ p multa curiosus facile inuenit vbi noxiam expiatur delectatōem. Hāc impugnat scientia docēs quid tutū expiri sit ⁊ q̄d nō. si v̄o p̄ualuerit expientia generat concupiam vt iā transeat in effectū cordis. nam spectacula vana rogo quid corpi p̄stant. q̄due aīe conferre videntur. nam nihil in hoie boni q̄ curiositas ↄferre possit aut ↄsit inuenies. friuola plane ⁊ ꝓrsus inanis ac nugatoria cōsolatio. ⁊ nescio q̄d durius imp̄cabiꝛ ꝙ vt semp habeat animus q̄ req̄rit. q̄ iocūde quiete fugitans contēplatōem curiosa inq̄etudine delectatur effusus siquidē animus. damna interiora nō sentit. quia nec intus ē. ſ in ventre forsitan. i. in ventris ingluuie. vel sub ventre. i. in membrorum genitaliū delectatione. deniqꝫ ⁊ anim⁹ quorundā in pannis ⁊ quorūdā in loculis inueniꝛ. q̄d mirum si anima minime ꝓpriā sentiat lesionē q̄ suipius oblita ⁊ penitus absens sibi in longinquā ꝓfecta est regionē. sed erit autē in seipa cū reuersa cognoscet ꝙ crudeliter eius miserie venationis obtentu serauit semetipam. erit autē hic reditus sine dubio vel saltem post mortē cū vniuersa q̄bus ad euagandū foras inutiliꝛ sese occupandū in eā q̄ p̄terijt hui⁹ mūdi figurā egredi cōsueuerat. ostia corpis clausa erūt vt necessario maneāt in seipa. cui null⁹ iā pateat exitus a seipa. q̄sq̄s eñ añ obitū carnis non redierit in seipm. vt in seipo maneat necesse ē ineternū ſ in quali seipso qualem siquidē sese fecerit in hac vita. talem inueniet seipm exiens ab hac vita. hec berñ. Unde ⁊ idem in suis meditatōnibus. c. ij. Dum inq̄t homo iocūdissime moratur in mundo. deniqꝫ se victurū arbitraꝛ. ac multa ⁊ longa tpa disponit agēda. subito rapitur i mortē ⁊ ex improuiso auferꝛ a corpore. Uerū tamē cū magno metu magnisqꝫ doloribus aīa sepabitur a corpore. venient angeli vt assumant illam et pducāt eū añ tribunal iudicis metuendi. ⁊ tunc illa memorās sua opa mala ⁊ pessima q̄ die noctuqꝫ gessit contremiscet ⁊ q̄rit illic fugere. induciasqꝫ petere dicēs. Date mihi vnius diei vel hore vnius spaciū. sed tunc quasi loquentia simul eius opa dicant. tu nos egisti. opa tua sumus non te deseremus. sed tecū semper erimus tecūqꝫ pergemus ad iudiciū. vicia q̄qꝫ multis ⁊ multiplicibus crimibus eam accusabūt. multaqꝫ falsa testimonia aduersus illā inuenient. ꝙnis vera ad ei⁹ damnatōem satis p̄nt sufficere. Demones v̄o terribili vultu ⁊ horribili aspectu eā terrebūt. ⁊ ingenti furore eā pseq̄nꝛ ⁊ cōprehendēt tā terribiliꝛ ꝙ horribiliꝛ volētes eā retinere. ⁊ nisi sit q̄ eripiat eternaliter possidere ⁊ tūc anima intuēs corpus suū ⁊ inueniens oculos os ⁊ alia sensuum organa clausa per que solebat igredi ⁊ egredi ⁊ delectari in his exterioribus sensib⁹. reuertitur ad se videns se solam et nudam ingenti horrore cōcussa

desperatione deficiet in se ⁊ cadet sub se. ⁊ qꝛ amore mūdi ⁊ carnis voluptate dei amorem dereliquerat derelinquetur a deo misera anima in hora tāte necessitatis, atqꝫ demonibus tradet̄ in inferno eternaliter crucianda. Hec Bern̄. Caueat ergo homo ne euagetur mens eius circa illicita maculāda seipam curiose ⁊ delectabitur intuēdo sensitiua, sed maneat in seipa immaculata. vt veram sapientiaꝫ in speciebus sensibilium ad portas anime venientem honorifice suscipere mereatur. nam vt dicitur Sap̄. vij. In animas sanctas se transfert sapiētia. sicut dicit̄ Sap̄. j. In maliuolā animā non introibit sapientia. nec habitabit in corde subdito peccatis. Sed pro isto est notandum ꝙ sicut elici pōt ex pulcro ⁊ subtili cōceptu quem ponit Linco. dicto. ij. Species reꝝ sensibiliū venientes ad portas anime. s. ad quinqꝫ sensus sunt quasi quidam currus sapientie. cui ipsa velut honestissima domina insidens cupit ingredi ꝑ illas portas animi domicilium. si autem in huiusdomine obuiam occurrat ad dictas portas honesta familia virtutū eā hylariter suscipiens ⁊ cum gaudio introducens. ipsa sic suscepta sponte ingreditur. vt in anime domicilio hospitetur. ⁊ eam ab omī via mala ⁊ noxia custodiat. vn̄ ꝓuer. ij. Si intrauerit sapientia cor tuū ⁊ scientia anime tue placuerit cōsiliū custodiet te. ⁊ prudētia seruabit te. vt eruaris a via mala. ⁊ ab homine q̄ peruersa loquit̄. ꝫ si hec domina sapientia ad p̄dictas portas inuenerit vilem ⁊ horridam familiā vicioꝝ. statim hāc familiam abhorrescens ne vel parūper moretur ꝑ gratiā ibidē residēdo effugiet. relinquēsqꝫ currū immūdis spiritibus q̄ ex ꝑmissione diuina in penaꝫ peccati auide predictuꝫ currū insiliūt. ⁊ per predictas portas anime in currū iam dictū anime subintrant domiciliū. ⁊ aiam inq̄ntū sufficiūt ad euagandū circa illicita alliciūt ⁊ in errorē ⁊ miserabilimā seruitutem multotiens introducūt. Vn̄ Augus. in li. de natura demonū. ⁊ ponit̄ in ca. xxvj. q. iiij. sciendū Non solū inq̄t multa futura p̄dicant demones vnde etiam multa faciūt. q̄ q̄m homies dicere aut facere nō pn̄t. eos dignos q̄dam quibus seruiāt. ⁊ q̄bus diuinos honores deferant arbitrāter. instigāte maxime vicio curiositatis ꝓpter amorē felicitatis false atqꝫ terrene ⁊ excellētie tpalis. ꝫ Aug. B Et ex supradictis pꝫ. ꝙ nedū predicta mentis euagatio cōsistit in curiosis aspectibus delectabiliū ꝫm sensum visus. ꝫ etiam alioꝝ sensuū exterioꝝ ⁊ precipue ꝫm sensuꝫ auditus. puta in curioso auditu ⁊ inuestigatōe rumoꝝ ⁊ alienoꝝ sermonū ⁊ opeꝝ. Qd̄ ꝓhibet Isi. in lib. soliloquioꝝ. ca. lxj. di. Quod ad te non pertinet noli querere. quod inter se loquūtur homies nunq̄ scire desideres. noli querere qd̄ vnusq̄sqꝫ dicat vel faciat. euita curiositatē. omitte curam q̄ ad tuam causam nō pertinet. nulla curiositas animā tuam capiat. nulla cōcupia detestāde curiositatis te surripiat. ne oblitus tuoꝝ moꝝ alienos perquiras tanta cura corrige vicia tua quanto studio ꝓspicis aliena. hec ille. Item idem. ca. lxv. eiusdem. curiositas inq̄t ꝑiculosa p̄sumptōne. qꝛ inertem. i. insipientē ꝓuocat in fabulas sacrilegam mentem precipitat in causis obscuris. ⁊ reddit audaces i rebus ignaris. disputatione aūtem tolle certamē tolle ꝑtinacem vincendi defensionē. cede cito defensioni. nō cōtradicas iusticie. non cōtendas euacuare qd̄ rectum est. disputare stude non supare. iure nō fraude cōtēdere. in omī disputatōne tene rectū plus dilige audire q̄ꝫ dicere. plus auscultare q̄ꝫ loqui. In principio audi. loquere nouissimus. finis plus habet honorem in omī re. finis plus attenditur ⁊ extrema querūtur. hec ille. Necesse ē em̄ ⁊ vtile vt seruus xp̄i linguā suā sciat ⁊ studeat refrenare. ⁊ anteq̄ꝫ loquatur. ita ad semetip̄m recurrere ⁊ paululū deliberare vtrum bonum sit vel malum. qd̄ loqui desiderat. ⁊ an possit seip̄m vel ꝓximum edificare. ⁊ sic demū taceat vel loquat̄. ꝫm ꝙ ei videbit̄ expedire. nam vt d̄r ꝓuer. xxj. Qui custodit os suū ⁊ linguaꝫ suam custodit ab angustijs aiam suā. ꝫ sicut d̄r ꝓuer. xiij. Qui incōsideratus est ad loquendū sentiet mala. Et ideo merito dicit aplus Iaco. j. Sit aūt ois homo velox ad audiendū. tardus aūt ad loquēdū. Item Ephe. iiij. omnis ꝫmo malus ex ore vestro nō ꝓcedat. ꝫ si q̄s bonus ē ad edificationē fidei vt det grām audientibus. Nā vt dicit Hugo in. iij. li. suo de anima. vanus sermo vane conscientie testis ē. mores vtiqꝫ hois lingua pā dit. ⁊ qualis sermo ostēditur talis animus cōprobatur. Scriptū ē em̄. Ex abūdantia cordis os loq̄tur. ⁊ sermo vanus nō erit absqꝫ iudicio. vn̄ math. xij. Omne verbū qd̄ lo. fue. hō ⁊c̄. Sup quo hiero. Ociosum inquit verbū ē qd̄ sine vtilitate loq̄ntis ⁊ audientis d̄r. Sed qui de rebus friuolis loquit̄ ⁊ fabulas ātiquas narrat. ceteraqꝫ scurrilia replicat ⁊ cachinnis ora dissoluit. ⁊ aliq̄d turpitudinis profert. hic non ociosis verbis ꝫ curiosis tenebit̄ reꝰ. hec Hieron̄. Sed hic ē notandū ꝙ specialiter q̄tuor mouerent hominem a stultiloq̄js friuolis. ⁊ ab omnibus ociosis verbis linguam suam refrenare

Primū est vtilitas q̄ prouenit ex discreto silētio Unde ex discreto silentio q̄nqꝫ bona specialiter ꝓueniūt. Primū est ꝙ hominem sp̄ūaliter fortificat. Unde Isa. xxx. In silentio ⁊ spe erit fortitudo nostra. Secūdum est ꝙ reddit hominem pacificū. Vnde Prouerb. xxvj. Qui imponit stulto silētiū iras mitigat. Terciū est ꝙ reddit stultum reputatiue sapientem. Unde prouerb. xvij. Stultus si tacuerit sapiēs reputabit̄. Quartū ē ꝙ hominem ꝑfectum ⁊ beatū ostendit. Vnde Iaco. iij. Si q̄s in verbo non offendit ille perfectus est vir. Itē Ecci. xiiij. Beatus est vir qui non ē lapsus in verbo ex ore suo. Quintū est ꝙ ducit ad vitam eternā. Vn̄ p̄s. xxxiij. Quis ē homo q̄ vult vitam ⁊ diligit dies videre bonos prohibe linguam tuam a malo ⁊ labia tua ne loquantur dolū. Secūdo moueret hominē linguā suam refrenare ⁊c̄. qꝛ sine custodia lingue nō poterit hō iustificari. vn̄ Iob. xj. Nūq̄d vir verbosus iustificabitur. quasi diceret nō. Item Iaco. j. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguā suam ꝫ seducens cor suū. huius vana religio est. Tercio moueret hominē linguā suaꝫ refrenare cōsideratio future examinatōnis. Unde Math. xij. De omni verbo ocioso qd̄ locuti fuerit homies reddent rōnem in die iudicij. Quarto mouerent hominē refrenare linguam suam. me-

la q̄ ex loquacitate oriuntur. Quorum pmū est q̄ fa
cit hominē ruine approximare. vn̄ Prouerbi.xij.
Propter peccata labiorum ruina pximat malo. Se
cundū ē q̄ animā ledit et maculat. Unde Eccl.xx.
Qui multis vtit verbis odit animā suam. Itē p
uerb.x. In multiloquio non deerit peccatū. Ter
ciū ē q̄ facit hominē indigentē. vn̄ Prouerb.xiiij.
Ubi aūt verba sunt plurima. ibi egestas frequen
ter. Et ideo ꝫm sanū ꝯsiliū anastasij episcopi. et po
nit in flora.bartho.titulo de loquacitate. Linguā
tuā custodia taciturnitatis obsepiat. ne in litigiuz
contentiosa feruescat. ne in maledictū procax icur
rat. ne in obtrectationē maledicam serpat. in iura
tionē facilis ꝓlabatur. ne in mendatiū ficta simu
letur. ne incircumuentione astuta calleat. et ne in
elationem superba iactetur ꝫ et omē verbum ocio
sum obnoxiuz sciat esse rationi. Ideoq̄ dauid be
atissimus ori suo custodiā a deo deposcit dicens
Pone dn̄e custodiam ori meo et ostiū circūstātie
labijs meis. et merito custodiam lingue sue a deo
deposcit. Nam sicut dicit Apostolus Jaco.iij. Om
nis natura bestiarū et volucrū et serpentū et ceterorum
domantur. et domata sunt a natura humana. lin
guam nullus hominū domare potest. Et ideo di
citur Prouer.xvj. Hominis est animū ꝑparare. et
domini linguam gubernare. vnde sicut dicitur in
flora. Bartho. titulo de pseuerantia. Tria speciali
ter sunt que vagam mentē stabilem faciūt. scz vigi
lie. meditatio bona. et deuota orō. si vis igit ꝯsequi
bonā pseuerantiā assuesce vtilibus occupationibus
vt cōsuetudo que alterat naturā gignet pseueranti
am. q̄r difficilem faciliter facit asuetudo laborem.
vitam igit bonam quā semel accepisti ꝯtinuare nō
desinas. et bonevite ꝓpositū iugiter cōserua. Bonā
vitam ego puto ait Bern̄. in quodaz sermone qui
sic incipit. Qui pseuerauerit etc. mala pati et bona
facere. et sicvsq̄ in finem pseuerare Incassum quip
pe bonū agit si ante terminū vite deserat. Frustra
em̄ currit qui prius quā ad metam ꝑuenit desinit.
hec Bern̄. Malicia fuit qua detestāt cōsilia et ꝑce
pta dei. et opponit virtuti religionis qua deo debi
tus cultus reddit. et reuerentia exhibet. Talis autē
detestatio fit in irreuerentia dei. Rancor aūt oppo
nitur mansuetudini que est pars tpantie. Pusilla
nimitas. desperatio et torpor opponunt fortitudi
ni. Euagatio aūt mentis opponit virtuti modestie
que est ps tempantie. Omnes he ptinent ad trans
gressionem mandati de sanctificatione sabbati sic
et accidia que est mater omniū illarū. quo quidem
mandato diuinus cultus precipitur vt per predi
ctas species accidie expresse impeditur.

Capitulum XXII

Sequitur terciuz nota

bile in quo tractat de remedijs cōtra pec
catum accidie. A Pro quo notanduz
q̄ omnia que dicta sunt in primo notabili ad dete
stationē accidie possunt esse remedia salutaria con
tra eandem. Dictis ibidem sex sunt remedia cōtra
istud pcm̄ hic specialiter adijcienda. Primū est
diuersitas occupationū. vn̄ Hiero. ad rusticū mo
nachū et ponit in de con. di.v.ca. nunq̄. Facito in
qūit aliquid boni opis. vt dyabolus sp te inueniat
occupatū. Un̄ legit in vitaspatrum q̄ quidā pegrinus
venit ad abbatē siluanū in mōte syna. et cū videret
frēs opantes dixit. quare opamini cibū qui perit.
maria em̄ optimā ptem elegit. Tunc senex fecit ei
dari codicē vt legeret includēs eū in cellula sua. et
cū trasisset hora prandij circūspiciebat peregrinus
vtrum quis vocaret eū ad prandiū. et veniens ad senē
interrogauit vtrum frēs comedissēt Cui senex tu inqt
homo spūalis es et nō necesse habes escā corpora
lem. nos aūt tanq̄ carnales comedimus. et iō opa
mur. vn̄ dicit apl's.ij. Thessa.iij. Qui nō vult opari
non māducet. Qd cum audisset pegrinus cepit pe
nitere cui abbas. Necessaria inquit est martha ma
rie. Itē legit ibidē q̄ abbas Joh. dicebat cuidā fri
suo maiori. Uellē sp esse securus sicut angeli sunt
nihil opantes ꝫ sine intermissione deū collaudātes
et ꝓiecto a se pallio suo intrauit in heremū. et post
vnam septimanā ꝯpletā fame coactus reuersus ad
fratris sui pulsauit ianuā. q̄ quesiuit quis es tu. et
ille respondēs ego inquit suz. iohes frater tuus. Cui
ille inhānes inquit angelus factus inter hoīes nō
est. ille vero pseuerando pulsans dixit q̄r ego suz. et
tandē frater sibi aperuit. di. si hō es iterum habes ne
cesse aliq̄n opari vt viuas. si aūt angelus. qd queris
in cella et ille statim pniam egit. Item in eodē legit
q̄ be. Antho. temptatus spū accidie. et residens in
heremo dicebat. Dn̄e saluari desiderio. sed m̄ vane
cogitatōes nō me pmittūt quid faciā in tribulatōe
vel quō seruari debeā dignāter ondē. et respiciēs vi
dit quendā astantē et torquentē funiculū qui sibi si
milis erat. deinde ex ope surgentē et orantē et iterū
sedentē et plectā facientē de palmis. et inde rursus
ad orōnem surgentē. erat aūt ille angelus dn̄i. et di
xit ei. et tu ita faciēs Antoni saluaberis. vn̄ holkot
in lec.li.sap.lec.lxij. Uia inquit meritoria xpiani.
etiā sicut infra patet. Locus inqt p̄ntis vite medius
est inter celū et infernū. mediū aūt sape ꝯsueuit na
turā extremorum. ꝫ verum est q̄ in celo ē summa quies
et nullus labor. vn̄ Apoc.xiiij. Amodo dic spūs vt
requiescāt a laboribus suis. in inferno vo est summus la
bor et nulla requies. Un̄ ps. dicit de quolibet dāna
to. Laborabit ineternū et viuet adhuc in finez. Ex
quo sequit q̄ ꝯueniēs est q̄ in loco medio. hoc est
in mūdo sit quedā ꝯmixtio laboris et quietis tamē
plus ꝑticipare dz de labore. q̄r vicinior est infernus
q̄ celū vn̄ signāter dicit Job. v. Hō ad laborē na
scit. et iō necessaria est cautela aliq̄ qua fiet tolerabi
lior labor vite p̄ntis. Pro quo notandū q̄ labor
vite p̄ntis facilitari ꝑt tripliciter. pmo p variatiōes
occupatōez. scdo p collaborantiū ꝯsideratōez et ter
cio p magne mercedis expectationē. Primū igit
facilitās laborē bonorum virorum est occupationē vari
atio vt homo modo studeat mō scribat mō orat et
mō laborat. iuxta illō metricū. Nunc lege nūc ora
nunc cū feruore labora. sic erit hora breuis et labor
ille leuis. Et h̄ est qd̄ docet aug. in li. suo de sctā vgi
nitate. Diuersis inqt seminibus pectoris tui collec
sere. nūc alimonijs mediocribus nūc teiunijs pitiori
bus. nūc lectōe nūc ope. nūc ꝑce. vt mutatio laboris
inductio sit qetis. Scdo facilitat laborē nostrum col
laborantiū ꝯsideratio. si em̄ ꝯsiderauerimus xpm

dicentē p ps̄. Paup sum ego ꝛ in la.a iu.m.christ⁹
em̄ piger nō fuit ʒ exultauit vt gygas ad currendaz
viā. Et sicut legit̄ Mat.xxvj. dixit dis.s. somnolen-
tis. Nō potuistis vna hora vigilare mecū. Cū dn̄o
em̄ vigilare est exēplo ei⁹ a somno accidie cauere.
vn̄ apl's Heb.xij. Recogitate inquit eū qui talē su-
stinuit a pctōrib⁹ aduersus semetipm ꝯtradictiōez
vt nō fatigemini animis vestris deficientes. Item
si ꝯsideremus paulū dicentē p se ꝛ ceteris aposto
lis ꝛ alijs fidelib⁹.j.Chor.iiij. Vsq; in hanc horaz
esurimus ꝛ sitim⁹ ꝛ nudi sum⁹ ꝛ colaphis cedimur
ꝛ instabiles sumus ꝛ laboramus opantes manib⁹
nostris maledicimur ꝛ benedicim⁹ psecutionē pa-
timur ꝛ sustinem⁹. blasphemamur ꝛ obsecramus
tanq̄ purgamēta hui⁹ mūdi. facti sumus omniuz
pipsima vsq; ad hoc facile erit nobis laborare i opi
bus meritorijs. Vnde Greg.v.mora. Nō deseramus
labore pficere. q2 subleuatio laboris est visio
collaborantis. vn̄ Jaco.v. Exemplū accipite frēs
exitus mali ꝛ longanimitatis laboris ꝛ patiētie p
phetas qui locuti sunt in nomine dn̄i. Vnd̄ subdit
Gre. ibidē si cū itinere comes iungit̄. via quidē nō
ꝯtrahit̄ sed de societate comitis labor itineris leni-
gat̄. Tercio laborē sanctoꝝ facilitat in pn̄ti magne
mercedis expectatio. vnde atlethis currentib⁹ ppo
nitur brauiū in fine stadij. rustic⁹ recolit in hyeme
futuros fructus autumni. ꝛ operarius quantitatem
sui stipendij ꝯtemplat̄. de hac mercede nostra futu
ra ꝛ labore pn̄ti dicit Hiero. in quadā epl'a. Null⁹
labor durus nullū tp̄s longū videri debet quo glo
ria eternitatis acquirit̄. vnde sap̄.iij. Bonoꝝ opeꝝ
gloriosus est fructus. hec Holkot. Itez Lin. in de
oculo morali ptinenter ad ppositū sic scribit̄. Si in
accidiosi repromissaz opulentiā glorie satietatis et
ne attenderent mentis somnū discuterent. ꝛ ad eaz
quidē oculos mētis intētos ꝛ aptos hērent vn̄ pro
uer.ij. Aperi oculos tuos ꝛ saturare panib⁹. vnde
legit̄ in vitaspatꝝ q abbas achilles cuidā fratri cur
pateret̄ accidiā sciscitanti. rn̄dit ideo inquit accidiā
pateris. q2 nō dum vidisti pmia q̄ speramus. si em̄
ea diligenter inspiceres in cellula tua etiā plena ver
mib⁹. sine accidie torpore patiēter iaceres. hec ille.
Et ideo beā. aug. si inquit terret labor merces vince
ret. dicente dn̄o ad abraham. Noli timere abrahaz
Ego ptector tuus suz. ꝛ merces tua magna nimis
Gene.xv. ꝛ ideo dimissa accidia fm consiliū apl'i.
Gal̄.vj. Dum tempus habem⁹ opemur bonū ad
omnes maxime ad domesticos fidei. Via inquit
meritoria xp̄iani nō pōt esse ꝯtinue vniformis. ꝛ iō
apud sanctos via xp̄iana cōiter diuidit̄ in actiuā ꝛ
ꝯtemplatiuā. qd̄ nō est sic intelligendū. q ab vna ꝛ
eadem psona ꝯtinuari sp debet actus vite ꝯtempla
tiue ꝛ ab vna alia actus vite actiue ꝛ nunq̄ act⁹ vi
te ꝯtemplatiue. q2 hoc nō esset humane fragilitati
possile. nec recte ratōni ceforme. ʒ ab vna ꝛ eadem
psona p loco ꝛ tpe vtraq; istaꝝ tenet̄ incedere. ꝛ iō
vita meritoria xp̄iani aliqn̄ nominat̄ in singulari.
ꝛ aliqn̄ in plurali. Vnde dicit ps̄. Notaz fac mihi
dn̄e viaz in qua ambulē. Et alibi. vias tuas dn̄e de
mōstra mihi. Vn̄ Arist. in de pbleumatib⁹. pbleu
mate.x. pticula.v. querit istaz questionē. quare ho
mo magis laborat in cōtinuando diu viam planā

q̄ ambulādo per viā nō planā. sed aliquātulū val-
losam ꝛ aliqn̄ mōtuosam. ꝛ rn̄det q cā est. q2 qn̄ hō
incedit vniformiter cōtinue p viā planā cōtinue et
vniformiter fatigat instrumēta siue ptes corpis q̄-
bus ambulat sicut genua cruris ꝛ tibias. vnd̄ q2 in
istis instrumētis ambulandi tenet̄ cōtinue vna fi-
gura motus in via plana ideo cōtingit homini ma-
ior labor ꝛ maior fatigatō. In pgressu vero nō pla
no vbi aliqn̄ ascendit̄ ꝛ aliqn̄ descēdit̄ nō sp tenet̄ ea
dez figura motus instrumētis mouēdi. nec ille par
tes vniformiter vexant̄ cōtinue ʒ alternatim quia
ascendendo plus laboramus in genib⁹ ꝛ in tibijs
descēdendo vero in femorib⁹ q̄ in alijs inferiorib⁹
partib⁹ ꝛ pter istā alternationē laboris inter ptem
supra genu ꝛ reliquā sub genu cōtingit minor la-
bor ꝛ minor fatigatio alternatim in via nō plana ʒ
nūc vallosa ꝛ nūc mōtuosa. Isto modo moralit̄
cōtingit in viuendo virtuose fragilis em̄ natura hu
mana nullo modo permittit q mens vt studiū ho
minis vniformiter extendat̄ in cōtemplando nec
iterū expedit q homo semp descendat ad opera vi
te actiue mūdum. q2 tunc fieret nimis aridus ꝛ in
deuotus. ꝛ sicut homo cōpositus ex corpore ꝛ ani
ma. de quoꝝ numero corpus fatigat̄ ascēdendo p
orōnes. vigilias. studia ꝛ cōtemplationes. anima
vero desiccat̄. fatigatur descendendo ꝛ occupādo
se circa temporalia pximis dispēdenda. ideo sic al
ternatim ꝛ vicissim debemus incedere. ꝛ quantuz
possumus fatigationem et tedium deuitemus in
seruiendo deo. ꝛ interdum ascendere in cōtemplā-
do ꝛ postea descendere proximum adiuuando. In
cuius rei figuram Jacob vidit angelos descendē-
tes de celo ad terram. ꝛ econuerso vicissim vt patet
Genef.xxviij. Vnde ꝛ in vitaspatrum legitur q qui
dam iuuenis quesiuit a quodam sancto viro quid
esset sibi vtilius. vel orationi insistere. vel se studijs
scripturarum occupare. Cui vir sanctus respondit
Quid inquit est melius. semper bibere aut semper
comedere. ꝛ vtiq; sicut competit ista alternatim fie
ri sicut ꝛ illa. Vnde de paulo scribit haymo q vnā
ptem diei solebat expendere in oratione. aliam in
predicatione. ꝛ terciam in opatione manuali. Ne
igit̄ cū damnandis dicamus in fine illud Sap̄.v.
Ambulauimus vias difficiles viā aūt dn̄i ignora-
uimus. petat. quilibet cum psal. Notam fac mihi
domine viam in qua ambulem. Multū enim con
fert ad solatium ambulantis bona noticia vie per
quam debet ambulare. naz ceteris paribus via no
ta videt̄ ambulanti breuior q̄ via ignota eiusdem
q̄ntitatis. vnde Aristo. in de pbleumatibus parti-
cula.v. pbleumate.xxv. querit quare ambulantes
viam ꝛ nescientes quāta ipsa est apparet nobis via
longior q̄ quando scimus eā. ꝛ frequenter sumus
per eius quantitatem experti. Et respondet q aīa
in tali via ignota paralogizat̄ quodammodo a se-
ipsa. Experit̄ em̄ anima istā cōsequentiā esse bonā
Scio mensuram huius vie. igit̄ est finita. ʒ econ-
tra qui nescit mensuram vie ignote. ideo arguit q̄-
si a negatione antecedētis. huius vie nescio men-
suram. igitur est infinita. ꝛ sic in iudicando decipi-
tur. Isto modo est moraliter. homines dati vitijs
nō iudicant. q2 aliqui homines possunt viuere vir

tuose. vnde homo luxuriosus miraẗ ꝙ aliquis posset seruare ꝑpetuam ꝯtinentiam. ⁊ homo gulosus estimat ꝙ nullus homo posset facere abstinentiaꝫ ⁊ ideo omnem aliū hominem iudicat ſm ſeipſum Unde dicit criſoſtomus ope. imp. omel. xxxiij. omnis homo ſm ſe eſtimat aliū. naꝫ nō poteſt ipſe melius ſentire de alio ꝙ̄ ſentit de ſe ipſo. Ecce fornicarius neminē eſtimat caſtū. caſtus vero nō facile de fornicario ſuſpicaẗ. Sup̄bus neminē putat humilem. humilis nullū credit ſup̄bum ⁊ ſic de aliis. Jō cauſa quare via virtutis penitentie ⁊ ſancte ꝯuerſationis reputaẗ ab impiis laborioſa ⁊ difficilis eſt in experientia ⁊ ignorantia. ⁊ q2 anima paralogyzatur a ſeipſa. ideo nobis diciẗ hiere. xvj. State ſup̄ vias veſtras ⁊ videte. ⁊ interrogate de ſemitis que ſit via bona ⁊ ambulate in ea ⁊ inuenietis refrigeriū animabus veſtris. hec holkot. Item idem lectione. clxx. eiuſdem pertinentur ad ꝓpoſitum ſic ſcribit. Loc⁹ inquit preſentis vite medius eſt inter celū ⁊ infernum ⁊c. B Scōm remediū cōtra accidiam eſt ſocietas bonoꝝ. De iſto em̄ figuram habem⁹ Exo. xvij. vbi legiẗ ꝙ pugnante ioſue ꝯtra amalech orabat moyſes leuans man⁹ cū eſſent graues. aaron ⁊ hur ſuſtenbant eas ex vtraq̄ ꝑte. Moraliter ꝑ aarō ⁊ hur ſignanẗ duo genera hominū quoꝝ ſocietas expediens eſt accidioſis Per hur qui interpretaẗ lumen ſignanẗ illi qui miniſtrant lumen doctrine ⁊ exemplū bone cōuerſationis de quib⁹ Matt. v. Luceat lux veſtra coram hominib⁹ vt videant opera veſtra bona ⁊ glorificent patrem veſtruꝫ qui in celis eſt. Per aaron q̄ interpretaẗ mons fortis ſignātur illi quoꝝ interuentu venit homini auxiliuꝫ. iuxta illud ps̄. Leuaui oculos meos in montes vnō veniat auxiliuꝫ mihi. Illi igiẗ qui manus habent graues ex accidia neceſſariū eſt vt habeant tales in ſocietate ſua qui eos doctrina illuminent ⁊ oratōnibus iuuent. Tercium remediū ꝯtra accidiam eſt ꝯſideratio periculoꝝ in quib⁹ ſumus in preſenti. quod dn̄s inſinuat Mat. xvj. vbi dicit. Uigilate ⁊ orate ne intretis in temptationē. Pro quo notandū ꝙ tria genera periculoꝝ ſpecialiter ꝯſueuerunt a ſomno hominē excipere. ſ. periculum aque ꝑiculum ignis ⁊ periculū latronū. que ꝑicula in nobis quotidie imminent. Non em̄ eſt dies in q̄ malarum cogitationū fluctus ſup̄ caput cordis noſtri non aſcendant. Unde ps̄. Saluū me fac deus quoniam intrauērūt aque vſq̄ ad animā meaꝫ. nec eſt dies in q̄ prauoꝝ deſiderioꝝ ignis in domo cōſciētie noſtre nō ſuccendaẗ. Unde ps̄. Incēderūt igne ſanctuarium tuū polluerūt tabernaculū nominis tui. Latrones etiā ſemp̄ aſſunt. id eſt demones ſeuientes. Unde yſiō. in de ſummo bono libro. j. c. xxvj. loquens de crudelitate dyaboli quam exercet circa finem mūdi. Dum inquit in martires iam diabolus exercuerit magnā crudelitatē etiam ligat⁹ crudelior tn̄ exit ſub antixp̄i temporibus ⁊ qn̄ erit ſoluendus. nam ſi tanta ligatus facere potuit quāta ſolutus faciet quāto ꝓpinquius dyabolus finem mūdi videt tanto crudelius ꝑſecutionē exercet. vt q2 ſe ꝯtinuo dānandū ꝯſpicit ſocios ſibi multiplicet. cū quib⁹ gehenne ignib⁹ adurat. quāto breue tp̄s videt ſibi reſtare dyabolus vt damneẗ. tanto in magno ꝑſecutōis ira moueẗ diuina iuſticia ꝑmittente vt glorificenẗ iuſti ſordidēturq̄ iniq̄ ⁊ vt dyabolo durior creſcat dānatiōis ſnia. hec yſiō. Quartum remediū contra accidiā eſt ꝯtinuus feruor deuotiōis. de quo dicit dn̄s Leuiti. vj. Ignis in altari meo ſp̄ ardebit quē nutriet ſacerdos ſubiiciens ligna mane ꝑ ſingulos dies. In quibus verbis vult dn̄s ꝙ ſp̄ in altari cordis ardeat ignis feruoris deuotōnis. quē ignē deberet nutrire ſacerdos in ſuis ſubditis. ac etiā quilibet in ſemetipſo ſubiiciēdo ligna ꝑ ſingulos dies. Tūc em̄ ligna ſubiicim⁹ qn̄ recolimus diuina beneficia de quib⁹ reſpōdere debemus. vel qn̄ mala noſtra recordamur ꝓ quib⁹ deo ſatiſfacere debem⁹. vel qn̄ ꝓmiſſa p̄mia ꝯſiderem⁹ que ꝓmereri debem⁹ precipue qn̄ recolimus bn̄ficia que nobis xp̄us exhibuit in ſua carne mortali aſſumpta. Unde Bern̄. Quid inquit nobis ſuaue mundanū cū recordati fuerim⁹ infantaliū neceſſitatem xp̄i laboꝝ in predicando ⁊ ceteroꝝ quis amplius gemet dicēs. Nimiū ieiunam⁹ nimiūq̄ vigilamus cū nos nec mileſime ꝑti debitoꝝ reſpōdere valeam⁹. hec Bern̄. Iteꝫ yſiō. in de ſum. bo. ſi paſſio inquit xp̄i. ad memoriā reducaẗ. nihil tam duꝝ qō nō equo bono animo tolereẗ. parua em̄ toleram⁹ ſi recordemur quid liberat ad patibulū qui nos inuitat ad celū. hec ille. Et ideo merito bea. Aug. in li. ſuo de virginitate pendentis inquit in cruce aſpice vulnera. ſanguinē moriētis preciū redimētis cicatrices reſurgentis. caput hꝫ inclinatū ad oſculandum cor aptuꝫ ad diligendū brachia extēſa ad amplexandū totū corpus expoſitū ad redimēduꝫ. hec quanta ſunt cogitare hec in ſtatera cordis veſtri appendite vt totus nobis figuraẗ in corde qui totus ꝓ nobis fuit fixus in cruce. hec ille. Quintuꝫ remediū ꝯtra accidiam eſt frequēs mortis meditatō. de q̄ vide ſupra ꝑte. iiij. ca. xlviij. D. vbi agitur de egreſſu hominis ab hac vita. Item de mortis certitudine ⁊ de hore mortis incertitudine. vide ſupra ꝑte. iiij. c. lxviij. H. Itē de codē vide ſupra. c. xij. hui⁹ quite ꝑtis. B. ⁊. C. vbi agiẗ de ſcōo motiuo ꝯferētc ad ꝯuerſionis ꝯtinuā accelerationē. C Dictis ibidem adiiciendū eſt ꝙ ſicut narrat petrus comeſtor in hiſtoria ſup̄ Exo. ꝙ moyſes duxerat in vxorem filiaꝫ regis ethiopie ⁊ cū patriā ſuā ſemel redire voluiſſet. Impedire eū nitebaẗ vxor eius. moyſes vero tanq̄ vir perit⁹ aſtronomie ſculpſit in gēmis duas figuras huius efficatie vt altera memoriam. altera vero obliuionē ꝯferret. quas cū ꝯſimilibus anulis inſeruiſſet obliuiōis anulū vxori p̄buit ⁊ memorie anulū ſecū tulit. cepit igiẗ vxor obliuiſci viri ſui ⁊ ſic moyſes libere in patriā ſuā ē regreſſus. Quā hiſtoriā ꝑ tractās holkot in lec. li. ſap̄. lec. ccxliij. moraliẗ inq̄t anim⁹ hūan⁹ natiōe celeſtis cū carne terrena que ꝑ ethiopiſſaꝫ deſignaẗ ꝯiugiū cōtrahit qn̄ corpi infundiẗ. anim⁹ vero rōnalis nāliẗ deſiderās btitudinē vult in celū reuerti. ſꝫ vxor iſta pigra limoſa ⁊ ꝯuoluta eū mlẗipliẗ nitiẗ impedire. ⁊ iō vtēda eſt cautela moyſi ⁊ duos anulos cū gēmis faciam⁹. ⁊ anulū obliuionis carni tradam⁹. ⁊ anulum memorie anime tradamus. Anulus em̄ obliuiōis eſt recogitatō mortis. q2 mors cito tradit hominē obliuioni. Unde ps̄. Obliuioni datus ſum

tāꝙ mortuis a corde. Anulus vero memorie est re
cogitatio vite eterne. de qua ps̄. In memoria eter-
na erit iustus. hunc anulum in mente cōtinue te-
neamus. ⁊ sic libere in celestem patriā reuertamur
hec ille. Sextum remediū contra accidiā est cō-
sideratio pene future. de quo remedio Linco. in de
oculo morali. exponit illud quod dixit iacob Gen̄.
xxxj. Die noctuqꝫ estu vrebar ⁊ gelu. fugiebat som
nus ab oculis meis. ille inquit Linco. estu ⁊ gelu
vritur qui mentis oculis inferni supplicia cōtem-
plat̄. vbi reprobi transibunt ab aquis niuiū ad ca-
lorem nimiū Job. xxiiij. que siquis ꝯsideret ab eiꝰ
oculis somnus fugit. q꞉ qui hec ꝯsiderat somno pi
gritie non obdormit. Unde refert macrobius in
saturnalibꝰ ꝙ imꝑator augustus narrata sibi ma-
gnitudine debitoꝝ. in quibꝰ quidā eques romanꝰ
dum vixit obligabat̄ culcitram equitis in qua dor
mire cōsueuerat ad vsum suū ꝓprius iussit emi et
satellitibꝰ inde admirantibꝰ. hanc imperator reddi
dit rationē. habenda est inquit ad somnū. hec cul-
citra ⁊ tanꝙ res miranda sollicite ꝯseruanda. in q̄
ille dormire poterat qui tantis debitis obligatus
erat. Multo igit̄ magis inquit Linco. mirandū est
quomodo peccatoꝝ oculi somnū capiunt qui eter
ne pene obligatos se sentiūt. cum teste beato Gre
gorio oculos quos culpa potuit claudere pene ꝯsi
deratio debeat aꝑiri. In cuiꝰ rei figura legit̄ Tho-
bie. vj. ꝙ angelus raphael docuit thobiam vt quen
dam piscem extractuꝫ de fluuio exenteraret. ⁊ cor
eius ⁊ fel ⁊ iecur sibi reseruaret. ⁊ dixit cordis eius
particulam si suꝑ carboneꝫ ponas. fumus eius ex
tricat omne genus demoniorum siue a viro siue a
muliere vt vltra non accedat ad eos ⁊ iecur eandē
habet virtutem. fel aūt oculis cecis appositū visuꝫ
restituit. Suꝑ quo Johannes de abb. villa. Piscis
inquit iste moraliter dyabolus est per cor piscis di
aboli calliditas intelligit̄ de qua dicit̄ Genesis. iij.
Serpens erat callidior cunctis animantibꝰ terre.
Per iecur studiositas dyaboli signat̄. nam sicut ie
cur recepta in ventre decoquit cibaria. sic sententie
que recipiunt̄ in mēte per studiū decoquunt̄. Cor
igit̄ ⁊ iecur piscis sunt calliditas ⁊ studiositas dya
boli. Carbones viui sunt viri sancte charitatis ar-
dore succensi. Et sicut carbones cor ⁊ iecur cremā
do ꝯsumunt effectū ⁊ destruunt vt non noceant. et
fumum diffundūt. sic viri sancti calliditatis ⁊ stu-
diositatis dyaboli ꝯsumunt effectū ⁊ destruunt vt
non noceāt demones sicut intendunt. noticiamqꝫ
calliditatis ⁊ studiositatis eiusdem quasi fumū de
fundunt ad homines alios. ⁊ sic exterminat̄ ꝑtās
dyaboli. nam illū qui eius nouit astutias dyabolꝰ
temptare veret̄. Liniuit thobias oculos patris sui
felle piscis ⁊ egressa est albugo ab oculis eius. Al-
bugo em̄ in oculis est ꝓsperitas mundane delecta
tionis. ⁊ inordinatus amor diuitiaꝝ que excecant
oculos rationis. Fel dyaboli est amara penarū ex
actio. naꝫ amaras penas exiget ille maledictus ex
actor dyabolus ab illis quos delitijs ⁊ diuitijs ex-
cecauit mundanis hoc felle si liniant̄ oculi mentis
nostre egrediet̄ albugo ⁊ omnis mūdana delecta-
tio ꝯuertet̄ in amaritudinē ⁊ ꝯtemptū. In cuiꝰ rei
figura dicit ꝓphetia Hiere. j. Uirgam vigilantem

video. Uirga em̄ vigilans a somno torporis ⁊ acci
die est consideratio pene eterne accidiosis ꝯdigne
De qua dicit Mat. xxv. Seruū inutilē. id est acci-
diosum ꝓijcite in tenebras exteriores. ibi erit fletꝰ
⁊ stridor dentiū id est in tenebris gehenne que est
locus ꝯuenientissimus accidiosis ⁊ ceteris hoibꝰ
vitiosis. Unde Januen̄. Gehenna inquit dicit̄ a
gehos quod est terra. ⁊ hennos qd̄ est ꝓfundū. q꞉
gehenna siue infernus est ꝓfundus locus. i. in cen
tro terre. ⁊ talis locus cōpetit pctōribus ꝓpter elō-
gationē. obscuritatē ⁊ frigiditatē. Nullus em̄ locꝰ
tantū distat a celo quantū mediū terre. ideo dignū
est vt sicut homo elongauerit se a deo ꝑ peccatuꝫ.
sic elonget̄ a celo ꝑ nouissimū locū. Nullus locus
est obscurior ꝙ̄ mediū terre. ideo dignū est vt pec-
catores qui dilexerūt opera obscura ⁊ tenebraꝝ te
neant̄ in locis obscuris penaꝝ. nullus est frigidior
ꝙ̄ centrū terre. Ideo dignū est vt peccatores q̄ nō
fuerūt in dei amore semꝑ dentibꝰ strideant pre ni-
mio frigore. hec Januen̄. suꝑ illud euāgelij. Om
nis qui irascit̄ fratri suo ⁊c̄. ¶ Nota ꝙ pene in
ferni dicunt̄ tenebre exteriores triplici de causa.

Primo in comparatione ad tenebras pecca-
torum que sunt carentia lumine gratie que insunt
anime et sunt tenebre interiores. Secundo di-
cunt̄ tenebre exteriores. q꞉ circumdabunt totum
hominē. Tercio q꞉ sunt extra limites diuine mi
sericordie. q꞉ non erit afflictis in inferno spes merē
di vel ad gratiā ⁊ misericordiam redeundi. sed sunt
extra omnem spem redemptionis vel gratie. ⁊ per
consequēs illoꝝ tenebre sunt exteriores ꝙ̄ tenebre
viatoꝝ. ibi erit fletus ⁊ stridor dentiuꝫ. Fletus em̄
de fumo ignis. stridor dentium ex frigiditate oriri
solet. ideo in fletu ⁊ stridore dentium duplex pena
gehenne ostendit̄. s. nimij frigoris. ⁊ intolerabilis
ardoris. vnde Job. xxiiij. Ad nimium calorē tran-
sient ab aquis niuium. Uerumtamē vt dicunt ly-
ra notyngh. ⁊ alij doctores. in inferno non erit reso
lutio continua corporalium lachrimaꝝ a cerebro.
quia cū damnati non bibent ibidem. nec habebūt
nouam materiam ministratam. sed ignem excessi-
uum cōtinuum cessarent tales lachrime infra bre-
ue. ideo dicunt aliqui ex eis ꝓbabiliter ꝙ radix pe
ne damnatoꝝ consistit in sua pena damni ⁊ post re
surrectionem finalem habebunt dolorem effusum
ab anima ad singulos sensus corporis. Et ita licet
nō sentiant corruptionem aut dissolutionē sui cor
poris. sentiant tamen displicentiam suis sensibus
⁊ hoc plus ꝙ̄ est possibile aliquem hic sentire. ⁊ il-
lum effluxum doloris ab anima credunt christum
vocare fletum ⁊ doloreꝫ. de perpetuitate pene ⁊ ca-
rentia visionis diuine credunt christum vocare stri
dorem dentium. ⁊ hec erit eis pena maxima possi
bilis. Et hec pauca notabilia de peccato accidie tā
exiliter cōbinata sufficiant pro presenti.

Explicit pars quinta de accidia.

Incipit pars sexta de superbia.
Capitulum I

Vperbia est amoꝛ.
affectus. seu appetitus inoꝛdinatus
ſ ꝓpꝛie excellentie alios iniuste cupi-
ens superare Hugo vero de sancto
victoꝛe dicit ꝙ supbia ē elatio vitio-
quit siue cōquerit suas possessiōes.hec he. Hiero.
⁊ ponit in ca. vbi supra.vnde Holcot in lectura li
bri Sapientie.in lectione.ccvj.q̄stione.vj. Fertur
inquit ꝙ quadā patria in anglia q̄ Norfolchia no
minat cōtingit ꝙ blada in estate creuerāt. Et ecce
appropinquāte tēpore messium venit genus mu-
sce in maxima multitudine quo totū illud bladū
pulcerrimū intantū cōsumpsit ꝙ vix infra quinq̄
miliaria vnum quaterniū inueniret. homines vero
illius patrie quasdam de muscis ceperūt ⁊ dilige-
ter inspicientes quales erāt. q: nunq̄ prius consi-
miles viderant. eas inuenerūt litteras habētes de
pictas in alis suis. In vna ala scribebatur ira.⁊ in
alia dei vt manifestum esset ꝓpter demerita popu
li vindictam fuisse. Iuxta illud Hiere.xij. Semi-
nauerunt triticum ⁊ messuerūt spinas. hereditatē
acceperunt ⁊ eis non ꝓderit. cōfundimini a fructi
bus vestris ꝓpter iram furoris domini. Secūdo
puniunt male decimātes ꝑ incidentiā in peccatū
Unde legit Geñ.iiij.ꝙ abel iustus obtulit deo de
primogenitis gregꝭ sui ⁊ de adipibꝰ eoꝝ ⁊ respexit
dominus ad abel ⁊ ad munera eius. ad cayn vo ⁊
munera eius non respexit.Et causa fuit.quia cayn
de deterioribꝰ ⁊ malis obtulit.abel vo de optimis
⁊ ideo cayn derelictus et maledictus a deo incidit
in fratricidium ⁊ damnationē eternā.Et ideo me-
rito dicit ꝓpheta Malachie.j.Si offeratis claudū
vel languidū nōne malum est offer illud duci tuo
si placuerit ei.⁊ sequit. Maledictus dolosus q̄ ha
bet in grege suo masculum. ⁊ votum faciens immo
lat debile dño.Et ideo dr Nume.xviij. Omia que
offertis ex decimis ⁊ in donaria domini separabitꝭ
optima ⁊ electa cunctaq̄ erunt. Itē Nume.xxxv.
Noli offerre munera praua.nō enim suscipiet illa
dñs. Tertio puniunt male decimantes per ꝑdi-
tionē regni celoꝝ. Unde Linco.sup euangelia ꝑte
.iij.ca.xliiij.Hec ē inquit rō quare hō dat decimas
deo ad designandū ꝙ ꝑ eū ruine decime partis an
geloꝝ restaurabit. Et sciendū est ꝙ gloria illa ad
quā ꝑuenturus est tenimentū eius est.Decima vo
tanq̄ census est quē soluere debemꝰ deo ꝓ illo te-
nimento quē si nō saluamus ꝓ ꝑpetuo illud teni-
mentū amittemus. Quarto puniunt male deci
mantes ꝑ electionē ad eternū suppliciū. vñ Aug.
in sermo.de deci. Attende inquit ꝙ decima crea-
tura inter intellectuales creaturas est hō.q: ange-
li in nouē ordinibus cōstituunt.decimus aūt ordo
est hominū.⁊ ideo hominis est decimas soluere vt
vt ruinā valeat angeloꝝ supplere.Et qui non vult
debite decimā soluere iustū est ꝙ iūgat decime ꝑti
angeloꝝ q̄ ad suppliciū ceciderūt. Vñ Aug.⁊ po-
nit in cano.xvj.quest.j.decime. Hec ē inquit iustis
sima dei ꝯsuetudo. vt si tu illi decimā non dederis
tu ad decimā reuoceris.i. ad numerū decimoꝝ as-
socieris q̄ fuerunt decima ps angeloꝝ.ꝫ apostatā-
tes ad suppliciū ceciderunt eternū. hec ille. Se-
xta causa quare decime sunt fideliter persoluende
est.q: decimas fideliter ꝑsoluere nolētes raptores
⁊ homicide dicunt. vñ Aug. ⁊ ponit in ca.xvj.q.j.
decime. Decime inquit ex debito requirunt.⁊ qui
eas dare noluerit res alienas inuadit. ⁊ quāti pau
peres i locis suis vbi ipse habitat illo decimas nō
dante fame mortui fuerint tantoꝝ homicidioꝝ re
us ante regis sine iudicis tribunal apparebit. q̄a
rem a deo pauperibꝰ delegatā suis vsibus reserua
uit. D Et est insup notandū ꝙ duo sunt gene-
ra decimaꝝ.s.prediales ⁊ ꝑsonales. Prediales sunt
decime q̄ predia ꝓducunt. vt fructus arboꝝ ⁊ her
barū ⁊ hoc immediate.mediate vo vt lana lac mel
atq̄ similia ⁊ fetus animaliū q̄ in aliquo certo solo
ꝓducunt. Certū est eñ ꝙ decime animaliū cōpu-
tande sunt inter decimas reales.i.prediales ⁊ non
inter decimas personales. ⁊ ideo in quacūq̄ par-
rochia pascunt ꝯtinue aialia ibi decime sunt ꝑsol-
uende.⁊ si ꝑ medietatē anni fuerint aialia in par
rochia vniꝰ eccl'ie.⁊ ꝑ medietatē anni in parrochia
alterius eccl'ie equum est vt inter illas ecclesias di
uidant.⁊ eodē modo si ꝯtinue iaceant in vna par-
rochia.⁊ pascant in alia.tñ ꝫm Raymundū in tali
bus standū est ꝫm ꝯsuetudinē loci.Decime vo ꝑ-
sonales sunt ille q̄ ꝑsonam ꝯcernūt.vt de stipēdijs
de lucris.de mercatura.de milicia ⁊ similibꝰ. Deci
me aūt prediales illius ecclesie debētur rectori si-
ue curato.in cuius parrochia ipsa predia ꝯstituū-
tur. Personales vo decime illi debētur a q̄ ipsa ꝑ-
sona immediate spūali pabulo pascēda est cuius
omnes ꝑsone sunt q̄ ꝑ annū domiciliū habuerunt
vel pro maiori parte anni in alicuius parrochia.si
cut mercēnarij vel scolares vel alij quicūq̄ domi-
cilium habētes vel ibidē cōducētes ⁊c. Circa
ad scdm principaliter intentum siue tactum circa
gratiarūactiones.s. de quibꝰ materia reddēdi deo
gratiarūactiones est sumenda. Est notandum ꝙ

materiam deo regratiandi sumere debemus de diuinis beneficijs que sunt potissime sex.s. beneficiũ creationis. beneficiũ redēptionis. beneficiũ expectationis. beneficiũ iustificationis. beneficiũ cōseruationis ⁊ beneficiũ premiatiōis. De bñficio creationis btūs Berñ. in quodā ſmone. Considera inquit de beneficio creationis ꝙ deus creauit te sine cōmodo suo. vñ ps. Bonoꝝ meoꝝ nō indiges. ac etiā sine merito tuo. qꝛ nihil ante ꝓmeruit hō qui penitus nihil fuit; cogita qualē te fecit. ſm corpus egregiā creaturā. ſm vō aiam magis egregiā. vtpute ymaginē creatoris insignē. rōnis participē. beatitudinis sempiterne capacem. Considera etiā qualem tibi dedit dñationis potestatē dicens Geñ. j. Dñamini piscibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuersis animātibus q̄ mouent̄ sup terraʒ. Considera etiam largitatis administrationē. quāta scʒ tibi largitus est ad sustentationē quāta ad eruditionē. quāta ad ꝯsolationē. quanta ad correptionē ⁊ quāta ad delectationē. Vnde parif. in de virtutibꝰ parte tertia. tractatu de iusticia. ca. xviij. Oēs inquit creature visibiles nos inuitant ad gratiarũactōes reddendũ deo. Nam beneficiũ datum alicui inuitat eum vt danti gratias agat igit̄ cum omnia q̄ videmus homini data. homini data fuerunt. ſm illud Geñ. j. Faciamus hoiem ad ymaginē ⁊ similitudinē nostram vt presit piscibus maris ⁊ valatilibus celi ⁊ vniuersis bestijs terre vniuerseqꝫ creature. Oīa igit̄ que videmus ad gratiarũactiones nos inuitant. hec ille.

Scdo materiā accipe debemus deo ad regratiandũ de bñficio redemptionis. de quo Berñ. in quodā sermone. O inquit bone Jesu quid tibi ⁊ morti nos debuimꝰ ⁊ tu soluis Nos peccauimus ⁊ tu luis. opus sine exēplo. gratia sine merito. charitas sine modo.

Tertio materiam regratiandi deo sumere debemus de beneficio expectatōnis quo nos peccantes expectat ad pniam. De quo Ysa. iij. Expectat dñs vt misereat̄ nostri. Vñ magnā materiā reddendo deo gratiaꝝ actiones sumere debet peccator ꝯsiderādo ꝙ quotiens in pctō mortali existit ⁊ quotiens mortaliter deum peccando offendit. totiens est vita indignus quia totiēs est vite autori ingratus. ⁊ totiens est in statu dānationis eterne. de qua dānatione ex sola dei miscdia retardat̄ et ad pniam expectat̄. Vnde Treñ. iij. Miscdia dñi est ꝙ nō sumus ꝯsumpti vñ facit misericors deus cũ peccatoribꝰ sicut ꝯsueuit cuʒ illis quos rebelles inuenit ille nobilis rex alexander. De quo dictũ ē supra. pte. v. ca. xj. vbi agit̄ de dilatione ꝯuersionis.

Quarto materiā regratiandi deo sumere debemus de beneficio iustificationis. vnde si q̄s legis trāsgressor adductus suspēdio ⁊ fune iam applicato ad collum vel si mutilādus membrũ extulerit ictui lictoris. nonne si tunc talis ab aliquo liberaret̄, maximas sibi obligaret̄ reddere gratiarũactiones. Spūaliter quilibʒ mortaliter peccans ꝓ transgressione legis diuine funē habet in collo eius. Vñ ps. Funes pctōꝝ circumplexe sunt me. Cuʒ qua fune nisi adiutus fuerit a deo dyabolus eũ in patibulo inferni ꝓ eterno suspendet. Huiꝰ igit̄ liberatiōis beneficiũ sempiternũ exigit amoreʒ et gratiarũactionē: Cassiodorus enī dicit elephantē ingēnio hois illo mō posse capi. cũ enī arbori semi scisse se appodiauerit ⁊ arbori fracta ciciderit ꝑ se surgere nequit. ſʒ hũano auxilio surgit cuius ⁊ arte cecidit. bestia ista suis gressibus restitura memor est beneficij ⁊ auxiliatorem suũ in magr̄m recipit. quē sibi beneficiũ fecisse cognoscit. ⁊ deinde ad illius arbitriũ gressus mouet. ad illius voluntatē cibos capit ⁊ ꝑ totā vitā suā sibi humiliter obedit. qꝛ se ipsius causa viuere posse putat. Et si bestia rōnem nō habens tantas liberatori gr̄as agens est q̄ se lapsuʒ ad gressum reducit. quāto magis hō gr̄as referre tenet̄ deo q̄ ipm plures lapsum de ꝑiculo voraginis inferni pluries liberauit. Itē Ysid. xij. ethimol. Nihil inq̄t sagacius canibꝰ. plus enī sensus ceteris aialibus habēt. naʒ sua noia recognoscũt dños suos diligũt ⁊ dñoruʒ tecta defendunt ꝓ dñis suis se morti tradunt siue obijciunt volũtarie cum dño suo ad predā currũt. corpus dñi sui etiam mortui custodiũt et nō relinquunt. hec ille. Et ideo merito Ambro. in suo exameron. Quis igit̄ inq̄t nō erubescat gratiarũactionē de se bene merētibus nō referre cuʒ videat etiā bestias refugere crimē ingratitudinis ⁊ illi illis impartite alimonie seruāt memoriā. tu vō nō seruas memoriā salutis accepte. Ideo nō sic charissimi ſʒ quādo a dño deo de aliquo ꝑiculo liberamur quādo ab aliquo dolore saluamur siue infirmitat̄ siue vulneris siue de q̄libet necessitate corꝑis vel anie adiuuemur. nō efficiamur ingrati. nō relinq̄mus liberatorē nr̄m. ſʒ alacriter gr̄arũactiones ei reddamus. ſʒ et munera ſm subam nr̄am ad honorificādum eũ exhibeamus. qꝛ nō est dignꝰ dandis q̄ nō reddit gr̄as de datis.

Quinto materiā regratiādi deo sumere debemus de bñficio ꝯseruatiōis taʒ in esse nature q̄ʒ in esse gr̄e. vñ Aug. in li. de sancta virginitate. Oīa inq̄t pctā sic habēda sunt tanq̄ʒ dimittant̄ a q̄bus deus custodit ne cōmittant̄. Et sequit̄. Quisq̄s ab initio pudicꝰ ꝑmanet a deo regit̄. ⁊ quisq̄s ab impudico pudicus factus ē in deo corrigit̄. ⁊ quisq̄s enī in fune. i. impudicus ē a deo deserit̄. Et ideo sancti viri nō soluʒ de sibi dimissis gratias agũt deo. ſʒ etiā de his a q̄bus sunt ꝑ suum adiutoriũ preseruati.

Sexto enī materiā deo regratiandi sumere debemus de bñficio p̄miationis cōsiderādo ꝙ deus talia preꝑauit suis electis q̄lia oculus nō vidit nec auris audiuit. nec in cor hois ascendit q̄ preꝑauit deus his q̄ diligũt illũ. vt dicit apl̄s. pme ad Cor. ij. Quā materiā vide s̄. declaratam. pte. iiij. cap. xxxiij. vbi agit̄ de tertio pũgitiuo cohortāte ad orandũ.

¶ Pro tertio p̄ncipaliter tacto circa gr̄atiarũactiones. scʒ qualiter gratiarũactio est explenda. est notandũ ꝙ gratiarũactio debet habere quattuor ꝯditiones ad hoc ꝙ mō debito ꝑficiat̄. videlicet magnanimitatē assiduitatem. vniuersalitatē ⁊ hilaritatē.

Primo igit̄ debet habere magnanimitatē. cuius rō est. qꝛ hō plus accipit a deo q̄ʒ aliq̄ alia creatura. ⁊ iō debet ei magis magnifice gr̄as agere. vñ sicut nā lucis talis est ꝙ vbi plures radij ad aliqd̄ corpus solidũ dirigunt̄. ibi maior ē reflectio ⁊ maior splēdoris mltiplicatio Vñ iuxta terram maior est calor q̄ʒ in medio interstitio aeris ꝓpter maiorem ⁊ densiorem radiorum

solariũm multiplicationē. Sic moraliter esse de-
bet quo nanq̃ homo plures diuinoꝝ bñficioꝝ ra
dios recipit eo ꝑ gratiarũactiões plures radios in
deum reflectere ꝯuenit. vñ secũdi Machabeoꝝ.j.
De megnis ꝑiculis a deo liberati magnifice grati-
as agimus ipsi. Scdo gratiarũactio debet habe
assiduitatē. vñ apl'us pme Thessalonicẽ. primo.
gratias agimus deo semꝑ. ⁊ hec est rõ quare oĩs
canonicas horas ꝑ deo gratias terminamus. in si-
gnum ꝙ oĩa oꝑa nostra in eius debent gratiarũ-
actione finiri. vñ apl's ad Colosenses.iij. Oĩe qḋ-
cunq̃ facitis in verbo aut in oꝑe oĩa in domini
nostri Jesu xp̄i. facite gratias agentes deo ⁊ patri.
Unde vt dicit btũs Grego. Dignũ est semꝑ grãs
agere deo qui nunq̃ cessat benefacere nisi malicia
hominũ ꝓhibeat. qḋcunq̃ igit opus inchoaueris
primo inuoca deũ. ⁊ nõ desinas gratias agere cuʒ
ꝑfeceris illud ⁊c̃. Itẽ Bern. ⁊ ponit in flora. Bar-
thol. titulo de gratiarũactione. Reddamus inquit
deo nostro grãs de bonis q̃ agimus. eiq̃ cuʒ ysaia
ꝓpheta dicamus suppliciter. oĩa oꝑa nostra ope
ratus es in nobis domine deus noster. Maligni-
tas eñ est de beneficijs gratias nõ agere. multos
quidē videmus q̃ qḋ sibi deesse cognouerint opor
tune petunt. ꝫ paucos ad moduʒ nouimus q̃ suꝑ
acceptis beneficijs dignas videant agere gratiarũ
actiones. Felix ꝓinde est qui etiã ꝓ minimis deo
refert gratias debitas. quia gratiarũactõnē magis
q̃ȝ dationē a nobis exigit dñs deus dator oĩm gra-
tiarum. Unde refert sanctus Lucas euãgelista de
decem leprosis qui iubente domino vt se offerrēt
sacerdotibus. dum irent mũdati sunt. Unus aũt
ex illis vt vidit q2 mũdatus est. reuersus est cũ ma
gna voce magnificãs deum. ⁊ cecidit in faciē suam
ante pedes domini gratias agens. Respondit aũt
Jesus dicens. Nõne decē mundati sunt. ⁊ vbi no-
uem. non est inuētus qui rediret ⁊ daret gloriã deo
nisi hic alienigena. Et ideo btũs Bern. suꝑ Canti
ca ſmone.lj. Disce igit in referēdo inquit deo gra-
tias agere vt nulla videlicet dei dona debit gratia-
rumactione frustrent. nõ grandia. non mediocria
non pusilla. sicq̃ fiat vt nunq̃ tibi desit gratia dei.
Nam vt dicit Cassiodorus suꝑ illud psalmi. Mi-
sericordia tua ante oculos meos ꝙ meliora meret
recipere qui collata bona de corde ꝓbat non emit
tere. hec ille. Tertio gratiarũactio debet habere
vniuersalitatē. vt ꝓ oĩbus non solum ꝓ placen-
tibus ⁊ ꝓsperis. sed etiam ꝓ aduersis gratiarum-
actiones reddant. Unde ad Ephe.v. Gratias agē
tes deo ꝓ oĩbus. Arestotiles eñ.j. politicoꝝ ꝓpe
finē dicit. ꝙ Plato certas leges ordinauit. ꝙ ciues
se exercitarēt ꝑ vsum ⁊ studiũ vt fierēt ambidextri
⁊ vtraq̃ manus fieret eis vtilis ⁊ apta ad bellandũ
Isto modo moraliter nos exercere debem⁹ vt am
bidextri fiamus. vt videlicet nõ solum in tꝑe ꝓspe
ritatis. sed etiam tēpore aduersitatis cõtra fortunã
pugnare. ⁊ deo semꝑ regratiari sciamus ⁊ in aduer
sis. Dicit aũt Gallienus ꝙ mulier vtrasq̃ dexteras
habens fieri non põt. sed vir quãdoq̃ vtraq̃ manu
pro dextera vtit. Sic moraliter effeminati vtranq̃
fortunã equanimiter sustinere nõ possunt. sed tan-
tum vti sciunt ꝓsperitate quantũ semꝑ optant ha

bere. sed ꝑ oppositũʒ viri sancti oĩi fortuna bene
vtunt ad honorē dei ⁊ victoriam spũalem. Talis
fuit apl'us qui dicebat.ij. ad Coꝝ.ij. Deo aũt grãs
qui sꝑ triũphat nos in xp̄o Jesu. Quarto grã-
rũactio debet hr̄e hilaritatē siue iocũditatē vt fiat
nõ ex tristicia aut ex necessitate. In cui⁹ rei exēplũ
⁊ figuram legit Neemie.xij. ꝙ iudei in edificatiõe
muri hierusalem requisierũt leuitas de oĩbus lo-
cis suis vt adducerēt eos in hierusalē ⁊ facerēt de-
dicationē in leticia ⁊ gratiarũactione. ⁊ in cantico.
⁊ in cymbalis. ⁊ in psalterijs ⁊ in cytharis. ⁊ gratia
rumactio taliter cum leticia pacta bene placet deo
Unde solinus in de mirabilibus mũdi dicit ꝙ in
alesina regione est fons quietus semꝑ ⁊ nunq̃ ma
nans nisi ad cantũ vel ad cytharam siue ad tybiã.
sed statim vo ad sonum melodie tumescit ⁊ aluum
suum excedit. De quo fonte dicit psalmista. Siti-
uit anima mea ad deũ fontē viuũ. Spũaliter fons
omnis bonitatis deus est. hic vo ad letam gratia-
rumactionē statim exuberat ⁊ beneficioꝝ suorum
aquas inundat. Sed ꝑ oppositũ beneficia sua sub
trahit ab illo qui gratiarũactiones sibi letifice nõ
reddit. In cuius rei figurã legit Jone quarto ꝙ io
nas a niniue ciuitate exiēs. ascēdit ad quēdaʒ mõ-
tem. in quo fecit sibi vmbraculũ vt ꝓtegēret seipm
a solis ardore. ⁊ preparauit dñs ederam. ⁊ ascēdit
suꝑ caput eius vt esset vmbraculum suꝑ caput ei⁹.
ꝓtegeretq̃ eũ ne ardor solis ei nocumētũ inferret.
qḋ cum Jonas vidisset gauisus ē gaudio magno
nõ debito modo reddens deo grãrũactiones. sed
ꝓiecit se ⁊ obdormiuit in vmbra edere. ⁊ iõ eo dor
miēte dñs parauit vermem ⁊ ꝑcussit ederaʒ ⁊ exa-
ruit. Cumq̃ euigilasset Jonas etiã ꝓspexit ederam
destructã. et sentiēs solis ardorē siue calorē nimie
vrētem. petijt aĩe sue vt moreret. Moraliter nini
ue natiuitas interꝑtat. Jonas vo dolens interꝑtat
⁊ etiam Jonas exiēs de niniue significat hominē
in sua natiuitate nudum ⁊ pauperē cũ dolore ⁊ la
chrymis exeunteʒ de ventre matris sue. Mons in
quē Jonas ascēdit significat altũ statũ dignitatis ⁊
honoris mundani. ad quē montē quasi oẽs hoĩes
appetunt ascendere tam tꝑales q̃ȝ etiã spũales. qḋ
tamē valde ꝑiculosum est. q2 sicut q̃ transit ꝑ viam
montuosam ex modico lapsu imminet magnũ pe
riculum. sic vt dicit btũs Greg. In quãto gradus
altior in tanto lapsus grauior. Et ratio Bromyor-
de in libro suo de iure canonico ⁊ ciuili. Licet inq̃t
status honoris sit status licitus ⁊ meritorius bñ se
habētibus. tñ ꝓpter ꝑiculum sibi annexum fugiē-
dus est vel inuite recipiēdus. Uerũtamē sicut di-
cit Holcot in lectura libri Sapiētie lectiõe.lxj. De
multis ambitiosis ē sicut de lepore. nã sicut lepus
libentius ⁊ velocius currit ꝯtra montē ascēdendo
q̃ȝ de monte in vallē descendēdo. Et causa ē. q2 cru
ra anteriora sunt breuiora q̃ȝ posteriora. Sic suꝑ-
bi certe ad statũ dignitatis ⁊ honoris multo liben-
tius ⁊ cũ velociori desiderio ascēdunt q̃ȝ descēdũt
ad vallē humilitatis. Et cã est. q2 sicut lepus crura
anteriora breuiora q̃ȝ posteriora possidet. Spũa-
liter pure affectiões hominis ad deũ sunt ei quasi
crura anteriora affectiões vo ad mũdũ sunt ei q̃si
crura posteriora. Et q2 suꝑbi breuiores affectiones

habent ad deum ꝙ̃ ad mundũ. ideo velocius currunt ad montẽ ſupbie ⁊ ad ſtatum dignitatis ⁊ honoris ꝙ̃ ad vallem humilitatis. vñ pſ. Supbia eorum q̃ te oderunt aſcendit ſemp. Per ederam que creſcebat in mõte de qua vehemẽter gaudebat Jonas. ⁊ in cuius vmbra ꝓiecit ſe ⁊ obdormiuit. ſignificatᷓ ꝓſperitas ⁊ honor mũdanus q̃ conſiſtit in altis ſtatibus huius mũdi. quẽ cum adeptus fuerit aliquis hõ ſupbus gaudet et letatᷓ acſi illa ꝓſperitas ſecum ineternũ duraret. ⁊ ſicut Jonas ſic tales ſupbi non reddũt deo gratias de ſua ꝓſperitate et de ſtatu honoris in quo ponuntᷓ. ſꝫ ꝓijciunt ſe q̃ſi obſtinati in vicijs ⁊ voluptatibus dormiẽtes. De cuius dormitiõis cauſa dictũ eſt ſupra parte q̃nta cap̃. ix. de ſomnolentia circa mediũ. Et ſicut Jona dormiente venit vermis et deſtruxit ederam quaꝫ deſtructã ⁊ ſentiẽs ſolis colorẽ nimie vrentẽ petijt anime ſue vt morereᷓt. Sic talib⁹ ſupbis in ſuis voluptatib⁹ dormiẽtibus ⁊ peccatis anteꝙ̃ ſciuerint veniet vermis mortis. ⁊ totã ederam mũdane proſperitatis aufert ab eis. et tunc ſupueniens ardor ignis infernalis eos in capite. i. in anima ꝑcutit ſiue cõburendo. Unde ⁊ tunc ſicut Jonas videns ederam ſuam eſſe deſtructã ⁊ ſentiẽs vehemẽtem ſolis ardorẽ petijt anĩe ſue vt morereᷓt. Sic ⁊ tales voluptuoſi ſupbi vidẽtes ab eis ablatã ederã mũdane ꝓſperitatis. ⁊ ſentiẽtes ardorẽ ignis infernalis. put ꝓijcitᷓ Apoc̃. ix. Querent mortem ⁊ nõ inuenient. deſiderabunt mori. ⁊ mors fugiet ab eis. Unde ⁊ tunc merito dicere pñt illud Sap̃. v. cap̃. Quid nobis ꝓfuit ſupbia. aut diuitiarũ iactantia quid ꝯtulit nobis. tranſierũt oĩa illa velut vmbra.

F Sextus gradus pncipalis ingratitudinis ptinens ad primã ſpẽm ſupbie omniũꝙ̃ grauiſſimuſ eſt. beneficiũ acceptũ nullaten⁹ recognoſcere. ſed aut ꝑ ſupbiam vł obliuionẽ ſeu quouiſmodo alio penitus abnegare. Unde de iſta ingratitudine impioꝝ cõqueritᷓ dñs ꝑ ꝓphetam pſal. lxxvij. dicens. Obliti ſunt benefactoꝝ eius. ⁊ mirabiliũ eius que oſtendit eis. Item Oſee. xiij. ca. Adimpleti ſunt ⁊ ſaturati ſunt ⁊ leuauerũt cor ſuũ ⁊ obliti ſunt mei. Itẽ Hiere. ij. Populus meus oblitus ẽ mei diebus multis ⁊ innumeris. Et iſte tertius gradus hꝫ aliũ gradũ ingratitudinis ſibi annexũ. puta cum quis beneficiũ reputat maleficiũ. ſꝫ quoſlibꝫ tales maledicit dñs ꝑ ꝓphetaꝫ Yſa. v. ca. Ve qui dicitis malum bonũ. ⁊ bonũ malũ. De iſta eñ ingratitudine loquitᷓ doctor de mediavilla ſup. iij. ſentẽtiaꝝ in ꝑſona xp̄i pendentis in cruce ſic pctõrẽ ingratũ alloquẽtis. Uide inquit hõ q̃ ꝓ te patior vide ſi eſt dolor ſicut dolor quo ꝓ te crucior. ad te clamo qr ꝓ te morior. vide clauos q̃bus ꝯfodior ⁊ cũ ſit dolor tantus exterior. intus tam longe grauior ad te tam ingratum experior. Vñ ⁊ de iſta ingratitudine doctor q̃dam dicit. ⁊ ponitᷓ in flora. Bartho. titulo. de ingratitudine. Licet inquit xp̄i paſſio et ꝓcioſi ſanguinis eius iniuſta effuſio. ſufficiens ⁊ copioſa eſſet redẽptio ꝓ vniuerſo mũdo. maior tamẽ pars hoim damnabitᷓ ꝓpter eoꝝ ingratitudinẽ ⁊ infidelitatẽ. Ingratitudinẽ dicit quo ad iniq̃s xp̄ianos infidelitatẽ vo q̃ ad oẽs incredulos. Et ideo merito de iſta ingratitudine loquitᷓ btũs Bern. ſup. Cant. ſermone. v. Ingratitudo inq̃t inimica eſt anĩe exinanitio debitoꝝ. virtutꝫ diſꝑſio. bñficioꝝ ꝑditio. ventus vrens ⁊ deſiccans fontẽ pietatis rorem miſericordie ⁊ fluenta gr̃e. Vix in iferno inuenitᷓ ſupplicium q̃ puniatᷓ ingratitudinis viciũ ⁊ nimiꝝ. nam vt dicit be. Bern. ſup cãtica ſmone. liiij. nihil ita diſplicet deo preſertim in filijs gr̃e ſicut ingratitudo. Unde magnitudo gratitudinis dei dando pctõri penitẽti veniã ⁊ gr̃am. ⁊ ſuo ꝓcioſiſſimo ſanguine redimẽdo eũ de manib⁹ demonũ et a debito pene mortis et̃ne aggrauat pctm̃ ſue ingratitudinis cũ mortaliter peccat malum ꝓ bono deo reddit. Qđ ex hoc ptꝫ ꝙ cuꝫ ꝓ remiſſione pene debite mortis. obligaretᷓ hõ remittẽti vel liberanti durante tp̃e vite ſue. etiaꝫ ⁊ ſi mille annis viuere poſſet. qđ ptꝫ ex hoc ꝙ ꝓ ꝯtinuatõne vite ſue tp̃alis ⁊ mortis euaſione tp̃alis tanto tp̃e ſeruiret volũtarie a morte tali ſe liberãti. cũ aliter mortẽ euadere non poſſet. A multo igitᷓ fortiori ꝓ euaſione mortis eterne incorporaliter grauioris. de qua xp̄us ꝑ ſuã doloroſam paſſionẽ hoiem liberauit tenetᷓ hõ durante vita ſua ſua obedienter deo ſeruire qđ niſi fecerit ingratus dãnabiliter cõprobatᷓ. Cuius ingratitudinis figuram habem⁹. j. Reg. xxiij. ca. vbi legitᷓ ꝙ cũ dauid liberaſſet viros ceyle de manu philiſtinoꝝ. ⁊ moraretur in ceyla. dixit dñs ad dauid ꝙ traderẽt eũ viri ceyle. quoꝝ ingratitudinẽ cernẽs Dauid ꝓrinus ab eis receſſit. Spũaliter dauid manufortis interpretatᷓ. ⁊ ſignat xp̄m. de cuius fortitudine dr̃ Job. xiij. ca. Si fortitudo queritᷓ robuſtiſſim⁹ eſt. Philiſtei cadẽtes interp̃tantᷓ. ⁊ malignos ſpũs q̃ de celo ceciderũt ſignãt. Ceyla ſuſcitans eã interp̃tatᷓ. ⁊ ꝑ viros ceyle intelliguntᷓ penitẽtes q̃s deus ſuſcitauit a morte peccati. ⁊ a ꝑiculo eterne dãnationis deſiderãs cũ illis in ciuitate ſuaꝝ aĩaꝝ manere. ſed multi ingratiſſimi miſeri ſimiles viris ceyle nolẽtes tentationib⁹ dyaboli reſiſtere. ſꝫ expulſo xp̄o ciuitatem mentis ſue voluntarie tradunt inimicis. ⁊ quantũ in ſe ẽ ſimiles ingratiſſimo iude traditori iterũ tradũt xp̄m ad crucifigenduꝫ. dicẽte apl̃o. ad Hebreos. vj. ca. Rurſuꝫ crucifigẽtes in ſemetip̃is filium dei. De predicto eñ triplici gradu ingratitudinis Seneca in libro ſuo. de beneficijs. Ingratus inquit eſt q̃ nõ reddit ingratior q̃ diſſimulat. ſꝫ ingratiſſimus omniũ qui beneficiũ nõ recolit ſed omnino obliuiſcitᷓ. Hoc igitᷓ viciũ ingratitudinis auerte a nobis xp̄e Jeſu. qui nobis gratitudinem maximam miſericorditer oſtendiſti. Amen.

Capitulum V

S Ecunda ſpecies ſuperbie eſt. cũ quis bonũ qđ habet ſibi datuꝫ deſup credit. ſed tñ hoc ſe accepiſſe ꝓ ſuis meritis eſtimat. A Ad cuius vicij deteſtationẽ tria ſpecialiter ſunt ꝯſideranda. Primũ eſt ꝙ ex hoc ſequitᷓ ꝯtradictio manifeſta. Et hoc probat apl̃s Roma. xj. dicẽs. Si aũt gr̃a iam nõ ex operibus ſupple datᷓ homini. alioq̃n gratia nõ ẽ gratia. quaſi diceret. Quia qđ datᷓ alicui ꝓ ſuis operibus meritorijs debituꝫ eſſe videtᷓ ⁊ nõ gratuitũ. ⁊ ſic q̃ hoc vicio laborat deum liberaliſſimũ largitorem ſue gratie facit venditorem. dum ea que deus ei li-

bere dat credit se suis meritis emere et ꝑ cõsequẽs
blasphemando deū simoniacū. qꝛ venditorẽ sue
gratie reputat. Secundū militans ad huiꝰ vicij
detestationẽ est hoc ꝙ viciū illud obstruit homini
fontẽ miscđie. Nam si illi q̃ laborant hoc vicio pe
tunt aliquid a dño sibi misericorditer condonari.
merito põt illis dñs respondere. Jte ad vendẽtes
⁊ emite vobis. sicut dixerūt virgines prudẽtes vir
ginibus fatuis Math. xv. ⁊c. Tertium militans
ad detestationẽ huiꝰ vicij est magna fatuitas que
cõcomitat̃ hoc viciū. q̃ fatuitas quadrupĺici osten
ditur rõne. Primo. qꝛ quantūcunq̧ tenet̃ homo
ip̃e tñ nõ sufficit soluere deo qđ ei debuit. vñ Bern.
in libro de diligẽdo deū. Si totū inquit me debeo
ꝓ me facto quid addam ꝓ me facto ⁊ refacto. Nec
eñ tam facile refactus sum sicut factus. siquidem
non solum de me. ẜ etiam de quocūq̧ quod factū
est. quod scriptū est. dixit ⁊ facta sunt oĩa. At vo
in reficiendo ⁊ dixit multa. ⁊ gessit mira. ⁊ pertulit
dura. ⁊ non tantū dura. sed etiam indigna. In pri-
mo opere me dedit. in scđo se. ⁊ vbi se dedit me mi
hi reddidit. Datus igit̃ ⁊ redditus me ꝓ me debeo
⁊ bis me debeo. Sed quid deo retribuã ꝓ se. nam
⁊ si me millesies rependere possem. quid sum ego
ad dominū. hec Bern. Item Johãnes episcopus
in quodam sermone. ⁊ ponit̃ florarcio Barthol. ti-
tulo de gratiarūactiõe. Reuera inquit si humana
conditio creatori et redẽptori suo quid debeat no-
scat. atq̧ eius beneficiorū innumerã multitudinẽ
momentis oĩbus diligẽter retractãdo intelligat
inueniret sue seruitutis obsequia ꝯtinuis laudibꝰ
⁊ iugi gratiarūactione equari nõ posse. neq̧ enim
beneficia a domino nostro prestita nobis atq̧ col
lata. vel modū poterunt habere vel numerū. certe
nec terminū. quippe cum nec sensus ad inuestigã
dum sufficiat. nec sciẽtia suppetat ad laudandum.
immẽsitas eñ beneficiorꝫ superat cogitatiões sen-
suum. ⁊ innumera multitudo donorꝫ vicit volun-
tatem verborꝫ. nec etiã si totius vite nostre tẽpus
oris obsequia occupent laudẽ. teneant etiã si gra-
tiarūactionibus insistant. poterimus recompẽsa-
re quod debemus. Et ideo merito dicit̃ Job. ix. c.
Si quis voluerit ꝯtendere cum deo. nõ poterit re-
spondere vnū ꝓ mille. Qđ ꝯsiderans btũs Bern.
O inquit si cognouisses q̃ multa debeas deo. vi-
deres ꝙ nihil est qđ facis. nam primo debes chri-
sto totã vitam tuã. quia ipse ꝓ vita tua posuit vitã
suam. Secūdo exigunt p̃terita tua peccata futurã
vitam tuam vt facias dignos fructus penitentie.
⁊ recogites oĩes annos tuos in amaritudine ani-
me tue. Tertio forte desideras habere gloriã illam
in qua tot sunt bona ꝙ testante apostolo. Oculus
non vidit nec auris audiuit. nec in cor hoĩs ascẽ
dit que preparauit deus diligẽtibus se. Nonne ad
hanc gloriam captandã te ⁊ quecūq̧ poteris dare
oportebat. ⁊ cum omnia compleueris teste beato
Bernardo. non sunt talia merita nostra vt ꝓ illis
gloria eterna debeat ex iure. vt deꝰ iniuriã faceret
nisi eam nobis donaret. In cuius ꝯfirmationẽ di-
cit apostolus ad Roma. viij. Nõ sunt ꝯdigne pas-
siones huius temporis ad futuram gloriã que re-
uelabitur in nobis. quantū debes deo totū quod
es vt totum quod habes q̃ te fecit ⁊ bene fecit. ⁊ cū
cta q̃ habes tibi ministrauit. Sed cui horꝫ debitorꝫ
que debes reddere ꝓponis siue sufficis. quãta igit̃
fatuitas ẽ ꝙ homo credat ꝓ meritis suis bona sua
habere. cum hõ non sufficiat soluere deo qđ debet
solutio eñ debiti recipientẽ nõ obligat sed debito-
rem absoluit. Quod ꝯsiderans ꝓpheta. Quid in-
quit retribuã dño ꝓ omnibus que retribuit mihi.
Calicem salutaris accipiã. i. fructuose primam acci-
piam. ⁊ sm posse meū debitū meum soluam. ⁊ de
residuo qđ soluere nõ sufficio nomẽ domini inuo-
cabo. i. eius miscđissimam clementiam delicti mei
dimissione postulabo. dicẽdo sicut ipsemet docuit
me. Dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos dimit
timus debitoribꝰ nostris. nam miscđia eius plus
dimittit q̃ postulat̃. sicut legit̃ Math. xviij. Ser-
uus q̃ debebat dño suo decẽ mila talẽta petijt debi
ti sui dilationẽ ⁊ accepit sub tacita ꝯditiõe adiecta
totius debiti dimissionẽ. nam dñs dimisit debitū
seruo suo sub ꝯditione licet non exp̃ssa. ꝙ ipse de-
beret simili modo misericordit̃ debitū sui cõserui
dimittere. qđ ptꝫ ex illo qđ sequit̃. Nõne oportuit
te misereri conseruo tuo sicut ⁊ ego tui misertus sū
quasi diceret. nõne sub tali ꝯditione dimisi tibi de
bitū tuū. vñ Math. vj. talis ꝯditio est expressa vbi
dicit̃. Si dimiseritis hoibus pctã eorū. dimittet ⁊
vobis pater vester celestis peccata vestra. si aūt nõ
dimiseritis. nec pater vester dimittet vobis pecca-
ta vestra. Item Luc. xxij. latro pendẽs in cruce cū
xp̃o orauit dicens. Memẽto mei dum veneris in
regnum tuū. Sup quo Augusti. Considerabat in
quit facinora sua. ⁊ ꝓ magnis habebit vt saltē in
fine sibi parceret̃. Dominus aūt ꝯtinuo dixit sibi.
Amen dico tibi. Hodie mecū eris in paradiso. Ec
ce inquit beatus Augu. Misericordia obtulit qđ
misera miseria distulit. hec ille. B Secundo
patet fatuitas illius q̃ sibi data a deo credit ꝓ suis
meritis se habere. ⁊ ex hoc ꝙ bñ opãdo facit ipse
suã ꝓpriam vtilitatẽ ⁊ nõ vtilitatẽ dei. Deus enim
bonorꝫ nostrorꝫ nõ eget. vnde Luc. xvij. Cum fece-
ritis oĩa q̃ vobis p̃cepta sunt. dicite serui inutiles
sumus. qđ debuimus facere fecimus. In quo ver
bo innuunt̃ due supradicte rõnes. s. ꝙ bene operan-
do debitum. qđ debemus soluimus ⁊ ꝙ deo serui
inutiles sumus. ⁊ ideo timere debemꝰ q̃si serui in-
utiles deo illã sententiã Math. xxv. Inutilẽ seruū
eijcite in tenebras exteriores. qđ eñ debet̃ homini
ex hoc ꝙ ꝓpriam vtilitatẽ facit. Tertio ptꝫ predi
cta fatuitas ex hoc ꝙ hõ nihil dat deo nisi p̃us de
us hoc dederit illi. vñ dñs Job. xlj. Quis aūt de-
dit mihi vt reddã ei. oĩa q̃ sub celo sunt mea sūt.
Item Ysa. xxvj. Oĩa opa nostra opatus es in no
bis dñe. Item beatus Augusti. Dñe semꝑ erogat̃
tibi vt debeas. ⁊ quis habet quicq̃ nisi tuū. reddis
debita nulli debẽs. donas debita nihil ꝑdens. hec
ille. Quarto pꝫ p̃dicta fatuitas. ex hoc ꝙ que in
oculis nostris vident̃ merita. frequenter in oculis
dei sunt demerita. vñ Job. iiij. Ecce q̃ seruiūt ei nõ
sunt stabiles ⁊ in angelis suis repperit prauitatem
quanto magis hi qui habitant domos luteas que
terrenū habent fundamentū. tamen consument̃
velut a tinea. Item Ysa. lxiiij. Facti sumus vt im-

mundus om̄es nos quasi pannus mēstruate vni-
uerse iusticie nostre. Item btūs Greg. Sepe inq̄t
iusticia nostra ad examen iusticie diuine deducta.
iniusticia ē ⁊ sordet in ꝯspectu iudicis. qđ fulget in
ꝯspectu operantis. Nemo igiť de meritis suis ꝯfidat
que in compatione ad sua demerita in ꝯspectu dei
valde pauca sunt. vñ Job. ix. Si voluerit q̄s cum
deo ꝯtendere nō poterit rñdere vnū ꝓ mille. nec cū
decē millibus possit occurrere ei q̄ cum viginti mi-
libus venit ad se. Luc. xiiij. Quod ꝯsiderās beatꝰ
Ansel. Dñe inquit deus rex celoꝝ mūdi redēptor
de toto corde ⁊ tota mente ⁊ ex totis viribꝰ meis te
adoro te laudo teq̄ȝ glorifico atq̄ȝ benedico. tue mi
sericordie ⁊ clemētie gratias ⁊ laudes refero. ꝓ ma
gna misc̄dia tua. quā in me misero ostendisti. non
meis meritis quibꝰ nil nisi suppliciū deberet. ſȝ so-
la gratuita benignitate ⁊ miseratione atq̄ȝ clemen-
tia ⁊ pietate tua. Vñ ⁊ si tibi possem exhibere quic
quid honoris seruitutis ⁊ amoris oīs exhibet mū-
dus exiguum mihi videreť ⁊ esset. hec Ansel. ⁊ po
niť in flora. Bartho. titu. de gratiarūactione ⁊c̄.

Capitulum VI

AD predictaꝫ secundā
specīe supbie ptinet arrogantia. Vñ arro
gare idem est qđ ascribere vel deputare.
Et sic arrogantia est interior cordis elatio qua sibi
mendaciter aliq̄s ascribit virtutē ⁊ supportationē
alioꝝ vnde Holcot in lectu. l. sapiētie. lect. c. Nō-
nulli inquit cū pauca faciant magna sibi arrogāt.
⁊ facta ꝓpria nō aliter extollūt q̄ȝ si ꝑ ea ceteri om̄s
homines supportareť. tales em̄ inq̄t similes sunt
babevuyno depicto vel sculpto in edificio q̄ collo
humeris ⁊ brachijs et facie ꝓminens totā fabricā
cum onerosa fatigatiōe se simulat supportare. ⁊ tm̄
fabrica eque fortiter staret si totū illud idoluꝫ dele-
retur. tales inquit etiā similes sunt cuidā a mente
alienato qui semꝑ stans sub diuo. nullo mō volu-
it domū intrare. nec sedere bibere vel manducare.
requisitus aūt q̄re ita faceret. respondit ꝙ ipse sup
portabat celum. ⁊ si horā modicā dimisisset celum
esset casurum. Itē spūaliter est de nōnullis nimis
presumptuosis q̄ inflati seculari scientia reputant
totam ecclesiā sustentare sua sapiētia ⁊ discretione
quā se habere simulāt. quoꝝ cuilibet diť Isa. xlvij.
Sapiētia ⁊ scientia hec decepit te. Item Ro. j. Ob
scuratū est insipiēs cor eoꝝ. dicentes em̄ se esse sa-
piētes stulti facti sunt. Et ideo merito diť Eccle. vj.
Non te extollas in cogitatione aīe velut thaurus.
ne forte elidať virtus tua ꝑ stulticiā. Vñ dicit ꝓphe
ta Isa. v. Ve qui sapiētes estis in oculis vestris. ⁊
corā vobismetipsis prudentes. ⁊ ideo ſm ꝯsilium
ꝓphete Hiere. ix. Non gloriet̄ sapiens in sapiētia
sua. ⁊ nō gloriet̄ diues i diuitijs suis. ⁊ nō gliet̄ for
tis in fortitudine sua. ſȝ in hoc gloriet̄. q̄ gloriatur
scire ⁊ cognoscere ⁊c̄.

Capitulum VII

TErtia spēs supbie est.
cum q̄s iactat se habere bonū qđ non ha
bet. hoc est cum quis v̄bis se extollit ⁊ di
cit in cōmēdatiōeꝫ suijpsius supra id qđ ē in se ſm
v̄itatē vel ſm opinionē. Et differt iactātia ab arro
gantia i hoc. ꝙ arrogātia ē in corde tm̄. iactātia v̄o
in ore. Et ꝓcedit ab arrogātia tanq̄ȝ causatū a cau-
sa. nā ⁊ si nō p̄cesserit mētis occulta gloriatio. non
seq̄reť iactātie apta laudatio. Et est iactātia dicti vľ
facti exterior pomposa ostentatio ad vane laudis
gloriā ꝯsequendā. Et diciť iactantia a iacto vel ia-
cio. qđ est ex pte extollere seu longe late ve dispge-
re. eo ꝙ dispergit exterius ad inanē gloriā. ille quē
mens tumet interius ꝑ arrogātiaꝫ. magnitudo em̄
huius vicij sextuplici pōt rōne ostendi. Primo
quia q̄ hoc vicio laborat ꝑ viam humilitatis non
ambulat. ⁊ ideo piculose se p̄cipitat. qđ pōt ostēdi
ꝑ exemplū nature. Sicut em̄ arbor naturaliter alti
tudinem suā habet a radicis ꝓfunditate. ⁊ ideo si
prescindať ⁊ separeť a radice statim p̄cipitať ⁊c̄. si-
cut supra pte quarta. ca. xliij. vbi agiť de tertio re-
gis pacifici ꝯsilio ⁊c̄. Secūdo magnitudo huiꝰ
peccati patꝫ ex hoc ꝙ viciū istud destruit bona na-
ture bona fortune ac etiā bona gratie. Vñ quidaꝫ
metricus. Si tibi copia seu sapiētia formaq̄ȝ detur
Sola supbia destruit om̄ia si comiteť. Vñ sicut gal
lina cū ouū posuerit vehementer statissime garru
lat. ⁊ ideo ouū suū multotiēs causa clamoris amit
tit. Sic hō supbus bona sua fortune. nature ⁊ gra-
tie ꝑ suam garrulosaꝫ iactantiā frequēter meretur
amittere. Vñ de bonis fortune exemplū habeť de
rege ezechia q̄ susceptꝰ seruis regis babilonici oīa
bona fortune q̄ erant in domo sua. iactātia ostēdit
pomposa. ⁊ iō voce ꝓphetica ꝓtinus sibi dictū au
diuit. Ecce dies venient ⁊ auferenť om̄ia q̄ in domo
tua sunt in babilonē ⁊ nō relinqueť quicq̄ȝ dicit do
minus. qđ ⁊ factū est. vt ptꝫ. iiij. Reg. xx. Et de bo-
nis nature exemplū habemꝰ Dañ. iiij. đ nabucho
donosor rege. qui cum se iactaret de edificatiōe ci-
uitatis babilonice. ⁊ de sua fortitudine ⁊ decore di
cens. Nonne hec est babilon ciuitas magna quaꝫ
ego edificaui in domū regni ⁊ in robore fortitudi-
nis ⁊ in gloria decoris mei. Cum igiť sermo adhuc
esset in ore eius vox de celo ruit. Tibi diť nabucho
donosor rex. Regnū tuū transiet. ⁊ ab hoībus eij-
ciēt te. ⁊ cū bestijs atq̄ȝ feris erit habitatio tua. Fe-
num quasi bos comedes. quod ⁊ factū est. quia sta
tim ſm omnia membra sua naturalia mutatus est
a similitudine sua naturali in similitudinē bouis
comedentis fenum. Et q̄ȝtum ad tertium. scꝫ ꝙ bo
na gratie per iactantiā ostensa perdanť saltē q̄ȝtuꝫ
ad meritum testatur christus Matth. v. ⁊ vj. ca. di
cens. Amen dico vobis quia receperūt mercedem
suam. Tertio magnitudo huius vicij ostēditur
ex hoc ꝙ qui in hoc vicio laborat penam meretur
eternam. dicēte btō Grego. viij. moraľ. qui fauore
hominū ⁊ laudibus delectať in tempore retribu-
tionis ꝓ delectatione laudis sentētiam accipiet in
crepationis diuine. ⁊ ꝓ tempali quā percipit glo-
ria. perpetua sustinebit tormenta. Quarto ma-
gnitudo huius vicij patet ex magna cōmendatio
ne virtutis sibi opposite. vnde Bern. Magna in-
quit virtus ⁊ rara est aliquē apparere laudabilem
⁊ esse ⁊ ꝯtemptibilem se putare. Ego enim hoc ce-
teris virtutibus mirabilius iudico. Sed econtra di-
ci potest ꝙ valde magnum vicium est aliquē mi-

ferabilē apparere. ⁊ laudabilē esse ⁊ se putare. hoc eñ ceteris vicijs nūera bilius ē iudicandū. hec ille
Quinto magnitudo huius vicij pꝫ ex hoc ꝙ vicū istud nō solū pdit gratiā receptā q̄tū ad meritū vt dictū est. ꝫ etiā impedimentū ē gratie recipiē de. qō triplici rōne ostēdit. Primo. qꝛ q̄ hoc vicio laborat gratiā dei nō petit cū credat se illā habere. ⁊ qꝛ nō petit nō accepit. vñ Seneca. Ideo inquit mutari nolimus. qꝛ nos optimos credimus. Secūda rō est hec. Scit eñ deus ꝙ q̄ in hoc vicio laborat de eius collata gratia sibi esset ingratus. cuꝫ credat ipē eam veraciter habere. ⁊ sic pderet deus gratiā suā si ei illā donaret. Vnde Berñ. Nūquid inqt perit qō daꝛ ingrato. q̄si diceret sic. Tercia rō est hec. qꝛ q̄ hoc vicio laborat q̄si plenus est nihilo ⁊ ideo non pōt recipe aliqd. Vñ Bernardus. Sicut inqt non ē aliqd quo se immisceat vanitas vbi totū occupat charitas. ita non ē quo se immisceat veritas qñ aliquē totum occupat falsitas ⁊c. Sexto magnitudo huius vicij pꝫ ex magna delusione qua deludiꝛ qui hoc vicio laborat. Vnde Parisieñ. Hoc inqt vicio laborās deludiꝛ eo modo q̄ delusus ē qdā rusticus portans agnum venalē ad foꝝ. quem qdam leccator videns dixit socijs suis. Vultis agnū istum habere quē rusticus iste portat. Qui dixerunt. Libēter volumus habere illū. Et ille disposuit socios suos p diuersa loca p quos rusticus ille erat transiturus dicens ꝙ q̄libet eoꝝ a rustico quereret. an vellet canem suū vendere. ⁊ cum primus illoꝝ hoc a rustico quereret. Respondit rusticus ꝙ nō erat canis ꝫ agnus. Et cum alij similiter q̄siuissent. ad vltimū rusticus credidit de agno ꝙ esset canis. ⁊ illum a se pꝛiecit. Sic supbus adulatoꝝ cōmendationes audiēs multiplices ad vltimū credit se habere bonū qō certissime in conscientia sua pꝰus se non habere sciebat. Et ideo merito dicit pꝛpheta Ysa. iij. Pple meus q̄ te btm̄ dicūt ipi te decipiūt.

Capitulum VIII

Post predictam terciaꝫ speciem supbie reduciꝛ yronia que opponitur iactantie in hoc ꝙ iactans de se fingit frequenter maiora bona q̄ꝫ habeat. vtputa cum negat de se aliquid magnū qō tamē pcipit in se esse. vt Socrates q̄ sciens philosophus fuit finxit se ignaꝝ. vel cuꝫ asserit in se vel de se aliquid vtile qō in se non cognoscit. ⁊ aliquando eñ facit vt fingat se lꝫ indirecte p elationem alijs pfectiorem. vt cum quis causa ficte humilitatis dicit se peccasse vbi nō peccauit. vel grauius peccasse q̄ꝫ sentit seipm peccasse. qō reprobat Augꝰ. dicēs. Cum humilitatis causa mētiris si nō eras peccator añq̄ꝫ mentiebaris mentiēdo pctōr efficieris. hec Augꝰ. ⁊ poniꝛ in cano. xxij. q. ij. cū humilitatis causa. Et aliquādo ꝓ aliqs minora de se fingit bona vt dolose decipiat. sicut cū aliquis fingit se insipientem. pauperēꝫ vel impotentē. vt p hoc cautius suū pꝛimū innocentem decipiat. Vnde Crisosto. de ope. imp. omelia xix. Si inqt videris infidelē humilem aut māsuetū scito ꝙ subdolus ē in corde. Vñ pꝛpha. Molliti sunt sermones eius sup oleū. ⁊ ipi sunt iacula. De

quolibet enim tali diciꝛ Ecclesiastici. ix. Est qui ñe quiter se humiliat. ⁊ interiora eius plena sunt dolo. Contingit etiam aliquem de se vilia vel minora bona q̄ꝫ in se sentit non mentiēdo. ꝫ veritatem celādo fingere. vt p hoc ipemet vel alius adiutus p eū cautius euadat periculum. ⁊ hoc licitum est etiam viris pfectis. vt exemplū habemus de Iheu ⁊ Dauid. vt dictum est supra p beatū Hieronymū parte. iiij. c. vij. vbi agiꝛ de mendacio officioso. Contingit etiam qñq̄ꝫ aliquem p exteriora facta vel p verba ptendere defectū ex interioribus rebus scꝫ in victu vel vestitu. puta p abiectam vestem vel abstinētiam vt simulet se alijs pfectionem habere maioreꝫ scꝫ vt reputeꝛ paup esse spū vel rebꝰ vel magne penitentie. cū tamen talis non sit. De talibus eñ dicit christus Math. vj. Extermināt enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. ⁊ tales incidunt in hypocrisim. q̄ fingūt se habere sanctitatem quam non habent. ⁊ incidūt in iactantiam eo ꝙ ptendūt se habere bonū qō non habent. Sꝫ yronia tamen contrariaꝛ iactantie ratōe materie circa quam existit. qꝛ iactans fingit d̄ se maiora bona q̄ꝫ habeat. Sed yronicus fingit de se maiora bona q̄ꝫ habeat. vt dictū est. Et est yronia sententia pꝛnunciationi contrariū habens intellectū. vtputa cū aliquis seipm vituget vt p hoc laudabilis intelligaꝛ. vel cū diciꝛ homini male agenti qō bonū est qō facit. p hoc innuens ꝙ rephensibilis intelligaꝛ. Et diciꝛ yronia ab yros. qō est cōtrariū. ⁊ onoma nomē. quasi faciens pꝛnūciationē contrariam intellectui De hac tractat philosophus li. iiij. Ethi. dicens ꝙ yronia ⁊ iactantia sunt vicia opposita virtuti veritatis. Iactantia qdem p supabūdantiam ⁊ excessuꝫ Sed yronici p defectū ⁊ diminutionem. ⁊ ideo fm eū species est mēdacij qō fm omnes species suas pꝛhibeꝛ p illud mandatū decalogi. Non falsum testimoniū dices. p qō ois falsitas pꝛhibeꝛ.

Capitulum IX

Quarta species superbie est cum quis despectis ceteris appetit singulariter alijs pcellere ⁊ pferri. ¶ De illis enim q̄ hoc vicio laborant dicit psal. Confundanꝛ supbi. qꝛ iniuste iniqtatem fecerūt. Iniuste iniqtatem faciūt supbi qui eos despiciūt qui secum eūdem patrem ⁊ matrem habuerūt. Sed certe omnes homines ex pte corpis eūdem habēt patrem ⁊ matrē. iuxta illud Iob. xvij. Putredini dixi pater meꝰ ⁊ mater mea es. ⁊ soror mea vermibꝰ. Itē ex pte anime omnes hoies habent eūdem patrē. dicēte pꝛpha Malach. ij. Nunqd nō vnus paꝛ est omniū nostrū. nunquid nō vnus deus creauit nos omnes hoies. Quare igiꝛ despicit vnusquisq̄ꝫ fratrē suū. Predictis eñ q̄tuor speciebus superbie xps innuit esse infectos. contra q̄s legiꝛ in euangelio Luce. xviij. vbi diciꝛ. Dixit Iesus ad q̄sdaꝫ q̄ in se pfidebant ⁊ aspnebanꝛ ceteros parabolam istaꝫ. Duo homines ascenderūt in templum vt orarent vnus phariseus. alter publicanus. Phariseus aūt stās. supple tāq̄ꝫ supbus. ⁊ non se inclinās tāq̄ꝫ humilis apud se orans erat. dicēns. Gratias tibi ago dñe qꝛ non sum sicut ceteri hominū raptores. in-

iusti.adulteri.velut etiam hic publicanus ieiunãs
bis in sabbato.decimas do omniuz que possideo
&c.Iste enim phariseus non ꝓprie orabat.ſ; de sua
iusticia iactauit alios condemnando. ⁊ humiliter
orantẽ iuxta se publicanũ despiciẽdo. Sed ꝓ de
claratiõe ad oñdendũ q̃liter xp̃s in p̄dictis verbis
euãgelicis innuit eos ad q̃s loq̃bat̃ p̄dictis q̃tuor
spẽbus supbie esse infectos ẽ notãdũ ꝙ illi in se cõ
fidũt q̃ sua ꝓpria virtute ⁊ fortitudine putãt se sine
dei auxilio esse sufficiẽtes ad malũ declinãdũ ⁊ ad
bonũ faciendũ.qđ ẽ p̄ma spẽs supbie. Itẽ illi ↄfi
dũt in se tanq̃ꝫ iusti q̃ se iustos ex opibus suis repu
tãt.⁊ ꝙ illa q̃ sunt eis a deo data ꝓ suis bonis opi
bus sunt eis data ex iusticia ⁊ nõ ex gr̃a.q̃ est scđa
spẽs supbie.Itẽ illi q̃ in se ↄfidũt tanq̃ꝫ iusti.tercia
specie supbie innuunt̃ esse infecti.nã iste terminus
tanq̃ꝫ solã apparẽtiã iusticie ponit ⁊ nõ existẽtiã.⁊
certe illi q̃ iactãt de suis opibus lꝫ ad extra videant̃
iusti.intus tñ a vera iusticia sũt vacui.⁊ ideo meri
to cuilibet tali dr̃ Apoc̃.iij.Dicis q̄r diues suꝫ ⁊ lo
cupletatus ⁊ nulli⁹ egeo. ⁊ nescis q̄r tu miser es ⁊
miserabil' ⁊ paup ⁊ cec⁹ ⁊ nudus. Itẽ illos q̃ in se
ↄfidũt tanq̃ꝫ iusti.q̃rta specie supbie eẽ infectos in
nuit xp̃s in p̄dictis v̱bis cũ subdit̃. Et aspnebant̃
ceteros.i.despiciebãt vl' detestabant̃.vñ supbi non
solũ seip̄os p̄sumptuose magnificãt.ſ; verũetiã ali
os se meliores detestant̃. Vñ ꝓuerbio.Detestant̃
stulti eos q̃ fugiunt mala. Et merito pñt tales dici
stulti.⁊ hoc põt mltiplici rõe oñdi. Pr̄io ex hoc
ꝙ q̃ꝫto maior aliq̃s ẽ in reputatiõe sua ꝓpria.tanto
minor ẽ in reputatiõe diuina. Vñ exemplũ huius
habemus.j.Regũ.xv.đ Saule cui dictũ ẽ.Cũ eẽs
paruulus in oculis tuis caput in tribubus isrl' fa
ctus es.ſ; ecõtra cũ magnus esset in oculis suis de
spiciẽdo Dauid humilẽ se lõge meliorẽ eiect⁹ erat
de regno suo. Itẽ Johannes baptista reputauit se
indignũ soluere corrigiã calciamẽti xp̃i.vt ptꝫ Jo
hã.j.Et ideo xp̃s magnificauit eũ dicẽs. Inter na
tos mulieꝝ nõ surrexit maior Johe baptista.Ma
thei.xj.Itẽ Johes de se dixit.Ego vox clamantis
in deserto Johã.j.Ecce xp̃us dixit ꝙ ip̄e fuit ꝓpha
⁊ plus q̃ꝫ ꝓpha. Luce.xj. Ecce Johes humiliauit
se.⁊ xp̃s eum magnificauit. Sꝫ ecõtra falsi iudei ⁊
scribe ⁊ pharisei seip̄os magnificãtes xp̃o dixerũt.
Filij abrahe sum⁹ ⁊ nemini seruiuim⁹ vnq̃ꝫ. Johã.
viij.ſ; xp̃s dixit ꝙ fuerũt serui pcti.ecce ip̄i reputa
uerũt seip̄os generosos ⁊ honore dignos. ⁊ xp̃s re
putauit eos nihilo deteriores.cũ peccatũ qđ nihil
est quasi eoꝝ erat dñs cui seruiebãt. Sꝫ non est ser
uus maior dño suo.ſ; potius inq̃ꝫtũ hmõi minor.
Ex q̃bus manifestũ est ꝙ q̃ magnus ẽ in reputati
one ꝓpria.paruus ẽ in reputatõe diuina. ⁊ ecõtra.
In cuius ↄfirmatiõeꝫ dicit xp̃s Luce.xviij. Omis
qui se exaltat humiliabit̃.⁊ q̃ se humiliat exaltabi
tur &c. Scđo stulticia supboꝝ q̃ seip̄os sunt ma
gnificãtes.⁊ ↄtẽnentes alios.patet ex hoc ꝙ sicut a
natiuitate cecus stultus esset si p̄sumeret de colori
bus iudicare.sic certe stultus est.qui p̄sumptuose
iudicat de bonitate vel electõe suip̄ius.vel abiecti
one alterius.Qđ q̃druplicter ostẽdi põt. Primo
ex hoc ꝙ fundamentũ bonitatis electionis siue re
probationis cuiuscũq̃ꝫ viatoris intrinsecũ est in mẽ
te diuina ⁊ soli deo cognitũ.⁊ ideo non põt ab aliq̃
viatore nisi fuerit sibi reuelatuꝫ diuinitus intueri.
Secũdo patet idem ex hoc ꝙ xp̃s vbi vult spirat.
Johannis.iij.⁊ ideo q̃ nũc malus est q̃si subito in
bonũ poterit mutari.vt patet Actuũ.ix. de Saulo
Tercio patet idem ex hoc ꝙ malum in p̄destinatis
etiam excellẽtis boni sepius causa fuit.Unde Cri
sostomus de ope.imp.omelia.j.Audi inquit quo
modo Dauid in nimia iusticia ↄfidẽs dicebat. Do
mine deus meus si feci istud. ⁊ si est iniq̃tas in ma
nibus meis.Item iniq̃tateꝫ si aspexi in corde meo
non exaudiet dñs.ideo dimissus est vt circũuenire
tur a carne.non vt iniusticia eius ostenderet̃.sed vt
iactãtia eius cõpesceret. Hec ille. Itẽ beatus Au
gustinus.Audeo inq̃t dicere supbis esse vtile cade
re in aliqđ peccatũ manifestũ ⁊ apertum vt sibi dis
pliceant.q̃ sibi iam placẽdo ceciderant.Salubrius
enim sibi Petrus qñ fleuit displicuit.q̃ꝫ placuit qñ
p̄sumpsit. Hec ille. Quarto patet idem ex hoc ꝙ
nemo viator de seip̄o.⁊ a multo fortiori de nullo a
lio cognoscit vtꝝ odio an amore dignus sit.dicen
te scriptura Ecclesiastes.ix.Sunt iusti atq̃ꝫ sapien
tes.⁊ opa eoꝝ in manu dei sunt.⁊ nemo scit an di
gnus sit amore vel odio.ſ; omnia seruant̃ in futu
rum incerta. Et lꝫ homo hodie s̃m iudiciuꝫ ꝓpriũ
certus esset de bonitate sua vel de p̱uersitate ꝓxi
mi.tamen incertus est de se vel de quocũq̃ꝫ alio q̃
lis futurus est.nam licet aliquis hodie sit homici
da.iudeus.paganus.vel saracenus.tñ in p̄sciencia
dei futurus est coronandus in celo. Item licet ali
quis iam quo ad mundum videat̃ sanctus.iustus
⁊ electus.tamen in p̄sciẽtia dei futurus ẽ in patibu
lo in inferno suspendendus. Vñ Ecclesiastes.viij.
Vide impios sepultos qui etiam cuꝫ adhuc viue
rent in loco sancto erant. ⁊ laudabant̃ in ciuitate
quasi bonoꝝ operum.Super quo Parisieñ. Vi
dit inquit Salomon spiritu ꝓphetico sepultos in
inferno qui in mundo isto sancti credebant̃. Vn
de Augustinus.⁊ ponit̃ in cano.xxiij.q.iiij.Nabu
ga.ptinenter ad ꝓpositum ita scribit. Uires inquit
obedientie non ideo cuiq̃ꝫ subtraxit deus. q̄r enim
non p̄destinauit.ſ; ideo eum non p̄destinauit quia
recessurum ip̄m ab ip̄a obedientia esse p̄uidit. Pre
destinatio quoq̃ꝫ dei semp in bono est.quia pecca
tum sola hominis voluntate cõmissum.aut remit
tendum nouit cum laude misericordie aut plectẽ
dum cuꝫ laude iusticie.in malis aũt operibus no
stris sola p̄sciencia dei intelligenda est.quia sicut p̄
sciuit ⁊ p̄destinauit que ip̄e fecit.⁊ vt faceremus ip
se donauit.ita p̄sciuit tñ non etiam predestinauit.
que nec fecit nec vt faceremus exegit. Hec autem
de quibus dicit̃.j.Johãnis.ij.De vobis exierunt.
sed non fuerunt ex vobis.si aũt fuissent ex vobis ꝑ
mansissent vtiq̃ꝫ vobiscum. voluntate exierunt.vo
luntate ceciderunt. ⁊ quia presciti sunt casuri non
sunt predestinati.essent auteꝫ predestinati si essent
reuersuri. ⁊ in sanctitate ⁊ in veritate mansuri. Ac
per hoc predestinatio talis est multis causa standi
nemini autem est causa labendi. Non igit̃ necessi
tatem facit correctionis vel obdurationis diuina
predestinatio seu prescientia.cum boni ꝑ gratiam
corrigantur. ⁊ libero arbitrio mali pereant. Neq̃ꝫ

quia predestinatio seu prescientia dei falli non potest. necessario eueniunt que predestinauit vel prescit. sicut nec necessario predestinantur vel presciuntur que futura sunt. sed quia bona absq; eius gratia. mala aūt pter eius pscientiam euenire non pñt. Quis igit conuenienter dicit si hec pdestinata sunt vel pscita necessario eueniūt. Non tamē ideo absolute verū ē q necessario eueniēt oia q pdestinata sunt vel pscita. q; hec necessitas refert ad rerū euentū. Ibi eni in pori ppositōe ad intuitū diuine pscietie. Et sequit. s; in his omnib⁹ vicia nostra humane asscribunt mētis arbitrio. ꝛ q diuina clemētia in electis misericorditer vertit ad bonū. in damnatis iuste relinqt ad malū. Sicut igit quis certissime sciamus neminē vltra terminū a deo sibi prefixū esse victurū. omnibus tamē languētibus incōgrue nō mēdicamur. sic quis nemo saluet nisi pdestinatus ad vitam. omni tamē delinquēti ē adhibēda correctio. nec maloꝝ ē negligēda disciplina. Hec Augustinus. Itē idē in de verbis dñi. sermone. xj. De nullo inqt homine desperandū ē quādiu patiētia dei ad penitentiam eū adducit. nec de hac vita rapit impium. qui non vult mortē impij. sed vt reuertat ꝛ viuat. paganus ē hodie vnde scis vtꝝ sit futurus crastino xpianus. Iudeus infidelis est hodie. qd si cras sequat catholicam veritatem. Scismatic⁹ est hodie. qd si cras amplectit catholicam pacem. qd si isti qs in quocūq; genere erroris notas. ꝛ tanq; desperatissimos damnas anteq; finiant vitā istā agant penitētiā ꝛ inueniāt vitā in futuro. Proinde fratres etiam ad hoc vos admoneat qd dicit apls. Nolite añ tēpus iudicare quicq;. Hec Augustinus. B Tercio stulticiam super boꝝ q seipos magnificātes alios ptemnūt patet ex hoc. q tales in deū ꝛ in pximū. ꝛ in seipos peccāt. In deū. q; qd pprium est deo sibi vsurpāt. Vnde. j. Regū. xvj. Deus aūt intuet cor. In proximū peccant in hoc q ipm aspnant. qꝛ cuilibet dicit Isaie xxxiij. Ve q spernis. nōne ꝛ ipe sperneris. In seipsum etiam. q; vt dicit puerbioꝝ. xxix. Qui ad indignationem facilis ē. erit ad peccata pcliuior. Et ideo merito btūs Bernardus. Noli inqt te comparare maioribus. noli minorib⁹. noli aliqbus. noli vel vni vel te nemini. nō dico pponas. s; nec comparare psumas. Nam in aia nō est plane timenda quātalibet humiliatio. Horrenda aūt nimiūq; pauenda est etiam minima psumptuosa erectio. ꝛ est cōpetens exemplū ad hoc de eo q ingressurus est p ostium bassum. cū nō est periculosum quātūcūq; se inclinet. s; si eleuauerit se amplius debito. quātū est excessus vnius digiti caput suū infallibiliter lederet. Et eodē modo spūaliter accidit his q voluerint ingredi humile ostiū paradisi. ꝛ ideo fm psiliū spūssancti. Ecclesiastici. iij. c. Quanto maior es humilia te in omnib⁹ ꝛ corā deo inuenies gratiā. Unde ꝛ ad hāc humilitatē pulcerrime inuitat nos xps exemplo Luce. xiiij. ca. dicēs. Cū inuitatus fueris ad nuptias non discūbas in pmo loco. ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. ꝛ veniens is q te ꝛ illū vocauit. ꝛ dicat tibi. da huic locū. ꝛ tūc incipias cū rubore nouissimū locū tenere. s; cum vocatus fueris. vade ꝛ recūbe in nouissimo loco. vt cum venerit q te inuitauit dicat tibi. amice ascēde superius. ꝛ tūc erit tibi gloria corā simul discumbentibus. q; omnis q se exaltat ꝛc. Spūaliter omnes xpiani sumus ad nuptias celestis conuiuij inuitati. nullus igit debet se alio digniorē nec in illo puiuio se alio pferre. Nam ille forte quem tu reputas indignum a deo ē electus. Nōne sanctus Paulus mō erat ecclesie psecutor. ꝛ statim post fidelissimus pdicator Nōne ꝛ latro erat in cruce suspēsus. ꝛ statim post codē die in paradiso coronatus. Nonne ꝛ Maria magdalena mō erat publica peccatrix. ꝛ stati post feruētissima xpi amatrix. Sed ecōtra Judas mō erat dei apls. ꝛ statim apostatādo traditor dñi sui falsissimus. ꝛ ad suppliciū eternū damnatus. Sic forte iam multi reges. pncipes. epi ꝛ mūdanis honoribus pstipati in mundo isto alijs preferunt dignitate. ptāte. opinione ꝛ honoribus. s; certe cū venerit ad iudicandū q merita singuloꝝ solus discernit. forte ipe pferet illis aliquē pauperē in hoc mūdo ptemptibilem. ꝛ tūc q in hoc mundo p supbiā se exaltauit incipiet cū rubore nouissimū locum inferni tenere. Vnde expientia docēte qñ duo homines ab inuicem facies suas auertūt. ꝛ dorsa sua ad inuicem conuertūt. illud qd est ad dexterā vnius. est ad sinistram alterius ꝛ econuerso. Sic spūaliter deus ꝛ mūdus ac etiam qlibet iustus vir ꝛ mundus sibijnuicem opponunt. Vnde apostolus ad Galathas vlti. Mihi mūdus crucifixus est ꝛ ego mundo. Illi igit q ponunt ad dexteram psperitatis mundi. in iudicio ponent ad sinistram aduersitatis a xpo. ꝛ ecōuerso. In cuius rei figura legitur Genesis. xlviij. ca. q Joseph volens patrem suum Jacob bñdicere duos filios suos scilicet Effraym ꝛ Manassen. ꝛ q; Joseph plus dilexit Manassen posuit eū in dextera patris. ꝛ Effraym quē dilexit minus in parte sinistra. s; Jacob tandē manus suas cancellauit. ꝛ Effraym manū imposuit dexterā. Manassi vo manū sinistrā imposuit. Sic spūaliter mūdus seruos qs diligit ponit in magna psperitate mūdana. ꝛ honoꝝ temporaliū abundantia. Et sic vt videt sibi ponit eos ad dei dexteram. Unde psalmista. Btm̄ dixerūt ppl'm cui hec sunt. s; seruos dei quos mūdus odit scilicet bonos xpianos ponit in pauptate ꝛ in infirmitate ꝛ in tribulatōe. ꝛ sic vt mūdo videt tales ponunt ad dei sinistram Sed certe finaliter deus cancellabit manus suas ponendo manū dexterā remunerationis eterne super illos qs mūdus in sinistra aduersitatis. Unde psalmista. Saluauit sibi dexterā eius. ꝛ sinistrā damnatōis eterne ponet sup illos qs mūdus posuit in dextera psperitatis. Vñ Gregorius super euāgelia. omel. xj. Pñtia inqt gaudia sequunt ppetua lamēta. hic fratres charissimi vanā leticiam fugite si illic flere formidatis. Nemo etem potest hic gaudere cū seculo. ꝛ illic regnare cū deo. Hec ille. De pdicta manuū dei mutatōe loquit psalmista dicens. Hec mutatio dextere excelsi. Vñ ꝛ exemplū huius habemus Luce. xvj. ca. d diuite purpurato. ꝛ Lazaro vlceroso. Nam diuitē posuit mūdus in dextera psptatis. q; induebat purpura ꝛ bysso. ꝛ epulabat quotidie splendide. s; pauperem Lazaꝝ posuit mundus in sinistra aduersitatis. q;

iacebat ad ianuam diuitis vlceribus plenus. cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis sed nemo illi dabat. sed tandem paup positus est ad dexteram dei. quia mortuus est et portatus ab angelis in sinum abrahe. sed diues positus erat tandem ad sinistram dei. quia mortuus est et sepultus in tormento inferni. In cuius sententie confirmationem dicit Mathei. xxv. ca. quod xps in die iudicij statuet oues quidem a dextris suis. Per oues innocentes quidem intelligunt pauperes mundo despecti et odibiles. Per hedos vero qui habent longa cornua et magnam barbam intelligendo supbos. qui habent in hac pnti vita magnam mundanamque potentiam. ac etiam super fluitatem copiosam temporalium quos mundus ponit ad dexteram prosperitatis. sed in iudicio deus ponet eos in sinistro maxie aduersitatis dicens illis. Ite maledicti in ignem eternum. quod paratum est vobis etc. Sed tunc oues .i. pauperes humiles quos mundus posuit ad sinistram magne aduersitatis. xps ponet eos ad dexteram magne prosperitatis. dicens illis. Venite benedicti patris mei et possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi etc. Quarto stulticiam superborum qui seipsos magnificant et glorificant et alios contemnunt. patet ex hoc. quod talis esse vult iudex suspitius. cum tamen proprius amor solet fallere in suspitius iudicio. Unde Bernardus. Amor inquit sicut et odium veritatis nescit iudicium Item idem de legibus inquit humanis statutum est et in causis tam ecclesiasticis quam secularibus scio seruatum speciales amicos causantium non debere ad mitti in iudicio ne vel fallant vel fallantur suorum amicorum amore. et si culpam tuam in iudicio amor amici tui aut minuit aut prorsus abscondit. quanto magis amor tui tuum contra te iudicium fallit. Cuilibet igitur tali superbo dici potest. Tu iudicium facis de teipso. iudicium tuum non est verum. Unde sicut dicitur in Floracio Bartholomei. cum mentem alicuius superbia obsidet hoc primum damnum patitur. quia clauso cordis oculo iudicij equitatem perdit. aliena opera despicit. et sua semper alijs preponit. semper miratur que facit. et quicquid egerit egisse se singulariter credit. Non enim mirum ait btus Augustinus si superbus credat se multum valere. est etenim de nobili genere. Michael autem archangelus est eius auunculus. Omnis namque superbus est filius dyaboli. qui olim fuit archangelus et frater Michaelis. Quemcunque enim supbum videris. filium dyaboli esse non dubites. Hec ibi

Sed timere pot talis superbus qui seipsum extollit et suos proximos despicit. ne sibi contingat sicut contigit superbo Aman qui de solo credebat quod a rege esset honorandus. Unde sicut legitur Hester. vj. Cogitauit Aman in corde suo. et reputans quod nullum alium nisi se rex vellet honorare. Sed tamen cito suspensus est in patibulo quod parauerat humili Mardocheo. et Mardocheum quem supbus Aman despexit et suspendere proposuit rex honorari precepit. Sic certe talis superbus qui seipsum exaltat et alios condemnat quandoque est a rege celesti condemnandus. et qui ab eo iudicatur a rege celesti est honorandus. Sicut exemplum habemus de supbo phariseo et humili publicano de quibus supra dictum est. Verumtamen sicut dicitur in floracio Bartholomei. titulo de supbia. de verbis pdicti elati pharisei quibus humiliari renuit possumus e diuerso formam humilitatis qua subleuemur assumere. vt sicut ille consideratis peiorum vicijs et suis virtutibus est elatus ad ruinam. Ita nos non nostra sola pigricia. sed etiam meliorum virtutibus inspectis humiliemur ad gloriam quatenus vnusquisque nostrum hoc apud se supplex ac submissus obsecret dicens. Deus omnipotens miserere supplici tuo. quia non sum sicut ceteri innumeri serui tui contemptu seculi sublimes iusticie merito gloriosi et castitatis laude angelici velut etiam multi illorum qui post flagicia publica penitendo tibi meruerunt esse deuoti. quod etiam si quid boni tua gratia largiente fecero. quod sine hoc faciam quod ve a te districtione pensetur ignoro. Nullam igitur supbiam in tuo sensu aut in tuo verbo vnquam dñari permittas. ab ipsa sumpsit initium omnis pditio Thobie. iiij. Unde Bernardus. Initium inquit omnis peccati et causa totius pditionis est supbia. quam qui vere caret est immaculatus. Ideo beatus Augustinus. Dñe in quo cura supbiam. et nulla erit infirmitas. Hec in floracio Bartho. vbi prius.

Capitulum X

Ad hanc quintam speciem supbie reducitur inanis gloria. Et est inanis gloria animi motus inordinatus quo quis excellentiam desiderat propriam. vt alio precellat honore. Sed hic est notandum quod alia dicitur gloria vera alia dicitur gloria vana. Vera vero gloria diuiditur in gloriam veram. veriorem. et verissimam. Vera vero gloria est bonum testimonium conscientie. De ista enim gloria loquitur apostolus. ij. ad Cor. j. dicens. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre quod in simplicitate et sinceritate dei est non in sapientia carnali. sed in gloria conuersati sumus in hoc mundo. Unde licet secundum beatum Augustinum in ca. lxxxiij. q. xxxj. Gloria vero sit frequens fama cum laude quam gloriam tunc consequitur quis quando bonum quod habet deuenit in noticiam et approbationem aliorum. et quanto plurium tanto gloriam habet maiorem. Large tamen accipiendo gloriam non requirit approbationem multitudinis sed paucorum vel vnius vel suijpsius. dummodo scilicet aliquis bonum proprium consideratvt laude dignum. et hoc est peccatum. Unde dicitur. j. ad Cor. ij. Nos autem non spiritum huius mundi accipimus. sed spiritum qui ex deo est vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Similiter non est peccatum quod aliquis velit bona sua ad honorem dei ab alijs approbari. presertim cum dicat christus Mathei. v. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona. et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Verior vero gloria est quando dulcedo spiritussancti manifeste sentitur. hoc est quando prout dicit apostolus ad Romanos. viij. Ipse enim spiritussanctus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. si autem filij patris. coheredes autem christi. Unde Bernardus. viij. florum. cap. lxxxvij. Est inquit testimonium conscientie non quod testimonium phibeat conscientia. sed quod loquitur spiritus veritatis in ipsa conscientia testimonium perhibens spiritui nostro quod filij sumus. cum enim veritas applaudit. et cum iusticia testatur dei sine dubio commendantis. vox est et spiritussancti testimonium perhibentis. Hec ille. Verissima vero gloria

est gloria eterna quam habebunt sancti in patria. De qua dicit Judicum.xviij.ca. Tradet vobis dominus locū in quo nullius rei est penuria. Locus iste est gloria eterna in qua sancti prout dicit Ysaie xlix.ac etiam Apocal.vij. Non esurient neqꝫ sitient amplius neqꝫ cadet sup illos sol neqꝫ vllus estus qm̄ agnus q̄ in medio throni est reget illos ꝛ deducet eos ad vite fontes aq̄rū.ꝛ absterget deus omnem lachrymā ab oculis eorū.

Capitulum XI

Gloria vero inanis siue vanis diuidit in gloriam dyabolicam. gloriam mūdanam.ꝛ gloriam humanam. Gloria enim dyabolica est gloria q̄ quis sequens dyabolū semp in omnibus actibus suis pverse agere gloriat. Quemlibet em̄ talem sic alloquit ꝓpheta psalmo.lj. Quid gloriaris in malicia q̄ potens es in iniq̄tate. De q̄libet em̄ tali sic scribit Crisostomus omel.xx.de ope.imp. Quemadmodū inquit spina vel tribulus ex quacūqꝫ parte illā aspexeris habet aculeos.sic ꝛ seruus dyaboli ex quacūqꝫ pte illū ꝯsideraueris iniq̄tatibus ē plenus.vnde si loquat dolose loquit.si tacet male cogitat.si irascit insanit.si patiēter agit expectat nocendi tempus ꝛ oportunitatē considerat qñ noceat.si male agit nō erubescit. si bn̄ agit ad vanam gloriam facit.quomodo ꝓfert fructū bonū cui dyabolus radix est. sub arbore bona bestie ꝛ animalia requiescūt.sub spinis aūt nullū animal reqescere pōt nisi tm̄ serpentes. Sic ꝛ iuxta fidelem mali ꝛ boni habitare ꝛ requiescere pn̄t.iuxta v̄o infideles nemo potest pacem habere.nec reqescunt nisi tantūmodo serpentes.i.demones qui habent cubicula in pectoribus eorū. Hec Crisostomus. Itē de ista gloria dyabolica btūs Augustinus in epistola ad Julianum comitem. Gaudet inq̄t raptor cū desiderata rapuerit.gaudet ebriosus cū occasionem potationis inuenerit.gaudet adulter cū ad delectationē corporis fruēdi meretricio ꝑuenerit. gaudet periurus si huius seculi felicitates iurando acq̄sierit.gaudet iracūdus si iram suam ꝑfecerit ꝛ multa alia que mēs bonitatis tue frater charissime cōphendere poterit.ꝛ cū gaudere sit bonū. De his tamē atqꝫ huiusmodi gaudere malū est ꝛ ad mortem ꝑducens eternam.nec vllū quodlibet scelus coram deo tam abhominabile ē q̄ꝫ pterita peccata vnicuiqꝫ nostrū reminiscendo gaudere. ꝛ inde exultare atqꝫ in eis semp iacere. Hec Augustinus. Vñ ꝛ de taliter gaudentibus dicit ꝓuerbiorū.ij. Letant cū malefecerint.ꝛ exultāt in rebus pessimis. Hec em̄ gloria dyabolica tria mala ꝓfert hominibus cū illa infectis Primo aufert sua bona fortune. Nā expientia docente. Multi supbi expendūt bona sua tempalia vt ꝓpter vanā gloriā in causis iniustis ꝑualeāt aduersus ꝓximos suos. De q̄rū q̄libet loquit psal.dicēs. Ecce hō q̄ nō posuit deū adiutorē suū.ꝫ sperauit in multitudine diuitiarū suarū ꝛ ꝑualuit in vanitate sua. Scōm malum ē q̄ꝫ sepe aufert a supbis bona nature p ꝯtentōnes bella homicidia ꝛ cetera mala q̄ de tali vana gloria oriunt. Contra q̄s dicit aplūs. Nō efficiami inanis glorie cupidi inuicē ꝓuocātes inuicē inuidētes.ad Gala.v. Terciū malū qd̄ aufert a supbis bona gratie.s. fidē ꝛ ceteras virtutes. Vñ Joh.v. Quō potestis vos credere q̄ gloriā ab inuicē recipitis ꝛ gloriā q̄ a solo deo ē nō q̄ritis.q̄si diceret.nullo mō.

Capitulum XII

Tex p̄dicta vana gloria dyabolica nascunt septē vicia detestanda.s. iactātia. ꝑsumptio.nouitatū.hypocrisis.ptinacia.discordia.ꝯtētio ꝛ inobediētia.que sunt septē vane glorie filie.vt dicit btūs Gregorius xxxj.moraliū. Vñ finis inanis glorie ē manifestatio ꝓprie excellētie. qd̄ q̄nqꝫ fit p verba.ꝛ tūc est iactātia q̄ est p̄ma filia inanis glorie.si v̄o verba ptineāt aliquā admiratiōē.tūc est ꝑsumptio nouitatū.qd̄ est scd̄a filia inanis glorie. Si v̄o ꝓpria excellentia manifestet p ficta signa sanctitatis exteriora tūc est hypocrisis q̄ ē tercia filia inanis glorie. Aliqñ aūt q2 homo nollet videri minor alio.ideo nimis innitit sententie ꝓprie.nolēs credere sententie meliori.ꝛ tūc est ptinacia q̄ est q̄rta filia inanis glorie. Aliqñ v̄o homo nō vult a ꝓpria volūtate licet pursa discedere vt alijs ꝯcordet.ꝛ sic ē discordia q̄ est q̄nta filia inanis glorie. ꝛ ex hac discordia sequitur ꝯtētio q̄ est sexta filia inanis glorie. Aliqñ vero quis nō vult videri minor alio ꝓ hoc q̄ꝫ rennuit sibi obedire.ꝛ sic est inobedientia qua q̄s rennuit exequi p̄ceptum supioris sui que est septima filia inanis glorie.

Capitulum XIII

Prima igitur filia inanis glorie ē iactantia. de q̄ supra dictum est in tercia specie supbie. Vñ iactantia ē aliqñ de bono qd̄ q̄s nō habet. ꝛ ideo opponit veritati.vt dicit Phs.ij.ꝛ.iiij.Ethicorū. Et ideo manifestum ē q̄ꝫ ptinet ad terciam speciem supbie q̄ ē cum quis iactat se habere qd̄ nō habet. Et hoc cōtingit tripliciter. Vno mō cōtra gloriam dei.sicut de ꝑsona regis Tyri dicit Ezech.xxviij. Eleuatum est cor tuū ꝛ dixisti deus ego sum.ꝛ hec iactantia ē transgressio secūdi mādati decalogi.q̄ dicit. Non assumes nomen dei tui inuanum. Inuanum q̄ppe nomen dei assumit qui sibi attribuit quod deo simpliciter ē attribuendum. Secūdo mō talis iactantia fit contra charitatē ꝓximi.sicut qñ quis de seipo iactando ꝓrumpit in ꝯtumeliam aliorū.sicut exemplum habet Luce.xviij. de pharisco q̄ dixit. Nō sum sicut ceteri hominū raptores.iniusti.adulteri velut etiā hic publicanus.ieiuno bis in sabbato ꝛc̄. Tercio mō fit iactantia p lucrū sicut cū q̄s iactat seipm̄ esse exptum medicum aliqñ ꝓpter gloriam humanam quam appetit.ꝛ aliquando ꝓpter solam delectationem qua in cōmendatione suipsius delectat.

Capitulum XIIII

Ad hanc enim primā filiā inanis glorie ptinet blasphemia. Et est blasphemia generaliter dicta vt dicit Tullius.indigna de deo sentire. Scōm v̄o Hiero

nymū. blasphemia ē verbo℞ cōtra deum inordinata ꝓbatio. Et ↄsistit pncipaliter in tribus videlicet male deo sentire. vel male de eo ꝓferre. vel irreuerēter sacramēta dei tractare. Vñ ⁊ triplicit̃ fit blasphemia. Primo .s. cū a deo remouet̃ qđ ei ↄuenit. vtputa si dicit̃ ꝙ deus nō ē iustus. q2 mali ꝓsperātur in hac vita ⁊ iusti ꝑsecutionē patiunt̃. Itē si dicit̃ deū nolle punire aliquē eternaliter ꝓ pctō. ipse em̄ q̄ taliter dicit nitit̃ a deo iusticiā remouere. Secundo mō fit blasphemia cū deo attribuit̃ qđ sibi nō ↄuenit. vt si dicit̃ ꝙ deus ē corporeus. crudelis ⁊ immisericors. Tercio mō fit cū attribuit̃ creature qđ soli creatori ↄuenit. vt si dicit̃ ꝙ idola sūt dij. vel eis latria q̄ est honor soli deo debitus adhibeatur vel cū dicit̃ angelos vel alias creaturas eē creatores. ⁊ isto mō vt videt̃ blasphemat ꝑlatus q̄ dicit suis clericis. vł dñs tempalis suis subdit̄. Ego creaui vos vocās se creatorē. Et si talia dicunt̃ ꝑm prauitatē volūtatis detestātis ⁊ impediētis ꝓ posse diuinū honorē. tūc est apta blasphemia ⁊ grāde pctm̄. Vñ Ambrosius. Intolerabilis inq̄t ē excessus q̄ supne maiestatis affectat iniuriā. oblitus pietatis crudeliā sectat̃ erroris. Et ideo merito dr̄ Leuitici. xxiiij. Qui blasphemauerit nomē dñi morte moriat̃. Sed ꝑter dictā blasphemiā generaliter dictam pctm̄ in spm̄sanctū specialiter dicit̃ blasphemia. de q̄ doctores varie loquunt̃. Antiq̄ em̄ doctores .s. Anastasius. Hylarius. Ambrosius. Hieronymus ⁊ Crisostomus. dicūt pctm̄ in spm̄sanctum esse qñ ad litterā aliqđ blasphemū dicit̃ cōtra spūsanctū. siue hoc nomē spūssanctus accipiat̃ ꝑm ꝙ est nomē essentiale ↄueniēs toti trinitati. cuius q̄libet ꝑsona ⁊ spūs ē ⁊ sanctus. siue ꝓut ē nomē ꝑsonale vniꝰ ꝑsone distincte a patre. ⁊ a filio. ⁊ sic Mathei. xij. blasphemia in spm̄sanctū distinguit̃ contra blasphemiā in filiū vbi dicit̃. Quicūq₃ dixerit verbū contra filiū hominis remittet̃ ei. q̄ aūt dixerit verbū contra spm̄sanctū non remittet̃ ei neq₃ in hoc seculo neq₃ in futuro. Qñ em̄ aliquid dicit̃ in derogationē ⁊ irreuerentiā humanitatis in christo tūc est blasphemia in filiū. ⁊ sic iudei blasphemauerūt qñ vocauerūt xp̄m voracē ⁊ potatorē vini ⁊ publicano℞ amatorē. dicentes illud Mathei. xj. ⁊ Luce. vij. Ecce homo vorax ⁊ potator vini. publicano℞ ⁊ peccato℞ amicus. Postmodum vo blasphemauerūt in spm̄sanctū qñ opa miraculosa que xp̄s opabat̃ p virtutē spūssancti attribuebant pncipi demonio℞. dicētes illud Mathei. xij. ⁊ Luce. xj. In beelzebub pncipe demonio℞ eijcit demonia. ⁊ ꝓpter hoc dicunt̃ in spm̄sanctū blasphemasse. Augustinus vo in libro de verbis dñi. blasphemiam vel pctm̄ in spm̄sanctū dicit esse finalem impenitētiam qua .s. verbo cordis vel oris dicit̃ nō esse penitendum. qđ peccatū nunq₃ remittet̃. ⁊ hoc verbū est contra spm̄sanctū. quia ē contra remissionē peccato℞ que fit p spm̄sanctū. ⁊ sic intelligendum ē illud Mathei. iij. Qui blasphemauerit in spm̄sanctum nō habet remissionem in eternū. ꝫ reus erit eterni delicti. Alij aūt dicunt ꝙ peccatū ex infirmitate seu fragilitate ē peccatū in patrē cui appropriatur potentia. Peccatū vo ex ignorantia ē peccatum in filiū cui appropriat̃ sapiētia. ꝫ peccatū cōmissum ex malicia ē peccatū in spm̄sanctum. eo ꝙ sibi appropriat̃ bonitas. Peccare aūt ex malicia ē abijcere illa dona spūssancti p que possit impediri peccatū cōmittendum. vel tolli peccatū iam commissum. que sunt sex .s. spes venie ex consideratione diuine misericordie. timor ex consideratione diuine iusticie penitentis pctā. veritas agnita p quaʒ instruimur q̄ sunt peccata. ⁊ que pena debet̃ ꝓ peccato. Quartum ē gratia. Quintū est consideratio feditatis que ē in peccato. Sextum ē consideratio breuitatis ⁊ paruitatis delectatōis peccati. que sex qñq₃ solent retrahere hominem a peccato suo. ⁊ qñ homo hec a se abijcit vel ↄtemnit vt licentius peccet. dicit̃ peccare ex malicia ⁊ in spm̄sanctū. cuius opa abijcit vt dictum est. ⁊ ideo assignant̃ sex species peccati in spm̄sanctū .s. desperatio. ꝑsumptio. impugnatio veritatis agnite. inuidentia fraterne gratie. impenitētia ⁊ obstinatio.

Capitulum XV

Prima ergo spés peccati in spm̄sanctum est desperatio. Et est desperatio qua q̄s penitus diffidit de bonitate dei. estimans suam maliciam diuine bonitatis magnitudinē excedere. sicut Cayn q̄ dixit Genesis. iiij. Maior ē iniq̄tas mea q̄ꝫ vt veniā merear vñ ista desperatio tollit spem venie.

Capitulum. XVI

Secunda species ē presumptio p quam quis credit consequi veniam sine penitentia. vel gloriam sine meritis. Vñ talis ꝑsumptio tollit timorem diuine iusticie. De istis em̄ duobus peccatis dicit btūs Augustinus de fide ad Petrum ꝙ illi desperantes de indulgentia peccato℞. vel q̄ sine meritis de misericordia dei ꝑsumūt in spm̄sanctū peccāt.

Capitulum. XVII

Tercia species ē impugnatio veritatis agnite .i. doctrine ecclesiastice instruentis q̄ sunt peccata. ⁊ q̄ ⁊ q̄ta pena debet̃ ꝓ peccatis. de qua dicit btūs Augustinus in libro vnico de baptismo. Qui veritatem cōtemnit. aut contra fratres malignus est q̄bus veritas reuelat̃. aut contra deum ingratus cuius inspiratione ecclesia instruit̃. Et sic apparet ꝙ peccat in spiritumsanctū

Capitulum. XVIII

Quarta species ē inuidētia fraterne gratie qua quis inuidet nō tm̄ ꝑsone fratris. ꝫ etiam gratie dei crescētis in eccesia. Et đ istis duabus speciebus dicit beatus Augustinus in libro de sermone dñi in mōte Peccatum fratris ad mortem puto cū post agnitionem p gratiam dei Jesu xp̄i q̄sq̄s oppugnat veritatē ⁊ aduersus fratrē ip̄aʒ gratiā q̄re ↄsiliatus ē deo inuidie facibus agitat̃. vñ talis a se abijcit gratiā ⁊ veritatem.

Capitulum XIX

Uinta species est fina

q lis impenitētia.de q̄ dicit Augustinus in libro de penitētia.soli peccāt in spm̄sctm̄ qui impenitētes existūt vsq ad mortē.Qui em̄ peccat ⁊ gratiā dei nō amat ⁊ nunq̄ curat ab eo diligi q̄ totus ē amor ⁊ charitas.nec ad illū tēdit vñ sumpsit arram in spm̄sanctū peccat.⁊ nunq̄ post mortem sicut viuens gratiam ꝯsequet̄.¶Talis aūt impenitens a se abijcit cōsiderationem feditatis in peccato ⁊c̄.

Capitulum XX.

Exta species peccati

s in spm̄sanctū ē obstinatio. Et ē obstinatio indurate mētis malicia p quā fit impenitens. Et de hac obstinatione dicit Augustinus in libro Encheridion.ca.lx.Qui in obstinatione mētis diē clauserit extremū reus ē peccati in spm̄sanctum.Et hec obstinatio tollit ꝯsiderationem breuitatis ⁊ puritatis delectatiōis in peccato. Et de istis duabus vltimis speciebus dicit̄ Hiere.viij. Nullus ē q̄ agat penitentiā de peccato dicens quid feci ⁊ hoc q̄tum ad secundā p̄dictarꝫ speciex duax. Patet igit̄ q̄ p istas sex species tollant̄ dona spūssancti.p q̄ possit impediri peccatū cōmittendū vel tolli peccatū iā cōmissum. Vñ omnes he sex species sunt peccata ex malicia q̄ contrariant̄ bonitati spiritussancti.⁊ ideo sunt peccata in spm̄sanctum. Aduertendūꝫ est aūt q̄ licet singulas p̄dictas species Augustinus dicat esse peccata in spm̄sanctū.intelligit tñ hoc qñ finalis impenitentia ē adiūcta.sicut patet libro.j.retractationū.ca.xviij. Aduertendum est etiā q̄ blasphemia q̄ est peccatū in spm̄sanctum dicit̄ irremissibilis fm illud Mathei.xij.Qui dixit verbū in spm̄sanctū non remittet̄ in hoc seculo neq in futuro. Qd̄ tripliciter exponit̄ fm tres acceptiones peccati in spm̄sanctū.Si em̄ peccatum in spm̄sanctū dicit̄ finalis impenitētia.manifestuꝫ est q̄ illud nō remittit̄ in pñti q̄ durat vsq ad finē ⁊ post mortē non ē tempus penitētie. Vñ de hoc peccato dicit̄.j.Johānis.v.Est peccatū ad mortēꝫ non dico ꝓ illo vt roget quis.Secundo mō si peccatū in spm̄sanctum accipiat̄ ꝓ peccato ex malicia quod sub se habet sex species vt dictum ē.tunc illud dicit̄ irremissibile. q̄ raro aut vix ⁊ difficulter remittit̄ vel pena diminuit̄.peccatū em̄ cōmissum ex fragilitate vel ignorātia.excusationē aliquā habet.puta infirmitatem nature. seu ignorantiam p quā meret̄ remissionē vel diminutionē pene.ꝗ peccans ex malicia potēs.s.peccato resistere ⁊ sciens ꝗ nolens.nō habet vnde se excuset vt peccatū suū remittat̄. Vñ dicit̄ irremissibile sicut morbus aliqs dicit̄ incurabilis fm naturam morbi.q̄ tollit illud p qd̄ curari possit.puta cū morbus tollit virtutem nature vel inducit fastidiū cibi ⁊ medicine.de⁹ tamen posset eū faciliter ad sanitatē restituere.sic peccatuꝫ in spm̄sanctū qd̄ est pctm̄ ex malicia.Tercio mō dicit̄ irremissibile.q̄ nō habet excusationē attenuantē vnde remissionem mereat̄.omnipotētie tamē dei ⁊ misericordie nō ꝑcludit̄ qn ipm̄ remittere pōt.Et ideo de eo nō est desperandū nisi finalis impenitētia comitet̄. Et ideo dicit Augustinus in de verbis dñi.omel̄.xj. De nullo desperandū est q̄ diu patientia dei ipm̄ ad penitentiā adducit.paganus ē hodie.iudeus infidelis ē hodie.scismaticus est hodie.q̄d si cras amplectit̄ catholicam pacem ⁊ sequat̄ catholicam veritatem. q̄d si isti q̄s in quocūq genere errorꝭ notos ⁊ tanq̄ desperatissimos damnas anteq̄ finiāt istā vitam agant penitentiā ⁊ inueniant veram vitam. Sed ē insup notandū q̄ duplex ē blasphemia. Quedā vō est cordis.⁊ q̄dam oris.Blasphemia oris fm Augustinū est verbum in ꝯtumeliam dei ꝓlatum.de qua dictum est supra pte.iiij.ca.xv.vbi agitur de iuramento illicito.Dictis ibidem abijciendum est q̄ hec blasphemia est fugienda ꝓpter quatuor. Primo ꝓpter penam qua legit̄ dominus punisse blasphemos. Unde Leuitici.xxiiij. Blasphemauit filius mulieris israeliticus deum. ⁊ ex dei p̄cepto lapidatus est extra castra ab omni populo. Item legit̄.iij.Regum xxiiij.q̄ ꝓpha vn⁹ dixit ad Achab regē israel.q̄a syri dixerunt de deo.deus montium ipse ē ⁊ nō deus vallium. dabo em̄ multitudinem hāc grandem in manu tua.⁊ ꝑcussi sunt de syris centum milia pe. ditum.⁊ cecidit murus sup viginti septeꝫ milia hominum q̄ remanserunt ⁊ mortui sunt. ⁊ captus est rex Benadab in vana miseria.Item legit̄.iiij.Regum.xviij. q̄ displacuerunt deo blasphemie quas dixerunt serui Sennacherib regis assyriox intantum q̄ angelus dñi ꝑcussit ex assyrijs centū octuagintaq̄nq milia.⁊ duo filij regis Sennacherib ipsum gladio ꝑcusserunt.Secūdo q̄ hoc peccatum vix remittit̄. Unde Mathei.xij. Qui dixerit verbum cōtra spm̄sanctum nō remittet̄ in hoc seculo neq in futuro.¶Tercio quia hoc pctm̄ dyabolicum est quasi loquela infernalis.hi vō qui erunt in inferno blasphemabunt deum celi p̄ doloribus suis blasphemus em̄ in loquela sua cognoscit̄ esse d̄ familia dyaboli.⁊ sic ad infernum ꝑtinere. Unde dictum fuit Petro Mathei.xxviij. Uere tu ex illis es.nam ⁊ loquela tua manifestum te facit.sic potest dici cuilibet blasphemo.vere tu ex illis es.s.de infernalibus.nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. Quarto quia tales peiores canibus esse videtur.nam canis non latrat neq mordet dñm suum. sed blasphemi latrant ⁊ lacerant dñm suum dum ipm̄ blasphemant.nec solum culpabiles sunt q̄ taliter deum blasphemant.sed etiam qui alios tolerant ⁊ sustinent cum eos ꝓhibere possunt. vt illi q̄ non corrigunt suos subditos. Unde Augustinus ⁊ ponit̄ in ca.xxiij.q.iij. qui potest. Qui potest inquit obuiare ⁊ ꝑturbare ꝑuersos ⁊ non facit.nihil aliud est q̄ fauere impietati eox. sed isti peiores esse vident̄ iudeis qui aures suas obturauerūt ne audirent blasphemiam. Unde Actuum.vij. Continuerunt aures suas.s. ne blasphemiam audirent. Unde Ambrosius sup illud Mathei.xxvj. Blasphemauit.nō minus inq̄t peccant qui blasphemāt xp̄m regnātem in celis q̄ iudei qui xp̄m crucifixerūt ambulantē in terris. De blasphemia vō cordis legit̄ in Uitaspatx q̄ q̄dam religiosus impugnabat̄ vehementer a spū blasphemie. ⁊ cū quodā

die ꝓgeret ad abbatem ſuum ꝓ remedio petendo. Abbas autem videns eū multū moleſtum. cauſaȝ ſue moleſtie interrogauit. At ille aperuit ei dicens ꝙ eum ſpūs blaſphemie impugnaret. ⁊ ſtatim vt aperuit ei cor ſuū. impugnatio illa leuior facta eſt. Cui abbas dixit. Cum hec cogitatio te arripuerit. dic. ego cauſaȝ nō habeo. blaſphemia tua ſit ſuper te o ſathana. Hāc em̄ blaſphemiā dei anima mea non vult. Et innuit in his verbis duplex cauſa q̄re non ſit multum periculum in tali inuoluntaria blaſphemia. Non em̄ habet in ſe huiuſmodi blaſphemia cogitationem delectantem ꝓpter quā placeat homini. ſ; vehemens timor diuine offenſe adducit plerūqȝ tales cogitationes ſicut homini timido in tenebris exiſtenti ⁊ ſolitario velit nolit timor adducit cogitationes terribiles. Secunda cauſa quare non ſit multum periculum in tali inuoluntaria blaſphema cogitatione. Scit em̄ dyabolus ꝙ conuitiū ⁊ contumelia dei vehementer diſplicent homini iuſto. ideo interduȝ loquit̄ conuitia dei in homine iuſto. ſ; blaſphemia illa dyaboli ē ⁊ nō hominis. ⁊ meret̄ hō in hoc ꝙ diſplicet illi talis blaſphemia. neqȝ em̄ in talibus imiſſionibus aliquod peccatum ē homini iuſto. cum omne peccatum ſit voluntarium. ⁊ talia nō ſunt in eius volūtate. ſ; totaliter contra eius voluntatem cum de talibus vehementer doleat. nec in talibus complacentiā aliquam habeat. nec in ſue ptāte ſit taliū motus ſimpliciter declinare. ſ; teſte philoſopho ꝓ his q̄ non ſunt in noſtra poteſtate neqȝ laudamur neqȝ vituperamur. Parū igit̄ debet homo cogitationes huiuſmodi appciare. verūtamen ſi talem blaſphemiā ſiue cordis ſiue oris homo foueat ⁊ ſponte exerceat ⁊ cum deliberatione ⁊ compos ſit mentis ē peccatum grande ⁊ vix remiſſibile. iuxta illud Mathei. xij. Omne peccatū ⁊ blaſphemia remittet̄ hominibus. ſpūs aūt blaſphemie non remittet̄. Iteȝ Marci. iij. Omnia dimittunt̄ filijs hominū peccata ⁊ blaſphemie quibus blaſphemauerūt. Qui aūt blaſphemauerit in ſpm̄ſanctū non habebit remiſſioneȝ ineternū. ſ; reus erit eterni delicti. ⁊ hoc eſt verꝫ niſi penituerit. Pro quo notandū ꝙ inter blaſphemiam ⁊ ſpm̄ blaſphemie q̄dam hāc ponunt differentiam. videlicet ꝙ blaſphemia eſt que fit in deū patrē aut in filiū eius vnigenituȝ. ſ; ſpūs blaſphemie ē cum fit in ſpm̄ſanctū. ⁊ pctm̄ in ſpm̄ ſanctū dicit̄ irremiſſibile. Et hoc dupliciter. ſ. negatiue ⁊ p̄uatiue. Negatiue qd̉ nunq̄ remittit̄. Unde hoc ſancti patres blaſphemiam in ſpm̄ſanctum ⁊ irremiſſibile peccatum dixerūt in ſceleribus vſqȝ ad finem pſeuerare. ⁊ de penitentia ⁊ miſericordia dei ⁊ redemptoris diffidere. Priuatiue vͦ dicitur peccatum in ſpm̄ſanctum irremiſſibile qd̉ vix ē remiſſibile. vt peccatum obſtinationis. vel ꝓpoſitum nō penitendi ⁊c̄. Predicta em̄ blaſphemia generalis ⁊ blaſphemia ſpecialis que ē peccatum in ſpm̄ ſanctum opponunt̄ fidei ⁊ virtute religionis. q̄ debitum honorem deo exhibemus. ⁊ ꝓhibent̄ ꝑ primum mandatū decalogi quod ē mandatum fidei. Sex aūt ſpecies peccati in ſpm̄ſanctum ꝓhibent̄ ꝑ illud mandatū. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. ꝑ qd̉ diuinus cultus pcipit̄. ⁊ ſpālr̄ gratiarū actio ꝓ bn̄ficijs dei. ſ; ꝑ illas ſpēs abijciunt̄ dona dei ꝑ q̄ pctm̄ cōmiſſū tolli poſſet ⁊ remediū auferri ꝯ pctm̄ cōmittēdū. vt pꝫ ex ſupradictis.

Capitulum XXI

ſ Ecūda filia inanis glorie ē p̄ſumptio nouitatuȝ. Et ē p̄ſumptio inordinata ſpes atqȝ ꝯfidentia ſupra vires innitoris aliq̄ nimis ardua vel ſibi impoſſibilia acceptādo. vnde p̄ſumēs dicit̄ q̄ſi p̄aſſumēs vel vltra vires ſumēs. ⁊ cōmittit̄ mult̄ modis. Primo em̄ cōmittit̄ cum quis ꝓpria virtute ſperat aliquam gloriam conſequi ꝓpter quam aliqua noua adinuenit que ſunt in adiutoriū hominū. Secūdo modo cum quis de ſeipo nimis p̄ſumendo rationem querere de occultis dei iudicijs ⁊ opibus nitit̄ importune. Tercio modo cum quis ſingulariter ꝓprie innitens prudentie. alienum ⁊ magis firmum ſtulte contemnit iudiciū. diuinis p̄ceptis. aut humanis conſilijs ſalubribus vel bonis quibuſqȝ moribus obuiādo. officia ſibi non incūbentia vſurpando. ſuꝑuacua ⁊ inutilia curioſe ꝑſcrutādo. ſubtilia ſupra facultatem ſui ingenij ꝓperā inueſtigando. ardua quoqȝ ſupra poſſibilitatem ſuarum virium temere acceptando. nouas ⁊ extortas opiniones arroganter tenendo. falſitatem ſuſtinēdo ⁊ veritatem opp̄mendo. Contra p̄mum dicitur Iſaie. v. Ue qui ſapientes eſtis in oculis veſtris ⁊ coram vobiſmetipis prudentes. Item Gala. vj. ca. Si quis exiſtimat ſe aliq̄d eſſe cū nihil ſit ipe ſe ſeducit. Cōtra ſecundū dicit̄ ꝓuer. iij. ca. Fili ne innitaris prudentie ꝓprie. ⁊ ne ſis ſapiens apd̉ te metipm. Item Ecci. iij. Altiora te ne q̄ſieris. ⁊ ꝓfundiora te ne ſcrutatus fuer̄. ſ; que p̄cepit tibi deus cogita illa ſemꝑ. ⁊ in pluribus eius opibus ne fueris curioſus. non eſt em̄ neceſſarium ea que abſcondita ſunt videre oculis tuis. Contra tercium vͦ dicit̄ Eccleſia. iij. ca. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter ⁊ in pluribus eius opibus non eris curioſus. plurima em̄ ſuꝑ ſenſum hominum oſtēſa ſunt ibi. multos em̄ ſupplātauit ſuſpitio eorū. ⁊ in vanitate detinuit ſenſus illoꝝ. Sed eſt inſuꝑ hic notandum ꝙ Pariſienſis in ſumma ſua ꝺ vicijs. parte. vj. quatuor ſpecies preſumptionis diſtinguit.

Capitulum XXII

p Rima enim ſpēs preſumptionis eſt quādo aliquis p̄ſumit qd̉ alij non p̄ſumunt. qua ſpecie laborant illi qui nouas fantaſias ſuis dictis ⁊ factis diſcretorū anteceſſorum ſuorum preferre preſumunt ⁊ coraȝ ſuis ſapientibus ⁊ melioribus preferri ⁊ exaltari p̄mo loqui ⁊ ſententiam dare appetunt ⁊ p̄ſumunt. Contra quorum quemlibet dicitur Eccleſia. xxxij. Audi tacens ſimul ⁊ querēs ⁊ loqui in medio magnatoꝝ non p̄ſumas. Unde de talibus p̄ſumptuoſis beatus Bernardus in de duodecim gradibꝰ humilitatis. Preſumptuoſus inq̄t p̄mus in conuentibus ⁊ cōgregationibus quaſi p̄cellēs reſidet p̄mus in cōſilijs inconſulte reſpondet. non vocatus accedit. nō miſſus neqȝ rogatus. importune ſe

ingerit et intromittit conuenienter et euangelice ordinata precipitanter reordinat. et iam pridem benefacta deficit inconsulte. Quicquid ipse non fecerit aut non ordinauit vel non plocutus fuerit. non recte factum nec de ceter ordinatum vel non ronabile estimat et locatum. Iudicat iudicantes et preiudicat iudicaturis. instituta veterum maiorumque contemnit. nouasque presumptuosa superstitione instituit. opiniones nouas extortas et fantasticas scripturarum excogitat. disputat inaniter et precipitanter determinat. nec tamen ea querit ex quibus semetipsum ad humilitatem patientiam et longanimitatem erudiat. sed ea solummodo inuestigat quibus seipsum sapientem atque ceteris precellentem iactanter demonstrat. non attendens quod scribatur per apostolum Paulum. Non plus sapere quam oportet sapere. sed sapere ad sobrietatem. Hec ille. Sed o ceca presumptio et dyabolica seductio. quod multi singulariter sibi eligunt opiniones somniatas et infundabiles ieiunando comedendo. vestiendo. vigilando. mundum circumeundo cum aliis traditionibus humanitus adinuentis. que plus ponderant strictius tenent et deuotius curant quam legem euangelicam. traditiones apostolicas et sanctorum primitiue ecclesie ordinationes saluberrime institutas.

Capitulum XXIII

Secunda species presumptionis est. quando aliquis presumit de hoc de quo presumendum non est vtputa cum quis presumit de viribus suis vel de amicis carnalibus vel de diuitiis. Unde quantum ad primum de viribus suis siue de fortitudine sua fatuum est aliquem presumere. preser tim cum dicat scriptura Sap. vj. ca. Potentes potenter tormenta patientur. et sequitur. Fortioribus fortior instat cruciatio. Item cum continua lucta sit inter spiritum et corpus. dicente apostolo ad Galla. v. Caro enim concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur et quanto fortius est tantomagis est spiritui timendum. nam experientia docet quod fortiores corpore frequenter infirmiores sunt mente. Unde apostolus. ij. ad Chor. xij. ca. Cum enim infirmor. s. corpore tunc factus sum potens. scilicet in mente. Unde inquanto homo fortior est in corpore. intanto difficilius resistere potest ire gule luxurie et ceteris viciis carnalibus. Unde et cum hoc leuem forte cogitationem nescit vincere vel modicum verbum redargutionis patienter sustinere. qua temeritate presumit agere que parua pati patienter non sufficit. Unde petrus dixit se paratum mori cum christo. presumens de sua fortitudine. sed statim post vecordia percussus negauit christum ad vocem vnius ancille. vt patet Matthe. xxvj. capi. Et ideo merito dicitur Sap. xiiij. ca. Sapiens timet et declinat a malo. stultus transilit et confidit. Et quantum ad secundum quod fatuum est confidere de amicis carnalibus. patet ex verbis prophete dicentis Hiere. xxxvij. Maledictus homo qui confidit in homine. et ponit carnem brachium suum et a domino recedit cor eius. Et sequitur. Benedictus vir qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius. et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas quod ad humorem mittit radices suas. et non timebit cum venerit estus et erit folium eius. et in tempore siccitatis non erit sollicitum. nec aliquando desinet facere fructum. Item Isa. xxxvj. capi. Ecce confidit super baculum arundineum confractum istum super egyptum. cui si innixus fuerit homo intrabit manum eius et perforabit eam. Sic est pharao rex egypti omnibus qui confidunt in eo. Et quantum ad tercium fatuum est scilicet quod fatuum est de diuitiis presumere. patet ex illo quod dicitur Prouerb. xj. capi. Qui confidunt in diuitiis suis corruet. iusti autem quasi virens folium germinabunt. Qui conturbat domum suam possidebit ventos. et qui stultus est seruiet sapienti. Fructus iusti lignum vite. et qui suscipit animas sapiens est.

Capitulum XXIIII

Tertia species presumptionis est cum quis presumit aliquid ante tempus. vtputa cum aliquis presumit de victoria que adhuc est in pugna. Unde goliath de victoria presumens exprobrauit israel. et despexit dauid ad se venientem dicens. Veni ad me et dabo carnes tuas volatilibus celi et bestiis terre. sed dauid non de se presumens sed in domino confidens respondit. Tu venis ad me cum gladio. hasta et clipeo. ego autem venio ad te in nomine domini. et percussit eum ipse dauid in fronte cum limpidissimo id est rotundissimo lapide. et cecidit philisteus. vt patet. j. Regum. xvij. Item benedab rex syrie cum triginta duobus regibus et eorum exercitibus obsidens samariam ciuitatem Achab regis israel. misit ad achab in magna presumptione dicens. Hec faciant mihi dii et hec addant. si suffecerit puluis samarie pugillis omnis populi qui sequitur me. et percussit eos dominus in ducentis trigintaduobus pueris pedissequis. et fugierunt reges cum omni multitudine. syria plaga magna percussa est. Et postquam transierat annus serui regis syrie dixerunt ei. Dii montium sunt dii eorum. et ideo superauerunt nos. sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus et obtinebimus eos. Recensuit benadab syrios in aphec vt pugnaret contra israel. et percussi sunt de syriis centum milia in vna die. et cecidit murus super vigintiseptem milia et mortui sunt. Benadab vero captum liberauit rex israel. quapropter reuersus furibundus vltione diuina percussus est. vt patet. iij. Regum. xx. Item legitur etiam Iudith. v. quod ille prudens dux achior consuluit holofernem principem qui cum exercitu innumerabilis multitudinis venerat subiugare filios israel. Perquire inquit si est aliqua iniquitas eorum in conspectu dei eorum. et subiugati erunt potentie tue. Si vero non est offensio eius coram populo suo non poterimus resistere eis quin deus eorum defendet eos. Sed holofernes non acquiescens consilio eius sed indignatus de verbis achior in magna superbia presumens de victoria dixit ad achior. Quoniam prophetasti nobis dicens quod gens israel defendatur a deo suo vt ondam tibi quoniam non est deus nisi nabuchodonosor. cum percusserimus eos omnes quasi hominem vnum. tunc et ipse cum eis assyriorum gladio interibis. et omnis israel tecum perditione disperiet et probabis quoniam nabuchodonosor dominus sit vniuerse terre. sed cito post cum proprio pugione decapitatus est holofernes in medio exercitus sui. a modice potentie muliere. et omnis exercitus eius nimio timore et confusione percussus fu

gilt ⁊ dispsus est. vt patet Judith.xiij.et. xiiij.⁊.xv.
capitulis. Jtē nichanorem ꝓmittentē negociatori
bus nonaginta mancipia iudeoꝝ pro vno talento
vicit iudas machabeus.interfectis ex suis aduersa
rijs nouē milibus hoim vt patet.ij. Machabeorū
viij. Jtem impius nichanor interrogauit.si est po
tens in celo imperans agi diē sabbatoꝝ.quo cogni
to.presumptuose dixit.Et ego potēs sum in terra
iubens sumi arma ⁊ regis impleri negocia.et ceci
dit nichanor mortuus cū trigintaquinqꝫ milibus
exercitus sui interfectis.vt patet.ij. Machabeorū
vltimo.Et ideo merito dicit Judith.vj.Presumē
tes de se.⁊ de sua virtute gloriātes humilias domi
ne.Et sicut in bello corporali fatuum est aliquem
p̄sumere de victoria qui adhuc est in pugna.ita et
in bello spirituali. Unde dicit.iij.Reg.xx.Ne glo
riet accinctus eque vt discinctus.Super quo pari
sieñ.Accinctū inquit vocat illū qui indutus est ar
mis ⁊ adhuc est in acie belli.discinctū vero vocat il
lum qui iā victus est ⁊ arma deposuit. Unde inq̄t
parisieñ.quidā pater cuidā fratri dicenti sibi. Ego
mortuus sum in mūdo.⁊ licet inquit pater tu mor
tuus sis mundo. dyabolus tamē mortuus nō est.
sed sicut dicit.j.Petri.v.Tanq̄ leo rugiens circuit
querens quem deuoret ⁊c̄.

Capitulum XXV

q Uarta species p̄sum-
ptionis est qñ aliq̄s p̄sumit illud quod
est supra vires suas.sicut enim cum ali-
quis p̄sumit ꝙ ipse exibit a peccato quādo volue-
rit.cū tamē a casu in peccatū mō cauere nescit.De
hac p̄sumptione dictū est supra parte.iiij. cap̄.xxj.
fere in fine per exemplū ludentiū ad scacariū. Di-
ctis ibidē adijciendū.ꝙ sicut dicit beatus augusti-
nus in de diffinitionibus. Presumptio est spes ve
nie sine amaritudine penitētie.Et oritur hoc viciū
sicut dicit in flora.Bartho.aliqñ ex incauta cōside
ratione misericordie dei.scꝫ qñ cogitat ꝙ tanta sit
eius misericordia ꝙ neminē vult damnari. Aliqñ
quidē orit de incauta cōsideratione de dei volunta
te.scilicꝫ ꝙ vult oēs saluari.⁊ potest ⁊ facit quicq̄d
vult.aliqñ cū homo de se putās oia opa indifferen
tia totū qd̄ facit p̄destinationi ascribit.⁊ aliqñ cuꝫ
hō de seipso presumat bonū se reputans ⁊ sanctuꝫ
in operibus suis. sed cōtra eū q̇ talis est.iiij. Esdre
ij.sic scribit. Jnveritate nemo de genitis est qui nō
impie gessit.⁊ de ꝯfidētibꝰ q̇ nō deliquit.Jtem iob
de seipso ait Job.ix. Si iustificare me voluero os
meū ꝯdemnabit me si innocentē me ostenderē pra
uum me dn̄s cōprobabit.etiā si simplex fuero hoc
ignorabit aia mea. Jtē leo papa in quadā omel. di
cit ꝙ superbū est de non peccandi facultate p̄sume
re cuꝫ hoc pctm̄ p̄sumpsisse sit pctm̄. dicēte aplo.j.
Job.j. Si dixerimus qm̄ peccatum non habemꝰ
nosipsos seducimus ⁊ veritas in nobis non est.vn
de gregorius in moral.Dum inquit mortali carne
circūdamur non desinet nobis antiquus hostis la
queos vbiqꝫ pretēdere.Hostis etenī noster tāta ma
licia ⁊ arte se palliat vt plerūqꝫ quādo decipit men
tis oculos culpas ꝟtutes fingat.vt qñ quisqꝫ expe
ctat p̄mia inde eterna dignus est inuenire tormen
ta. Uñ di Job.xv. Quid est hō vt immaculatus
sit et vt iustus appareat natus de muliere. ecce int
sanctos nemo immutabilis. et celi nō sunt mundi
in ꝯspectu eius quātomagis inutilis ⁊ abhomina-
bilis hō qui bibit quasi aquā iniquitatē. Jtē Job.
ix.ca.Uerebar oia opera mea.sciēs ꝙ nō parceres
delinquēti. Jtē Apocal.iij. Episcopo laodicie ec-
clesie de seipso p̄sumente dicit. dicis q2 diues sum
⁊ locupletatus ⁊ nullius egeo. ⁊ nescis q2 tu miser
es ⁊ miserabilis ⁊ pauꝑ ⁊ cecus ⁊ nudus. De ope-
ribus igit tuis q̄uis bona ⁊ iusta in oculis tuis ap
pareant nihilominus de illis nimiū p̄sumere non
est tutuꝫ.q2 cum hō aliquid boni faciat. inde plus
tenet ⁊ obligat deo.q2 dedit illi gratiaꝫ illud opus
bonum ꝑficere quicq̄d illud sit. Uñ ⁊ dicit apl's.ij.
Chor.iij. Fiduciā talem habemus ꝑ xp̄m ad deū
ꝙ nō sufficiētes sumus cogitare aliquid a nob q̄si
ex nobis sed sufficiētia nostra ex deo est. sed q̇d est
facilius in hoīe q̄ cogitare.⁊ exquo nec illud habe
mus a nobis sed ex deo.igit cū aliquod bonum in
nobis operet deus. nos inde debitores efficimur.
quod considerās ꝓpheta Hiere.x. Scio inquit do
mine ꝙ nō est hoīs via.nec viri est vt ambulet ⁊ di
rigat gressus suos.nō igit in fletibus nec in operi-
bus nr̄is.sed in dn̄o confidamus. Magna inquit
ꝯtra dyabolū arma sunt in suis hoiem viribꝰ fidu-
ciam nō habere.sed deū oipotentē rogare diligen-
ter vt aduersariū suū dyabolū possit opprimere et
diuino suffultus adiutorio in lege eiꝰ salubriter me
ditari die ac nocte ꝫ magna fatuitas ē de actibꝰ no
stris arrogāter aliq̇d p̄sumere licꝫ forte sunt de ge-
nere bonoꝝ.⁊ bona videant suꝑficialiter inspecta.
cū in humanis actibus nihil sit imꝑfectū. Uñ be.
Anselmus in suis meditationibꝰ.Opus inquit dei
qñ facio aliquo mō malicia mea illud corrūpit. nā
bonū qd̄ facio forte vel inuitus facio vel ꝓprie aut
nimis tarde vel de eo vane glorior.licꝫ illud nemo
sciat aut forte vellem ꝙ aliq̄s illud sciret.vel negli-
gēter illud facio aut indiscrete vel nimis modicuꝫ
aut simulatū aut certe imꝑfectū. ⁊ sic semꝑ meum
malū se immiscet cū bono qd̄ diuina gr̄a mihi pre-
stat.qd̄ parū deo placere pōt immo potius displi-
cere.sed o bone iesu exquo iste sctūs vir sic dixit de
seip̄o.quāto potius ego miser alexāder. ⁊ mei dissi
miles hec dicere possumus de nobismetipsis. Uñ
apl's ad Galla.vj.si quis inquit existimat se aliq̇d
esse cū nihil sit ipse se seducit.

Capitulum XXVI

a D hanc quartam spe
ciem presumptionis reducit ambitio. Et
est ambitio vt dicit Tullius animi viciuꝫ
quod non tm̄ cupiditate vel in retentione pecunie
sed ⁊ in appetitu honoris consistit.contra quod vi
cium dicit apostolus ad Hebre.v.capi. Nemo su
mat sibi honorem.sed qui vocatur a deo. A
Unde Bromyerd in libro suo de iure canonico et
ciuili.capitulo de honore. Licet inquit status ho-
noris qui alicui sit status licitus et meritorius be-
ne se habētibus.tamen est fugiēdus ꝓpter ꝑiculū
vel inuite suscipiēdus. Nam vt dicit Augustinus
suꝑ p̄s.primo.quotiēs hominibus desidero p̄esse

totiēs deo meo preire contēdo. Et iō sctūs Johan
nes Crisost. ope. imp. ome. xxviij. ⁊ ponit̄ etiam in
canone. dist. xl. multi sacerdotes. Quicunq̄ inquit
desiderauerit primatū in terra. inueniet cōfusio. in
celo. nec inter seruos xp̄i cōputat̄ q̄ de primatu tra
ctauerit. i. ambitiose. nec vnusq̄sq̄ eoꝝ sustinet
quō alijs maior appareat sed quō omnibus inferi
or videat̄. qm̄ non qui maior fuerit in honore ille ē
iustior. sed qui fuerit iustior ille est maior. hec ille.
Quod considerās btūs Augustinus sicut recitat
eū Parisiensis in de vicijs. parte. vj. De nullo in-
quit sentio deū mihi ita iratum sicut de hoc. ꝙ cū
indignus essem poni ad remū positus sū ad gu-
bernaculū in apice regiminis ecclesie. ⁊ adhuc san
ctus iste nō recepit regimē animarū prece nec pre-
cio sed quodammodo inuitus ⁊ coactus. nā sicut
dicit Parisiensis vbi prius. legit̄ de isto sctō docto
re augustino ꝙ fugiebat ab omni ciuitate que nō
habebat episcopum ne in episcopum raperet̄. ⁊ ex
quo iste sanctus tantū timuit ⁊ seipsum tam inabi
lem regimen animarū recipere reputauit. quanto
magis timerēt illi qui omni vēto temptationis de
primunt̄. ⁊ in comparatione ad istum sanctū qua-
si nullam habent scientiā super se regimē animaꝝ
presumptuose accipere. Sed contra hanc senten
tiā cōmuniter obijciunt ambitiosi cupiētes in mū
dana dignitate pompose exaltari. dicētes ꝙ bonū
⁊ meritorium est desiderare regimen animarū. nā
inquiunt teste apostolo. prima ad Thymo. iij. ca.
Qui episcopatū desiderat bonū opus desiderat. ⁊
cetera. Sed opus pertinens ad episcopatū est ani-
mas regere ⁊ gubernare. Igit̄ etiam meritorium ⁊
bonū est desideriū quo homines desiderāt ⁊ cupi-
unt habere regimen animarū. Sed quantum ad
istam obiectionem respōdet doctor Parisiensis in
de vicijs. parte. vj. vbi prius dicens ꝙ obiectio illa
nulla est. si quis dictū ipsius apostoli bene intelli-
gat. Unde inquit nō dicit Apostolus ꝙ si quis de-
siderat episcopatū benefacit vel desideriū eius est
bonum. Sed intentio apostoli est ōndere quid hic
significet̄ per hoc nomē episcopatus. q: nomē ope
ris est ⁊ nō honoris. Unde episcopus dicit̄ ab epy.
quod est supra. ⁊ scopos intentio. quasi superinten
dens. ⁊ curam suoꝝ subditoꝝ gerens ⁊ portans. et
inde episcopatus. i. super suā ⁊ alioꝝ vitā intentio.

Et cum talis intentio sit operatio bona patet ꝙ
verba ipsius apostoli sunt vera dicētis sic. Qui epi
scopatum desiderat bonum opus desiderat. sed ex
hoc non sequitur ꝙ desideriū illud opus desiderā
Item sctūs Thomas in de veri. theolo. li. vj. ca. xvj. Licet inq̄t omnes misse sunt eq̄ bone q̄tū ad opus operatū. multū tamen differūt q̄tū ad opus operans. Unde melius ē audire missam boni sacerdotis q̄ mali. sicut in mensa corpali eūdem cibū iocūdius accipimus a mūdo ministro q̄ ab immūdo. Hec ille. Unde Gregorius. ꝛ ponit in cañ. di. lxxxi. hi q̄ sunt. Si inq̄t q̄ sunt p̄sbyteri aut diaconi q̄ in crimine fornicationis iacent interdicim⁹ eis ex pte dei omnipotētis ꝛ sancti Petri autoritate ecclesie introitū vsqȝdū peniteant ꝛ emendēt. si vo in peccato ꝑseuerare maluerint. nullus vestrū eoꝝ officiū audire p̄sumat. q̄ bn̄dictio eoꝝ vertit in maledictionē. ꝛ oratio in peccatū. testante dn̄o ꝑ ꝓphetam Malachiam. Maledicam inq̄t benedictionibus vestris. Qui vo huic saluberrimo precepto obedire noluerint. idolatrie peccatū incurrūt. teste Samuele ꝛ beato Gregorio. omnino ꝯstituēte. Peccatū ariolandi ē nō obedire. ꝛ scelus idolatrie nolle acq̄escere. peccatū igit paganitatis incurrit quisq̄s dū xp̄ianū se asserit sedi apostolice obedire ꝯtemnit. Hec Gratia. sub autoritate bti Gregorij. Sub septimo signaculo libri ꝑdicti occultat septimū mysteriū huius gloriosissimi sacramēti qd̄ ē istud. q̄ licet istud sacramentū a toto populo xp̄iano fideli accipiat. tamen xp̄s verus deus ꝛ homo a q̄libet illoꝝ accipit. In cuius ꝯfirmabilē euidentiam legit Actuū. ij. q̄ in die penthecostes omnes apostoli receperūt spm̄sanctū. ꝛ q̄libet illorū recepit vnū ꝛ eūdem spm̄sanctū. ꝛ nedū apostoli in die penthecostes. ꝫ etiam multi alij credentes diuersis diebus ꝛ locis receperūt spm̄sanctū. ꝛ omnes semp vnū ꝛ eūdem spm̄sanctū receperūt. ꝛ insup licet vnus homo recipiat simul duas tres quatuor centū vel mille hostias. ꝛ alius centesimā ꝑtem vnius hostie vel millesimā. tū eq̄ bene ꝛ eq̄ integraliter recepit xp̄m q̄ millesimam ptem vnius hostie recepit sicut ille q̄ simul mille hostias recipit. ꝛ ideo ꝓpter istam causam ꝛ multas alias. bn̄ pōt istud sacramentū figurari ꝑ māna. qd̄ sicut legit Exod. xvj. Dn̄s misit in desertū filijs israel de celo. Unde ꝓpter septē causas specialiter potest hoc sacramentū christi intelligi ꝑ manna. Primo. q̄ sicut inter filios israel ille q̄ plus collegit de manna. in fine nō plus habuit q̄ ille q̄ minus collegit. nec ille q̄ minus collegit minus habuit q̄ ille q̄ plus collegit. Sic certe in isto sacramento non plus recipit de corpe xp̄i ille q̄ recipit centū vl' mille hostias ꝯsecratas q̄ ille q̄ recipit solū centesimā vel millesimā ptē vnius hostie. nec minus recipit d' corpe xp̄i ille q̄ solū millesimam partem vnius hostie recipit. q̄ ille q̄ simul mille hostias cōsecratas recipit. q̄ omnes vt p̄us dictū est recipiūt totum ꝛ integrū dn̄m nostrū Jesum xp̄m. Secundo potest hoc sacramentū figurari ꝑ manna. q̄ sicut māna descendebat de celo dicēte dn̄o Exod. xvj. Ego pluam vobis panem d' celo. sic em̄ xp̄s dei filius q̄ continet in hoc sacramēto de celo descendit. dicente xp̄o Johā. vj. Ego suȝ panis viuus q̄ de celo descendi. Tercio pōt hoc sacramentum figurari ꝑ māna rōne ministratiōis. q̄ sicut māna ꝑ angelos administratū erat filijs israel. sic sacramentū istud non conficit a sacerdote sine assistentia angeloꝝ. Unde Gregorius. ꝛ ponit in cañ. de ꝯse. di. ij. q̄d sit Quis inq̄t fideliū habere dubiū possit i ipa imolationis hora ad sacerdotis vocem celos apiri. ꝛ in illo Jesu xp̄i ministerio āgeloꝝ choros adesse. Hec ille. Quarto pōt hoc sacramentū ꝑ māna figurari rōne tempis. q̄ sicut diebus sex vsqȝ ad sabbatū descendebat māna de celo. ꝫ in sabbato cessauit et nunq̄ descendebat. sic vsqȝ ad finem mundi erit administratio huius sacramēti. ꝫ post finem mundi cuilibet saluandoꝝ erit sabbatū. i. reqes ꝛ felicitas eterna in q̄ cessabit hoc sacramentū q̄ ad esse sacramenti. Quinto pōt hoc sacramentū figurari per māna rōne saporis. q̄ sicut apud bonos habuit illud māna omne delectamentum ꝛ omnis saporis suauitatem. dicente scriptura Sap. xvj. Angeloꝝ esca nutriuisti ppl'm. ꝛ paratū panem de celo p̄stitisti illis sine labore omne delectamentū in se habentem ꝛ omnis saporis suauitatem. substantiam em̄ tuam ꝛ dulcedinem tuam quam in filios tuos habes ōndebas ꝛ deseruiens vniuscuiusqȝ volūtati ad quod q̄squis volebat conuertebat. Sȝ apud malos illud māna talem saporem ꝛ dulcedinē nō habebat. Vn̄ mali ꝛ icreduli ꝛ deo inobediētes de illo dixerūt illud Numeri. xxj. Anima nostra nauseat sup cibo isto leuissimo. Sic certe iam boni creduli ꝛ deo obediētes ꝑ fidem pcipiūt in hoc sacramento deū ꝛ dn̄m nostrū Jesum xp̄m esse contentum. in quo ē omnis dulcedo ꝛ omnis saporis suauitas. ꝛ omne quod bonū est in eo continet. Unde. j. ad Cor. xv. Deus subiecit sibi omnia vt sit ipse omnia in omnibus. ꝫ mali ꝛ increduli ꝛ deo inobedientes solū in hoc sacramento pcipiūt saporē panis ꝛ vini. Unde d' isto pōt intelligi illud quod xp̄s dicit Mathei. vj. Confiteor tibi dn̄e pater celi ꝛ terre qui abscondisti hec a sapientibus ꝛ prudētibus ꝛ reuelasti ea paruulis. Sexto pōt hoc sacramentum figurari ꝑ manna ratione annexe conditionis. Nam sicut quidam filij israel comederūt manna in deserto. s. ꝑ quadraginta annos talis cōditio erat eis annexa q̄ toto illo tempore non fuerunt vestimenta ꝛ calciamenta eoꝝ peiorata in aliquo nec putrefacta. sed semp in suo statu conseruata. vestimentaqȝ pueroꝝ ꝛ calciamenta semp creuerunt sm̄ q̄titatem corpoꝝ ꝛ pedum pueroꝝ. Unde Deutero. xix. dixit Moyses ad filios israel. Ad

duxit vos dñs quadraginta annis p desertum.non sunt attrita vestimenta vestra.nec calciamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Sed certe q̃diu anima fidelis et devota isto sacramēto nutrit.in hac vita non peiorat.ſ; continue crescunt in ea fm q̃titatem devotionis virtutes que vestimēta sunt anime.de qbus dicit apl's Apoca.xi. Btūs est vir qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Septimo pōt hoc sacramentum figurari p manna ratione liq̃factionis et indurationis.qr sicut illud manna ad calorem solis liquefiebat ſ; ad calorem ignis indurabat.sic certe hoc sacramentū ab anima in qua ē calor pfecte charitatis solis iusticie istud sacramentū quasi liquescēs replet omnes ptes anime liquore dulcedinis et gratie. intm̄ q sicut dicit xps Johānis.vj.Qui manducat hūc panem supple digne.vivet ineternū.Sed si reciperatur ab anima combusta igne ire.invidie.seu luxurie.intm̄ indurat q sicut dicit apl's.j.Cor.xj. Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi mādūcat et bibit. ¶ Sup quo Abb.vill. Indignus inq̄t est q̄ non devota mente.sed in peccato mortali.vel in voluntate mortaliter peccandi accedit ad eucharistiam.et q̄ talis ē reus ē corporis et sanguinis dñi et ac si xpm ꝓprijs manibus occiderit puniet. Sed put dicit Johānis.vj.Qui manducat hūc panem sc; digne vivet ineternu;. Sed qualiter iste panis spiritualis deberet digne manducari figuram habemus Exodi.xij. vbi legit q dñs pcepit filijs isrl' p singulos annos comedere agnū paschalē in memoriam liberationis eorum de egyptiaca servitute.et qualiter agnū illū comederent docuit eos dicens. Non comedetis crudum q̄d ex eo.nec coctum aq̄ sed tm̄ assum agnū igni. Et sequit.Renes vestros accingetis.habebitis calciamenta in pedibus vestris.et baculos in manibus vestr.et comedetis festinanter. Moraliter p agnum istu; intelligit xps salvator noster qui ē agnus dei qui in die parasceves ꝓ nostra liberatione de servitute dyaboli immolatus erat in ara crucis.Istū agnū ipemet xps in die cene dedit suis discipulis ad comedendum sub forma panis et vini et quem agnum ordinavit xps et ecclesia fideles p singulos annos comedere in memoriam liberationis eorum a servitute dyaboli.Ad cuius dignam comestionem septem requirunt que figuraliter intelligunt in p̄dictis verbis dñi.in quibus docuit filios israel qualiter agnum paschalem comederent. Et pmū igit requisitu; ad dignam comestionem huius sacramenti est firma fides.q̄d intelligit p hoc q dñs dixit filijs israel q nō comederent de agno paschali crudū quid. Unde sicut carnes crude ab homine comeste sibi nō ꝓsunt ſ; multum nocent.sic certe nō ꝓdest homini comedere hoc sacramentū sine fide.sed multū sibi nocet.Nam vt dicit apostolus ad Hebreos xj.Sine fide impossibile ē placere deo. Secundum requisitū ad dignam comestionem huius sacramenti intelligit in hoc q dñs dixit filijs israel q non comederent de agno paschali aliquid coctum aq̄. Unde in isto dat intelligi q nullus p̄sumeret recipe hoc venerabile sacramentū infectus aq̄ hypocrisis.cuiusmodi sunt illi qui fingūt se mundos a peccatis.ſ; tamen bene cognoscunt se in peccato mortali. vel in ꝓposito redeūdi ad peccatū mortale.Sed hāc aquā p̄cipit nobis dñs effundere Trenorum.j.dicens.Effunde sicut aquā cor tuū. Tercium requisitū ad dignam comestionem huius sacramēti intelligit in hoc q dñs dixit filijs israel q nihil comederent de agno paschali nisi tm̄ assum igne.p quod dat intelligi q nullus p̄sumeret istud sacramentū accipe nisi haberet in se ignem pfecte charitatis.De quo igne dicit dñs in euangelio Luce.xij. Ignem veni mittere in terram.et q̄d volo nisi vt ardeat. Quartū requisitu; intelligit in hoc q dicit Renes vestros accingetis. p q̄d dat intelligi q recipiēs hoc venerabile sacramentū deberet esse mūdus ab omni inordinata libidinis delectatione. Unde q̃periculosum sit hoc sacramentum in peccato luxurie pollutū recipe.Exemplum habemus in cronicis Martini vbi legit q rex Lotharius quē Nicolaus papa ꝓ adulterio excōmunicauerat Romam vt se excusaret venit.a quo dum ꝓ ostensione sue innocētie quam false asseruit ad cōmunionē corpis et sanguinis dñi tā ipe q̃ optimates regni sui p papam invitati fuissent omnes q̄ in digne sacramentū istud receperūt.infra breve morte subita moriebant. Rex vo Lotharius in ipa via redeūdo etiā subito mortuus est. Item legit.ij.Regum.vj. q Osa a deo morte subita erat pcussus.qr manū extendit ad arcā dei ne declinaret bobus recalcitrātibus.Hanc historiam recitat Lincon.sup euāgelia.parte.ij.ca.xlvj.vbi dicit q iste Osa ex debito officio.qr erat d̄ tribu levi. et sacerdos accessit ad subleuandū arcā dei.ſ; indigne.qr inq̄t nocte p̄cedēte cōcubuerat cū vxore sua. ſ; q̃to magis punient ad corpus xpi accedētes q̄ cu; meretricibus sunt polluti. Quintū requisitū ad dignam comestionem huius sacramēti intelligit cum dicit.Calciamēta habebitis in pedibus vestris. Uñ calciamēta fiūt de pellibus animaliū mortuorum. et ideo p hoc q dicit Calciamēta habebitis &c.signat q recipiēs hoc sacramētū calciaret pedes affectiōis anime sue exemplis sanctorum qui mortui sūt. Uñ Johānes baptista in vtero matris sue sactificatus in heremo a puericia conuersatus et a dño electus.et tamē nō ausus est tāgere verticem dñi.sed reputavit se indignum solvere corrigiam calciamēti eius vt patet Johānis.j. Petrus etiam a dño electus reputavit se indignum p̄ntia salvatoris dicēs. Exi a me salvator.qr homo peccator sum.Luce.v.et tamē Petrus vt dicit Januen.in opere quadragesimali.sermone.xcv.intātum de peccato suo penituit et flevit q facies sua ex lachrymis videbat adusta.et ideo sudarium in sinu suo ꝑtinue ferebat quo fluētes lachrymas detergebat. Legit in euangelio Mathei.viij.d̄ cēturione cuius fidem intātum cōmēdavit xps q dixit q non invenit tantam fidem in israel.et tamen iste cēturio reputavit se indignū recipe christū subter tectum domus sue.Cum igit tu peccator quiscūq; fueris nō sis tam sanctus vt Johānes baptista qui reputavit se indignum tāgere verticem dñi vel solvere corrigiam calciamenti eius.nec tātam habes cōtritiōe; sicut habuit Petrus q̄ reputavit se indignu; p̄ntia salvatoris.nec

tātam habes fidē sicut cēturio. qui reputauit se indignū recipe christū subter rectū domus sue. a multo fortiori timeres tu ⁊ reputares te indignū dn̄m tuū in ergasculū corporis tui pctō polluti recipe.

Sextū requisitū ad dignā comestionē huius sacramēti intelligit̄ cū dicit̄ Baculos habebitis in manibus vestris. p baculū em̄ intelligit̄ passio siue crux christi. hūc baculū docuit christus recipiētes hoc sacramentū in manibus mēorie tenere. dicēs. Hoc facite in meam cōmemorationē. i. in memoriam mee passionis. Cū hoc baculo potes a te omnem canem infernalē abigere. Vn̄ si latret siue inuadat te canis supbie. statim accipe baculū memorie passionis christi cogitādo de excellētissima humilitate christi. ⁊ specialiter quomō ꝓ amore tuo humiliauit semetip̄m factus obediēs vsq; ad mortem. mortem aūt crucis. ad Philippē. ij. Secūdo si latret super te canis ire vel inuidie. statim accipe hūc baculum cogitādo de excellētissima charitate christi quā ostēdebat suis inimicis sine causa eum crucifigentibus excusando eos ad patrem dicens Pater dimitte illis quia nesciūt quid faciūt. Luce xxiij. Quarto si latret super te canis accidie accipe baculū istū cogitādo quomō christus ꝓ amore tuo intātum laborauit ꝙ factus est sudor eius tāq; gutte sanguinis decurrentis in terram. Luce. xxij. Quinto si insurgat cōtra te canis auaricie. accipe p̄dictū baculū cogitando quomodo dn̄s tuus factus est ꝓ te tam paup ꝙ nō habuit vbi caput suū reclinaret. Luce. ix. Sexto si inuadat te canis gule accipe baculū istū cogitando quomodo dn̄s tuus ꝓ amore tuo qn̄ p̄ tormentis sitiuit in cruce gustauit acetū felle mixtū. Mathei. xxvij. Septimo si latret sup te canis carnalis delectationis siue libidinis. accipe baculū tuū cogitādo quomō xp̄s ꝓ amore tuo penam sustinuit in q̄libet pte sui corporis. intātum ꝙ a plāta pedis vsq; ad verticem capitis non erat in eo sanitas. Isaie. j. Ecce q̄liter cum isto baculo potes repellere a te omnē canem infernalem. Qd̄ considerans apostolus Iaco. iiij. Resistite inq̄t dyabolo ⁊ fugiet a vobis. Septimū requisitū ad dignam comestionē huius sacramenti intelligit̄ cum dicit̄. Comedetis festināter. p qd̄ intelligit̄ ꝙ recipiens hoc sacramentū nō deberet tardare circa fidem querēdo humanam rationē. ad ꝑscrutandū q̄liter hoc sacramētū potest esse corpus xp̄i. Quia vt dicit Gregorius sup euāge. ome. xxvj. Fides non habet meritum vbi humana ratio p̄bet experimentū. Vnde in figuram huius legitur Exodi. xx. ꝙ dn̄s dixit ad Moysen. Si altare lapideum mihi feceris non edificabis illud ex sectis lapidibus. Si em̄ leuauerꝫ cultrū tuū sup eo polluetur. Spiritualiter altare lapideū est fidei soliditas sup quā non est leuandū acumen ingenij nostri qd̄ p cultrū intelligit̄. vt ingeniū nostrū in his que dei sunt autoritati scripture p̄ponamus. Vn̄ filij israel de māna qd̄ figurabat sacramentū altaris nō querebant nisi tantū vnam q̄stionem dicentē. Manhu qd̄ significat quid est Exodi. xvj. Sic certe sufficit pplo laycali ⁊ specialiter de isto sacramento querere tantū istā q̄stionē q̄d est hoc. ⁊ firma fide tenere se ꝯtētos de r̄nsione xp̄i dicētis. Hoc ē corpus meū qd̄ ꝓ vobis tradet̄ Mathei. xxvj. Et hec pauca notabilia sufficiāt ꝓ pn̄ti de isto p̄ciosissimo altarꝫ sacramēto ⁊ de idolatria q̄ vt supra dicit̄ ē species secūda supstitionis ⁊c̄.

Capitulum XLVII

T Ercia species supersticionis ē diuinatio. Et est diuinatio futurorū euentuū ⁊ contingentiū ad vtrumlibet absq; diuina reuelatōe ꝓnūciatio. Futuri em̄ euētus q̄ causas necessarias habēt vt eclypses future ꝯiunctiōes siccitates pluuie ⁊ hmōi poterūt p̄nosci ex causis. Sꝫ futura ꝯtingētia ad vtrūlibet causas necessarias nō habēt nec determinatas. imo indifferētes ad opposita. sicut liberꝝ arbitriū hominis ē indifferēs de se ad hoc vt cras faciat legere vel orare vel nō orare. ⁊ ideo hmōi effectus ꝯtingētes non pn̄t p̄nosci anteq; eueniāt. ꝫ solū cognoscunt̄ in seipis qn̄ actualiter iam existunt. cognoscere aūt ea certitudinaliter anteq; fiāt solius dei est. q̄ ita videt futura omnia sicut ea q̄ sunt pn̄tia in effectu. Vnde q̄cūq; p̄sumpserit talia futura ad vtrūlibet contingētia certitudinaliter ꝓnūciare absq; dei reuelatione blasphemādo vsurparet sibi id qd̄ est ꝓpriuꝫ dei. Vn̄ Isaie. xlj. Annūciate q̄ vētura sunt ⁊ dicemus ꝙ dij estis. Hinc est ꝙ s̄m Isidorꝝ li. viij. ethymol̄. ca. ix. Diuini dicti sunt q̄si deo pleni. diuinitate em̄ se plenos simulāt ⁊ astutia q̄dam fraudulenta hominibus futura coniecturāt. Licet igit̄ ꝓphete diuinare videant̄ qn̄ futura ꝓnūciāt. tamē iuxta istū modū loquēdi vsitatū. diuinatio semp in malum sonat. siue in malā partē accipit̄ vt dicit Hieronymus sup Micheā. ⁊ ideo semp est peccatuꝫ ⁊ supstitiosum. eo ꝙ talis p̄nūciatio nō fit nisi ex adiutorio demonū. Vn̄ dicit Origenes in suo periarcho. ꝙ est q̄dam operatio demonū in ministerio p̄scientie q̄ artibus q̄busdaꝫ ab his q̄ se demonibus mancipauerūt. nūc p sortes. nūc p auguria. nūc ex ꝯtemplatione vmbrarꝝ comp̄hendi videt̄. Hec autem omnia operatione demonū fieri non dubito. Et sicut dicit Augustinus. ij. d̄ doctrina christiana Quicq̄d ꝓcedit ex societate demonū ⁊ hominum supstitiosum ēst. ⁊ ideo diuinatio est species supstitionis. Pro quo notandum ꝙ quatuor sunt genera principalia diuinationis sub q̄bus multe species ꝯtinent̄.

Capitulum XLVIII

P Rimuꝫ genus diuinationis est qd̄ fit p artem magicam. i. expressam vel tacitam demonū inuocationem. Vnde Augustinus. ⁊ ponit̄ in cano. xxvj. q. v. nec mirꝝ. Magi inquit sunt qui vulgo malefici ob facinorꝝ magnitudinem nuncupant̄. Hi sunt q̄ ꝑmissu dei elementa concutiūt ⁊ turbant mentes hominum minus ꝯfidentium in deo. ac sine vllo veneni haustu violentia tm̄ carminis interimūt. Vnde ⁊ magica ars vt dicit Isidorus. viij. ethymol̄. ex traditione malorꝝ angelorꝝ nomen habet. ⁊ apud assyrios est inuenta. ⁊ postmodum in toto orbe terrarꝝ plurimis secul̄ inualuit. De hac arte dicit Lincon̄. dicto. cxiiij. Qui inquit a veritate recedit ad falla-

ciam artium magicarū dignum est vt a veritate diuertus dimittatꝰ falli. Non autē falleretꝰ nisi ꝓueniret aliquotiens qđ ꝑ illas artes putatꝰ euenturum. Si em̄ nunꝙ̄ ꝓueniret purgaretꝰ ab errore q̇ credit illis artibus fallacibus. Unde magna ē diuina misericordia, cum nō sinit ꝓuenire quod ꝑ illas artes speratꝰ ꝓuenturum. Cum vero aliquotiēs ꝓuenit firmatꝰ error quo eis creditꝰ. Si autem semper ꝓueniret quod ꝑ eas creditꝰ euenturū. vere artes essent ⁊ non fallaces. sed quia fallaces sunt. necesse est vt aliqn̄ non ꝓueniat quod ab eis speratꝰ. Sicqꝫ prius fallunt errorem false credulitatis inducendo vel firmando. ⁊ tādem fallūt euentū quē ꝓmittūt. ⁊ qui speratꝰ non soluendo. sicqꝫ iusto iudicio a veritate recedentes. ⁊ ad fallacia ꝯfugientes continue falluntꝰ nisi dei misericordia euētus in ꝓ̄mis tollat. ⁊ sic ab errore fallacie reuocentꝰ. Hec ille. Unde sicut dicit Holgot in lectura libri Sapientie. lectione. cxcj. Uacantes arti magice multipliciter deridentꝰ. Nam deridentꝰ a demonibus. ⁊ ab hominibus. deridentꝰ a bonis angelis. ⁊ deridentꝰ a deo. Deridentꝰ a demonibus. ⁊ decipiuntur frequenter ab ipsis spiritibus fallacibus ⁊ mendosis quibus sacrificabant. ⁊ quos colūt. sicut patuit de papa Siluestro secūdo qui prius dicebatꝰ Serebertus. hic primo monachus fuit Florinsensis cenobij. postea vero apostatauit. ⁊ dyaboli obsequijs ⁊ arti magice se penitus obligauit intantū ꝙ dyabolo homagium fecit tali pacto vt ei omnia ꝓspere ad nutum succederent. vnde ex auxilio demonis ꝓmotus est ⁊ suffultus. factus primo Remensis archiep̄s. postea Rauensis archiep̄s. Tandem vero papa romanus. Et tunc demum quesiuit a dyabolo q̄diu viueret in papatu. Respondit ei dyabolus ꝙ q̄diu non celebraret in Hierusalē. Cum igitꝰ postea celebraret in quodam loco Rome qui dicitꝰ Hierusalem ⁊ est in laterano. ex strepitu demonum mortem sibi ꝑcepit adesse. Suspirauit igitꝰ ⁊ ingemuit. ⁊ licet sceleratissimus eēt, nullatenus desperauit. sed corā omnibus suum peccatū confessus est. ⁊ membratim ordinauit corpus suū diuidi vt omnia illa membra amputarentꝰ quibus ipsos demones adorauerat. truncū vero mortuū sup bigam imponi. ⁊ vbicūqꝫ illa animalia trahentia sisterent sepelire p̄cepit. Deo vero signū euidens sue misericordie ⁊ clementie demonstrāte. animalia corpus illud in ecclesiam Lateranensem tulerūt. Consimile etiam narratꝰ de q̇dam alio episcopo q̇ se ꝓpter honores consequēdos magice arti datus fuit. Tandem factus ep̄s cū multos haberet aduersarios ⁊ esset in q̇dam castro suo de q̇ plurimū confidebat. ⁊ cū timeret consuluit demonem sub hac forma. Fugiam an non. Respondit demō Non sta secure. venient inimici tui suauiter. ⁊ subdentꝰ tibi. Accendūt igitꝰ hostes. ⁊ castrū capiunt ⁊ succendūt. Inuocans igitꝰ demonē in extrema necessitate q̄siuit q̇d faceret. ⁊ q̄re eū sic finaliter fefellisset. Respondit sibi demon ꝙ eū non decepit. sed verū sibi dixit si dictū suū sane ⁊ bene intellexisset. Dixi inq̇t. Non sta secure. i. fugias. venient inimici tui suauiter. subdēt vel tibi. i. ignem tibi. ⁊ sic suū famulum dyabolus in fine derisit. Secūdo arti magice vacātes ab hominibus deridentꝰ. sicut nuꝑ patuit nostris diebus de vno clerico scriptore nigromātie. cui demon apparēs ꝓmisit ꝙ foret rex Anglie. ⁊ cū tanta militia duceretꝰ in medio regni Anglie sicut vnqꝫ Eduuardū filiū Henrici viderat eq̇tare. q̇ dyaboli ꝓmissis fallacibus adhibens credulitatem. tandem in Northanthona in tp̄e Perlamenti comitantibus totius regni ꝓceribus tractus fuit ⁊ suspēsus q̄diu ossa ossibus adherebāt. ⁊ ideo talibus artibus dediti deo dicere pn̄t. Posuisti nos opprobriū vicinis nostris subsannatiōē ⁊ derisum his q̇ in circūitu nostro sūt. Figuram ⁊ exemplū huius habemus. iij. Regū. xviij. vbi legitur quomodo Helyas ꝓphetas Baal derisit. ⁊ ait Clamate in voce maiori. deus em̄ vester forsitan cū aliq̇ loquitꝰ. aut in diuersorio est. aut in itinere. aut certe dormit vt excitetꝰ. clamate igitꝰ voce magna.

Tercio non est dubiū q̇n ab angelis bonis deridentꝰ. q̇ se vilissimis spiritibus submittere non verentꝰ. Un̄ angelus obuiās Balaam nigromantico cū gladio euaginato d̓ dijs suis confidēti derisit ⁊ rep̄hendit qn̄ asinam suam ad maceriam eū collidere p̄cepit. vt patet Nūeri. xxij. Quarto finaliter a deo deridentꝰ. Iuxta illđ Psal. Et tu deus deridebis eos. ⁊ ad nihilū deduces eos. Et ideo merito Gratia. ⁊ ponitꝰ in cañ. xxvj. q. v. epi. Epi inq̇t ⁊ eoꝝ ministri omnibus viribus elaborare studeant ⁊ ꝑniciosam ⁊ a zabulon inuentā sortilegam ⁊ magicam artē ex parrochianis suis penitus eradicēt. ⁊ si aliquem virū aut mulierē hmōi sceleris sectatorem inueniūt turpiter dehonestatū d̓ parrochijs suis eijciāt. Ait em̄ apl̓s ad Tytū. iij. Hereticū hominem post ꝓ̄mā ⁊ scđaꝫ monitionē vel correctionē deuita sciēs qꝛ subuersus est. Qui hmōi est ⁊ de relicto ꝓprio iudicio condemnatus subuersi sunt. ⁊ a dyabolo captiui tenentꝰ. q̇ relicto creatore suo dyaboli suffragia querūt. ⁊ ideo a tali peste debet mūdari sancta ecclesia. Item Augustinus. ⁊ ponitꝰ in cañ. xxvj. q. vij. Admoneāt inq̇t fideles sacerdotes ppl̓os vt nouerint magicas artes incantationesqꝫ quibuslibet infirmitatibus hominū nihil posse remedij conferre. nō animalibus languētibus claudicātibus vel moribūdis quicqꝫ mederi. ſꝫ hoc esse ꝑ laqueos ⁊ insidias antiq̇ hostis q̇bus ille ꝑfidus humanū genus decipe nititꝰ. Et si q̇s hec exercuerit clericus degradetꝰ. laycus anathematizetꝰ. Hec ille. Item Gratia. ⁊ ponitꝰ in cañ. xxvj. q. v. si quis ep̄s. Si q̇s inq̇t ep̄s. aut p̄sbyter. aut dyaconꝰ. aut q̇libet de ordināndis clericoꝝ aruspices. aut incātatores. aut ariolos. aut certe augures vel sortilegos. vel q̇ ꝓfitentꝰ artē magicā aut aliq̇s eoꝝ similia exercētes consuluisse fuerit dep̄hensus ab honore dignitatis sue suspensus monasterij curam excipiat. ibiqꝫ penitētie ꝑpetue deditus scelus admissum sacrilegij soluat. Hec ille. Itē. xxvj. q. v. q̇cūqꝫ. Quicūqꝫ inq̇t arioli. aruspices. incantatores. ⁊ sortilegi atqꝫ ceteri hmōi sectatores ab eccl̓ia sūt illuminandi. ⁊ nisi resipuerint ꝑpetuo excōmunicādi. Hec ille. Et nota ꝙ istius ꝓ̄mi generis diuinatōis. s. magice artis q̄tuor sunt sp̄ēs ꝓ̄ncipales.

Capitulum XLIX

Prima enim spēs magice artis ē p̄stigiū. Et ē p̄stigiū hūanoꝝ sensuū illusio arte magica ⁊ operatōe demonū ꝑpetrata. Et dicit̄ p̄stigium eo ꝙ demones qn̄qꝫ ꝑstringūt visum ⁊ auditū hominū qn̄ hac specie magice artis ingerūt se ad futura ꝓnūciandū. Et hāc artē dicit̄ Mercurius ṗmo inuenisse. Per hāc em̄ artis magice speciem vt dicit Januēsis. incredibiles reꝝ mutatōes vident̄ fieri vt modica gleba terre vel modicus cumulus lapidū videat̄ magnū castrū vel pulcerrimū cenobiū siue monasteriū. Vn̄ lapillus auri p̄ciosuꝫ talentū. modica multitudo segetū. magnus cohors militū. vel pulcerrima comitiua hominū ⁊ mulieꝝ Itē garritus auiū vel grunit⁹ porcoꝝ videat̄ dulcissima melodia angeloꝝ. Et talis oꝑatio fit ꝑ inuocatōneꝫ demonū q̄ nūq̄ȝ ad talē inuocatiōeꝫ apparēt. nisi ꝓpter pacta inter eos ⁊ homies inita tacita vel exp̄ssa. sicut docet btūs Augustinus. ij. de doctri. xp̄iana. De talibus em̄ dicit ꝓpheta Jsaie. xxviij. c. Dixistis em̄. ꝑcussimus fedus cū morte. ⁊ cū inferno fecimus pactū. flagellū mūdās cū trāsierit nō venit suꝑ nos. q₂ posuimus mendaciū spem nostrā ⁊ mēdacio ꝓtecti sumus. De talib⁹ magoꝝ p̄stigijs btūs Augustinus. ⁊ ponit̄ in cañ. xxvj. q. v. nec miꝝ. sic scribit. Nec mirū inq̄t de magoꝝ p̄stigijs quoꝝ intantum ꝓdiere malefactoꝝ artes. vt etiā Moysi in illis signis resisterēt. vertētes virgas in dracones. aquaꝫ in sanguinē. cū fert̄ in gētilibus etiā libris. ꝙ q̄daꝫ magica arte socios Vlixis mutauit in bestias. Legit̄ etiam de sacrificio ꝙ Archades deo suo bacho immolaret. ex quo q̄cūq̄ȝ sumerent in bestiaꝝ formas ꝯuerterent̄. ȝ hec omnia p̄stigijs magicis potius fingebant̄ q̄ȝ reꝝ veritate cōplerent̄. Hec ille. Jtem idem de spū ⁊ anima. ca. xxiij. Sicut inq̄t dicit hūana opinio q̄dam arte mulieꝝ ⁊ ptāte demonum. homies ꝯuerti pn̄t in lupos ⁊ iumēta. ⁊ quecūq̄ȝ necessaria portare post pacta oꝑa iteꝝ ad se redire nec fieri in eis mentē bestialē ȝ rationalē hūanāq̄ȝ seruari. Hoc sic intelligendū est. qm̄ demones naturas nō creāt. ȝ aliq̄d tale facere pn̄t. vt videantur esse qȯ nō sunt. nulla em̄ arte vel ptāte demonū animus. ȝ nec corpus q̄dem aliq̄ rōne in membra ⁊ liniamenta bestialia veraciter ꝯuerti pōt. ȝ fantasticū q̄dem hominē siue cogitādo siue somniando ꝑ reꝝ innūerabiliū genera variat̄. ⁊ cū corpus non sit corpoꝝ similes formas mira celeritate capit. sopitis aūt ⁊ oppressis corporeis hominis sensibus ad alioꝝ sensum figura corporea ꝑduci pōt. ita tamen ꝙ corꝑa ip̄a hominū alicubi iaceāt. viuentia q̄dem ml̄to grauius atq̄ȝ exp̄ssius q̄ȝ somno suis sensibus obcecatis. Fantasticū aūt illȯ veluti formatū in alicuius animalis imagine alienis sensibus appareat. talisq̄ȝ sibi homo videat̄ qualis sibi videri posset in somnis ⁊ portare onera. que onera si vera sint corꝑa portant̄ a demonibus vt illudat̄ hominibus ꝑtim vera hominū corꝑa ꝑtiꝫ falsa iumētoꝝ cernētibus. Hec Augustinus. Et sic dicit Gratia. ⁊ ponit̄ in cañ. xxvj. q. v. ep̄i eoꝝ. de deo inq̄t nostro scriptū ē. Oia ꝑ ip̄m facta sūt. Quisq̄s igit̄ credit posse fieri aliquā creaturā aut in melius aut deterius īmutari aut trāsformari in aliā spēm vel in aliā similitudinē. nisi ab ip̄o creatore q̄ oia fecit ⁊ ꝑ quē omnia facta sunt ꝓculdubio infidelis ē ⁊ pagano deterior. Hec ille. Verūtn̄ sicut dicit ꝓsper in libello suo de dono timoris. Aliq̄ sunt misere vetule q̄ de nocte dicūt se videre regias pulcerrimas. ⁊ alias puellas tripudiātes ⁊ choreas ducentes cū dn̄a dyana. i. cū dn̄a paganoꝝ. ⁊ dicūt ⁊ credūt ꝙ tales pn̄t tā hoies q̄ȝ mulieres in alias similitudines trāsformare vel secū ducere. q̄ oia indubitāter sunt fantasmata. ⁊ a malignis spiritibus illis demōstrata. Nā cū dyabolus animā alicuius ad talia credēdū subiugauerat. seip̄m aliqn̄ trāsformat. modo in formā angeli. mō in formā hois. mō in formā mulieris. ⁊ mō in formā aliaꝝ creaturaꝝ. mō in formā eq̄tātis. mō in formā p̄dicātis. mō in torneamētis ⁊ hastiludijs. mō vt dictū est in choreis ⁊ alijs ludis ꝑ que tales miseras ꝑ incredulitatē captiuatas multipliciter decepit ⁊ deludit. vt ille talia firmiter credāt ⁊ alios fideles a fide ꝑ eaꝝ infidelitateꝫ ⁊ nephādissimā doctrinā ꝑuertāt. Sed caueāt tales misere ne forte ꝯtingat illis sicut narrat Malmesburij libro. vj. de gestis Angloꝝ ꝙ q̄ndam ꝯtingebat cuidā mulieri de Barkelech hmōi maleficijs ꝯsuere. q̄ dū quadā die circa suas incātationes occuparet̄. cornicula q̄ȝdam quā domatā nutriuerat audiuit more insolito crocitantē ⁊ miro mō garrientē. q̄ audito cultellus cecidit d̄ manu eius simul vultus eius ꝯcidit. ⁊ ꝓducto gemitu ꝓfundo. hodie inq̄t audiā ⁊ accipiā aliqȯ grāde. Et his dictis intrauit nūcius q̄dā obitū cuiusdam filij sui ꝓclamās ⁊ ruinā sibi exponēs eius. q̄ statim p̄ angustia in lecto decubuit vsq̄ȝ ad mortē infirmata. ⁊ deinde suꝑstites liberos suos vnū monachū ⁊ aliā monacham ad se venire acceleratis incitauit epistolis. q̄bus aduenietibus dixit. Nunc q₂ ad finē vite mee ꝓpero ⁊ demones habeo exactores in pena quos ꝑ sortilegia ⁊ alia maleficia hactenus suasores habui in culpa. Vos ergo filij ꝑ materna viscera rogo vt saltē alienare tempteris mea tormenta. ⁊ cuꝫ mortua fuero hoc modo corpus meū seruate. Primo em̄ insuite illud in corio ceruino. deinde ponite in tumulo lapideo operculo ferreo ⁊ plūbeo cōstringite. ⁊ suꝑ hec omnia lapideꝫ tribus cathenis ferreis magni ponderis circūligate. ⁊ q̄nquaginta psalteria ꝑ tres noctes eiusdemq̄ȝ nūeri missas in die ꝓ me celebrari faciatis. que forsan aduersarioꝝ ꝯcursibus resistent. ⁊ si tribus noctibus hoc mō secure iacuero. q̄rto die infodite matrē vestrā humo q̄ȝuis timeā terrā ne suis velit me recipe finibus q̄ totiēs fui grauata sortilegijs. Et his dictis expirauit. Cū igit̄ vt p̄cepat omia facta fuissent. prochdolor nil pie lachryme liberoꝝ valuerint. nil vota. nil p̄ces. tāta erat circa desperantē miserā magicā demonū potētia. Nā ṗmis duabus noctibus cū chori clericoꝝ psalmos circa eius corpus ꝯcreparent. demones ostiū ecclesie obijcere ingēti clausura leuiter distringētes duas extremas fregerunt. Media v̄o q̄ erat q̄si laboriosius oꝑa illibata durauit. Tercia v̄o nocte circa gallicantū horribili strepitu demonū aduenietiū. nōnulla fundamēta mōaste-

xij visa sunt moveri. Unus igiꝉ demō vultu terribilioꝛ ianuas ecclesie maioꝛi vi ꝯcussas in fragmēta deiecit. timuerūt clerici metu obstupefacti nō valētes effugere. Ille igiꝉ demō vt videbaꝉ arrogāti gestu ad tumulū lapideū accessit. ⁊ ibidē inuocato ⁊ acclamato eiusdē mulieris noīe vt surgeret impauit. Qua rn̄dēte. ꝑ vincul' neq̄o. Rn̄dit demō. Solueris inq̄t. ꝫ ꝓ tuo dāno. Quo dicto mox cathenā vt stramē diripuit. ꝯpculcꝗ tūbe excussit ⁊ apphēsam maledictā miserā corā oībus extra ecclesiā traxit. vbi p̄ foꝛibus equus nigerrimꝰ hoꝛribiliter hinniēs videbaꝉ aculeis ferreis ꝑ totū doꝛsum repletꝰ sup quē misera imposita mox ab oculis intuentiū cū tota demonū multitudine disparuit. nihil amplius de illa vnꝗ̄ visuꝝ.

Capitulum L

S Ecūda species magice artꝭ ē qn̄ futura p̄dicunꝉ ꝑ somnia. ⁊ diciꝉ diuinatio somnioꝝ. Et ꝭm Aristo. ij. d somno ⁊ vigilia. A Somniū ē fantasma factū a motu simulacroꝝ in simpl'r doꝛmiēte. remanent eñ simulacra idola siue spēs reꝝ ad extra in oꝛgano fantasie. ⁊ ex illis causanꝉ idola in oꝛgano sensus cōmunis ⁊ in oꝛgano sensuū exterioꝝ. sicut in oꝛgano sensus visus ⁊ auditus ⁊c. ⁊ sic apparet homini ꝙ videt. audit ⁊ tāgit. eo ꝙ aīa vtiꝉ simulacrꝭ reꝝ ꝓ ipis rebꝰ. Et ideo vt dic̄ Augustinꝰ. xxij. sup Gen̄. ꝙ tūc est somniū cū inter spēs receptas ⁊ veras res cuiꝰ sunt spēs nō discerniꝉ. ⁊ ideo xp̄s nūꝗ̄ somniauit. Et nota ꝙ diuinatio somnioꝝ tūc est illicita qn̄ innitiꝉ reuelationi demonū ꝑ aliq̄ pacta inita tacita vel exp̄ssa. Sꝫ hic dubitaꝉ vtꝝ diuinatio ꝑ somnia in aliq̄ casu sit licita. Pro q̄ notandū ꝙ hāc dubitatiōeꝫ mouet Holgot in lectura li. Sap̄. lec. ccij. ⁊ arguit ad vtrāꝗ ꝑtē. ⁊ p̄mo ꝓ ꝑte negatiua. ⁊ sic Leui. xix. diciꝉ. Nō anguriabimini. nec obſuabitis somnia. Itē Deutero. xviij. Non inueniaꝉ in vob̄ q̄ ariolos sciscitet vel obſuet somnia. ꝫ hec sunt a deo p̄cepta. igiꝉ illicita ē somnioꝝ diuiatio. Ad oppositū arguiꝉ sic. dic̄ eñ dn̄s Nūeri. xij. ca. Si q̄s fuerit inter vos ꝓpha dn̄i in visiōe apparebo ei vel ꝑ somniū loq̄r ad illū. Itē Joel. ij. Effundā spm̄ meū sup oēꝫ carnē. ⁊ ꝓphetabūt filij vestri ⁊ filie vestre senes vestri somnia somniabūt. ⁊ iuuenes vestri visiones videbūt. Itē Iere. xxiij dicit dn̄s. ꝓpheta q̄ hꝫ somniū narret somniū suū. ꝫ ista sunt dicta sp̄ussancti. igiꝉ licitū ē ꝑ somnia diuinare. Itē in scriptura sacra multos legimus sanctos ꝑ somnia diuiasse. sicut ꝑꝫ Gen̄. xxxvij. d Joseph q̄ dixit. Vidi ꝑ somniū q̄si solē ⁊ lunā ⁊ stellas vndecim adoꝛare me. qđ somniū scd̄m veꝝ rei euentū interp̄tauit pater eius dicēs. Nūq̄d ego ⁊ mater tua ⁊ frēs tui adoꝛabimus te sup terrā. Iteꝫ Iudicū. vij. legiꝉ ꝙ Gedeō pugnaturus ꝯ castruꝫ Madiā nocte q̄dā dixit sibi dn̄s. Surge ⁊ descēde in castra Madiā. q2 ego tradidi eos in manu tua. si aūt solus ire foꝛmidas descēdat tecū Phara puer tuus. ⁊ cū audieris q̄d loquunꝉ. tūc ꝯfoꝛtabunꝉ manus tue ⁊ securioꝛ ad hostiū castra descēdes. Et cū venisset Gedeō ad castra Madiā audiuit in nocte latēter vnū de Madianitis narrare p̄ximo suo somniū qđ viderat in hunc modū. Vidi inq̄t somniū ⁊ videbaꝉ mihi q̄si subcinericius panis ex oꝛdeo volui ⁊ in castra Madiā descēdere. Cūꝗ ꝑuenisset ad tabernaculū. ꝑcussit illud atꝗ subuertit ⁊ terre funditus coeq̄uit. Et rn̄dit is cui loq̄baꝉ narrās somniū. nō ē hoc aliud nisi gladius filij Joas viri israelite tradidit dn̄s in manus eius Madiā ⁊ oīa castra eius. Cūꝗ audisset Gedeō somniū ⁊ interp̄tatōeꝫ eius ꝯfoꝛtatus ē ⁊ laudauit deū ⁊ adoꝛauit. ⁊ ꝭm verā somnij interp̄tatōeꝫ ita factū ē. tradidit eñ dn̄s castra Madiā in manus Gedeonis. Et ex istis ꝑꝫ ꝙ somnia sunt fidedigna. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns ꝑ somnia licitū ē diuinare. Et ē diuinare q̄ꝫtū ad ꝓpositū ꝑtinet p̄dicere euentū futuꝝ vel ignotū. Istis visis ꝓ rn̄sione ad dubitatiōeꝫ tres ꝯclusiones sūt supponēde. Prima ꝙ diuinatio ꝑ somnia ē licita. Scd̄a ꝙ talis diuinatio nō ē ab oībus somnijs expectāda. Tercia ꝙ diuinatio ꝑ somnia ē multū ꝑiculosa. Prima ꝯclusio ꝓbaꝉ sic. Diuinatio ꝑ somnia ē aliq̄n naturalis. igiꝉ tūc ē licita. ꝯsequētia ꝑꝫ. ⁊ an̄cedēs ē Aristo. ij. de somno ⁊ vigilia. c. de diuinatione. vbi dicit. ꝙ diuinatiōeꝫ q̄ in somnijs accidit neꝗ idoneū ē ꝯtemnere neꝗ oīno suadere. vbi etiā dicit cōmētatoꝛ ꝙ nullus ē q̄ nō vidit somniū qđ annūciauit ei aliqđ euētuꝝ. Ex q̄ igiꝉ diuinatio ꝑ somniū nō est aliud nisi somniū signatiuū. ⁊ manifestū est multa somnia esse figuratiua. planū est diuinationē ꝑ somnia licitā esse in casu. ꝯfirmaꝉ ꝑ dictū Aristo. vij. Ethi. vbi dicit sic. Fama inq̄t non oīno ꝑdiꝉ quā multi homies famāt. ꝫ multi existimāt somnia verā significatōeꝫ habere tāꝗ ab experientia moti ꝭm Aristo. de somno ⁊ vigilia. vbi p̄us. Igiꝉ verisimile est diuinationem ꝑ somnia esse naturalem. ⁊ ꝑ cōsequens in casu licitam. B Sꝫ hic est notandū ꝙ sicut Augustinus in d spiritu ⁊ anima. c. xxij. Omniū q̄ sibi videre videnꝉ doꝛmiētes quinꝗ sunt genera. videlicet. oꝛaculum. visio. somniū. insomniū. fantasma. ⁊ epialtes. Oraculuꝫ est cū in somnijs parens vel aliqua sancta grauisꝗ ꝑsona seu sacerdos vel etiam deus euenturū quid aperte vel nō euentuꝝ faciendū vel euitandum denunciat. Visio est cum in his que videt qđ eodem mō quo apparuerat eueniat. Somniū sub figuris est tectū ⁊ sine interp̄tatione intelligi nō potest. In somnium vero ē qn̄ illud quod vigilantem fatigauerat ingerat se doꝛmiēti sicut est cibus vel potus vel aliq̄ studia vel artes vel infirmitates. ꝭm nāꝗ studia que quisꝗ exercuerit somniat ⁊ solitaꝝ artium simulacra in p̄ntia mentis imp̄ssa apparēt in somnijs. iuxta etiam infirmitatum diuersitates diuersa accidunt somnia. ⁊ scd̄m moꝝ ⁊ humoꝝ varietates varianꝉ somnia. alia nanꝗ videntur sanguinei. alia colerici. ⁊ alia melācolici. ⁊ alia flecmatici. Illi scꝫ sanguinei ⁊ colerici rubia ⁊ varia. Illi scꝫ melācolici ⁊ flecmatici nigra ⁊ alba. Fantasma est quādo doꝛmire vix cepit homo ⁊ adhuc vigilare se estimat aspicere videꝉ irruētes in se vl' passim vagantes foꝛmas discrepātes ⁊ varias lotas ⁊ turbulentas. Et in hoc genere est epialtes quā publica persuasio quiescentes opinaꝉ euadere ⁊ pondere suo p̄ssos ac sentiētes grauare. quod nō est aliđ nisi quedā fumositas a stomacho vl' a coꝛde ad ce-

rebrū ascendēs.ꝛ ibi vim animalē comprimēs.hec ille. Item notandū ꝙ sicut elici pōt ex dictis beati augustini sup.xxiiij.cap.Genef. ꝛ ex dictis aristo. in de somno ꝛ vigilia.ꝛ etiā ex dictis Alberti in libro suo de eisdem. Somnia sumunt originē multipliciter aliqñ ex dispositione siue cōplexione corporis humani.aliquando ab anima.aliqñ a spiritibus bonis.ꝛ aliqñ a spiritib⁹ malis. Ex parte quidem corporis in homie originanť somnia cōmuniter. Unde qñ in corpore humano supabundat humor flecmaticus.accedēs ad organuȝ fantasie fantasia siue virtus fantastica anime format sibi ydolum simile illi humori. et sic apparet homini tali multotiēs in somno ꝙ est in aqua vel gustat aquā. Similiter qñ humor dulcis ꝛ flecmaticus descendit a capite apparet homini ꝙ ipse gustat dulcia. Cōsimiliter nimis abundāte in corpore humano colera somniat hō frequēter de incēdijs. ꝛ de ꝯflagratione domoꝝ ꝛ huiusmodi. Et sic narrat Albertus quendā somniasse picem ardentē infusam fuisse in ventrē suū.ꝛ causa fuit.q2 in eo abūdauit colera nigra.vñ exurgens emisit colerā nigram in magna quantitate. ¶ Talia igiť somnia manifeste sunt signatiua futurarū infirmitatum.ꝛ ꝑ talia somnia bene periti medici informanť ad iudicandū de dispositione infirmi. Alia vō somnia originanť ex ꝑte anime.vñ hoies solliciti ꝛ cogitatiui circa aliq̄ negocia frequēter somniant de eisdem. Unde Ecclesiastes.v.ca. Multas curas sequunť somnia.ꝛ hec est causa qualiter hoies frequentius somniant de amicis suis ꝛ notis quos habitualiter diligunt q̄ꝫ de extraneis.amici procul existentes maxime solliciti sunt de se inuicē.sicut docet aristo.vbi prius.et hec est causa quare dediti vilitatibus in vigilando vilia somniāt dormiendo.ac etiā tantus potest esse habitus honestatis alicui⁹ ꝑsone in viuēdo ꝙ nullo mō assentiet etiā dormiēdo feditatibus voluptatis carnalis.sicut docet augustin⁹.x.cōfessionū ca. xxxi. Vñ tm̄ habitū honestatis pōt homo acquirere ꝙ ꝟtute illius habit⁹ dissipabunť fantasie male q̄ semꝑ somnia ingerunt. ¶ Tercio aliq̄ sunt somnia que causanť in hoie ꝟtute corpoꝝ supcelestiū. Nam corpora supcelestia infundendo ꝟtutem corporibus nostris alterāt corꝑa nr̄a in somno.ꝛ tunc ꝯtingit fantasiā formare sibi species ꝛ ydola cōformia qualitatib⁹ causatis in corpore nr̄o a supracelestibus.ꝛ sic apparēt aie aliqui effect⁹ futuri.sicut patet de bellis ꝛ fertilitate vel sterilitate.et hmōi q̄ a corporibus supracelestib⁹ causaȝ habēt.sicut fuit de somno pharaonis de septē bobus ꝛ de septē spicis.Genef.xlj. Quarto vero nōnunq̄ꝫ in nobis originanť somnia a spiritib⁹ bonis.sicut ptȝ Matt.ij. de angelo qui apparuit tribus magis. ꝛ in multis alijs locis scripture cōsimile reperiť. ¶ Quinto originanť in nobis nonnūq̄ꝫ somnia a spiritib⁹ malis.sicut patet de vxore pilati que ociosa in die parasceues dormitauit. et multa mala passa fuit ꝑ visum in somnijs de christo.demone miscente fantasias ꝛ apparitiones in ea vt per ea redemptiōem nr̄am impediuisset.vnde mādauit viro suo pilato dicēs. Nihil tibi ꝛ iusto illi. Multa em̄ passa sum hodie ꝑ visum ꝓpter eū.Math.xxvij. Itē gratian⁹ ꝛ ponit in ca.xxvj.q.v.epi. Illud inq̄t non est omittendū ꝙ quedā scelerate mulieres retro post sathanā ꝯuerse demonū illusionibus ꝛ fantasmatib⁹ seducte credunt ꝛ se ꝓfitenť nocturnis horis cū dyana.i.cū dea paganoꝝ vel cū herodiade. ꝛ innumera multitudine mulierū equitare sup quasdā bestias ꝛ multa terrarū spacia in tēpeste noctis silētio ꝑtrāsire.eiusq̄ꝫ iussionib⁹ obedire velut dn̄e. ꝛ certis noctibus ad eius seruitiū euocari.sed vtinā he sole in ꝑfidia sua perissent.ꝛ nō multas secū ad infidelitatis introitū traxissent. Nā et innumera multitudo hac falsa opinione decepta. hec vera eē credūt.ꝛ credēdo a recta via deuiāt.ꝛ errore paganorū inuoluunť.cū aliq̄d diuinitatis aut numinis ex̄ vnū deū arbitranť. Quapropter sacerdotes ꝑ ecclesias sibi cōmissas pp̄lo dei oi instantia ꝓdicare debent vt nouerūt hec oia omnino falsa esse ꝛ non a diuino sed a maligno spū talia fantasmata mentibus fidelium irrogari.siquidē ipse sathanas q̄ trāsfigurat se in angelū lucis.cū mētes cuiusq̄ꝫ mulieris ceperit.ꝛ hanc per infidelitatē sibi subiugauerit illico trāsformat se in diuersarū personarū species atq̄ꝫ similitudines.ꝛ mentē quam captiuā tenet in somnis deludens.mō leta.mō tristia.modo per cognitas.mō per incognitas personas ostendēs per deuia queq̄ꝫ deducit.ꝛ cū solus spūs hec patiť infidelis.hoc non oino in spū sed etiā in corpore euenire opinať. Quis em̄ in somnis ꝛ nocturnis visionibus non extra seipm̄ educiť.ꝛ multa videt dormiendo q̄ vigilādo nunq̄ꝫ viderat.q̄s igitur tā stultus ꝛ hebes sit qui omnia q̄ in solo spū fiunt. etiaȝ in corpore accidere arbitreť. cū ezechiel ꝓpheta visiones dn̄i in spū ꝛ non in corꝑe vidit ꝛ audiuit. sicut ipsemet ꝓpheta dicit. Statim inquit fui in spū. ꝛ paulus nō audet dicere se raptū in corꝑe. Oibus itaq̄ꝫ publice annunciandum est ꝙ q̄ talia credit ꝛ his similia fidē ꝑdit.ꝛ qui rectā fideȝ nō habet. hic nō est christi.sed illius in quē credit id est dyaboli. Et ex istis patet ꝙ somnia siue vno mō causenť.siue alio mō.frequēter ꝯtingit ꝙ sunt signatiua euētuum futuroꝝ.ꝛ sic patet veritas prime cōclusiōis scȝ ꝙ diuinatio in casu est licita. Secūda conclusio supratacta est hec. Diuinatio nō est ab omnib⁹ somnijs expectāda. Unde aristo.in de somno ꝛ vigilia de somnijs talē ponit distinctōem. Quedam inquit somnia sunt aliquoꝝ effectuū signa. quedā cause.ꝛ quedā accidētia ꝛ impertinētia siue indifferentia effectuum futuroꝝ. Aliqua somnia sūt signa.sicut patuit superius de humoribus colericis fleumaticis vel alijs ꝛ somnijs cōuenientibus. Cause effectuū sunt somnia etiā interdū.q2 aliquando homo ita sollicitatur circa opus inchoatuȝ qd̄ in dormiēdo ꝑfecte cōprehendit modū cōuenientem quo illud opus poterit ꝯsummare. ꝛ postea iuxta istam fantasiam ꝓducit ꝓpositum ad effectū. ꝛ sic est somniū causa aduentus effectus futuri. Sunt etiā quedā somnia accidentia.i.indifferētia vel imꝑtinētia ad futurū euentū.q2 nec sūt signa nec causa euētus futuri ꝛ ex talib⁹ somnijs nullo mō est diuinatio expectāda.ꝛ sic patet scd̄a cōclusio. ¶ Tercia cōclusio est hec. Indulgere diuinationi ꝑ somnia est multū periculosuȝ.hoc patȝ ꝓpter deceptio-

nes maloꝝ spirituũ q̄ per somnia nitunt̄ seducere
eos q̄ fidē somnijs p̄stant. ⁊ ideo faciliter posset hō
nimis credēs somnijs labi in desperatōem ad sug
gestionē dyaboli ⁊ incredulitatē. Et scdo ꝓpter si-
gnationis diuersitatē somnioꝝ. pōt eñ somnium
equiuoce ⁊ equaliter multa significare. ⁊ iō hō ap-
plicādo somniū ad vnū p̄ticulare posset statissime
decipi. Et tercio q: nōnulla somnia habēt interpre
tari per simile et nōnulla per contrariū. sed qm̄ qñ
vno mō. ⁊ aliqñ alio mō discernere possumus non
est facile. Et quarto q: sicut dicit phs in de somno
⁊ vigilia. Licet somnia sint significatiua futuroꝝ.
aliqñ tñ non est necesse euentū somnioꝝ accidere.
q: possunt per fortiores causas impediri. sicut nu-
bes que sunt causa pluuie aliqñ abundāt et signāt
pluuiā futurā. ⁊ aliqñ ex causa superiori dispergen
te eas ꝯtingit futurā pluuiā nō fieri. Consimiliter
in nōnullis operationib⁹. Quis eñ aliquis habeat
cōsiliū ad aliquid faciendū ⁊ futurū ꝓpositū ad il-
lud faciendū. non tñ necesse est ꝙ illud faciat. pōt
eñ fortius consiliū superuenire ⁊ totū mutare ꝓposi
tum. ⁊ ideo interp̄tator somnioꝝ non debet dicere
determinate significationē somnioꝝ ⁊ effectum in
fallibiliter euenire. sed adijcere debet conditionē
nisi fortior causa perueniēs impediat. ⁊ consimilit̄
debēt astrologi diuinare. Vñ dicit Albert⁹ ꝙ astro
logi dicentes determinate ꝙ talis effectus eueniet
faciunt scientiā astrologicam vilescere fortiori cau
sa impediente. cum tamen in scientia non est defe-
ctus. sed in astrologo determinate ⁊ absolute sentē
tiam ꝓferente. licet igit̄ vti somnijs ad cognitōem
futuroꝝ innitēdo diuine reuelationi. Vel scdm ꝙ
procedūt ex diuina reuelatione non est illicitū. q:
sic Joseph diuinabat de futuris p somnia pincer-
ne pharaonis ⁊ magistri pistoꝝ. vt habet̄ Geñ. xl. ⁊
similiter daniel per somniū regis babylonis vt ha
betur Danielis. iiij. ⁊ hec diuinatio est species pro
phetie. de qua habetur Nume. xij. Si quis fuerit
inter vos ꝓpheta domini in visione apparebo ei.
vel per somniū loquar ad illum. periculosū tamē
est per somnia nimis cōmuniter diuinare. Vñ dici
tur metrice. Somnia ne cures nam fallūt somnia
plures. Item Eccle. xxxiiij. dicit̄. Vana species et
mendacium insensato viro. ⁊ somnia extollūt im-
prudentes. quasi qui apprehēdit vmbram ⁊ perse-
quit̄ ventum. Sic qui attēdit ad visa mēdacia. Fm
hoc visio somnioꝝ ⁊ infra. sicut parturiētis cor tu
um patit̄ fantasias nisi ab altissimo fuerit omissa
visitatione in illis dederis cor tuum. multos enim
errare fecerunt somnia. et exciderunt sperantes in
illis. ⁊ ex his patet responsio ad dubitationem. Et
ad rationem in oppositum dicitur ꝙ non inhibet̄
quin aliquando liceat sicut superius declaratū est
per somnia diuinare. sed inhibitum est superstitio
se et nimis cōmuniter p somnia diuinare. ne forte
homo decipiat̄. fidem ⁊ spem adhibendo illusioni
bus dyaboli que in somnis impioꝝ frequēter con
tingunt. Unde qualiter infideles ⁊ specialiter incre
dule mulieres in somnis aliquādo ex illusione dy
aboli decipiunt̄ ostēdit Gratianus vt supra dictū
est in prima cōclusione pro responsione ad hāc du
bitationem supposita.

Capitulum. LI

Ercia spēs artis ma-

t gice est nechromancia. Et est nechroman-
cia per mortuuos futuroꝝ euētus prenū
ciatio. Unde a nechros grece. qd̄ est mortuū lati-
ne. ⁊ mancia quod est diuinatio nuncupat̄. cōpo-
nit̄ nechromancia. i. diuinatio mortuoꝝ. Unde et
nechromāticus siue nechromātica dicit̄ ille vel il-
la cuius p̄cantatōnibus vident̄ resuscitati mortui
diuinare ⁊ ad interrogata respōdere. ⁊ ad quos su
scitādos requirit̄ additio sanguinis hūani. Quia
vt dicit Isido. viij. ethimolo. Amare sanguinē hu
manū demones dicunt̄. ⁊ iō quotienscūq; nechro
mācia fit cruor hūanus aque miscet̄. vt colore san
guinis facilius demōes prouocent̄. hac eñ specie
artis magice vtebat̄ illa mulier phytonissa quam
vt. j. Reg. xxviij. putauit rex saul samuelē ꝓphetā a
morte suscitasse. sed tñ in rei veritate erat spūs ma-
lignus. q̄ in specie samuelis apparuit sauli. ⁊ ad in
terrogata saul de futuroꝝ euētibus diuinauit. Vñ
aug. iij. de ci. dei. ⁊ ponit̄ in ca. xxvj. q. v. nec mirū.
Quidā inquit querendū putāt quō sc̄ptura narret
phytonissam samuelē ꝓphetam suscitasse ad collo
quiam saulis impijssimi regis. s. phytonica diuina
tio errori magice artis deputāda sit. q̄bus ita r̄nde
ri pōt indignum animo facinus esse credit̄. si scdm
v̄ba historie cōmendet̄ assensus quō eñ poterat fi-
eri vt arte magica attractus vir a natiuitate sanct⁹
⁊ vita ⁊ operibus iustus. aut si nō attractus est con
sensit. quorū vtrūq; de iusto credere aduersum est.
nullū eñ suffragium habet iustus si attractus aut
volūtarius amisit meritū spūale. quod. quod ꝑus
in carne quesierat. qd̄ de aliquo iusto dici ꝑuersū
est. q: q̄ hinc iustus recedit permāet iustus. Porro
hoc est prestigiū sathane q̄ vt plurimos fallat etiā
bonos se habere in ptāte cōfingit. quod apl̄s inter
cetera ostēdit di. Ipse sathanas trāsfigurat se in an
gelum lucis. vt eñ errorem faceret in quo gloriare
tur. in habitu viri iusti vita ⁊ nomine se subornauit
vt nihil ꝓficere spem quā predicabant dei cultori-
bus mentiret̄. qñ hinc exeūtes iustos finxit esse in
sua potestate. sed hoc quosdā fallit ꝙ de morte sau
lis ⁊ filij eius nō sit mentitus. quasi magnū sit dia
bolo añ occasum mortem corporis preuidere tñ si
gna quedā soleant apparere morituris quippe a
quibus dei protectio amota videtur. quātomagis
que angelica potestate sublimē ꝓphetica oracula
fuisse detestant̄. de cuius magnitudine apl̄us ait.
An ignoratis altitudinē sathane. quid mirū igitur
si imminentē ꝓphete mortem potuit preuidere cū
hec sit. Unde fallit ⁊ se in dei potestate vult adora
ri. nam tanta habitudine demens effectus est saul.
vt ad phytonissam cōfugeret deprauatus est enim
causa peccati ad hec se contulit. que damnauerat.
sed si quis ꝓpter historiam ea que expressa sunt ver
bis putet non pretermittenda ne ratio hystorie ma
ius sit. recte quidem facit. sed tamen istud minime
ad rationem veri capit sed ad visum et ad intelle-
ctum saul. Neq; enim reprobus factus bonum po
terat intellectum habere. Hystoricus enim men-
tem saulis. et habitum samuelis descripsit. et ea

dicta ⁊ visa sunt exprimẽs si vera an falsa sint. q̄ au
diens in quo habitu esset excitatus intellexit hũc
samuelẽ esse. qđ intellexerit retulit. ⁊ qꝛ nõ bene in
tellexit ꝯtra scripturã aliũ adorauit q̄ deũ ⁊ puta-
uit samuelẽ ⁊ adorauit dyabolũ vt fructuꝫ fallacie
haberet sathanas. ad hoc em̄ vt adoret̄ quasi deus
si vere samuel illi apparuisset. nõ vtiqꝫ vir iustus ꝑ
misisset se adorari q̄ p̄dicauerat deũ solũ esse ado-
randũ. ⁊ quõ hõ dei qui cum abraam in refrigerio
erat diceret ad virũ pestilẽtie dignũ ardore gehẽne
Cras mecũ eris. j. Regũ. viij. His duobus titulis
subtilitatẽ fallacie sue preuidit improuidus satha-
nas. qꝛ ⁊ adorari se ꝑmisit sub habitu ⁊ noie samu
elis cõtra legẽ ⁊ viruꝫ peccatis pressum cũ magna
distantia peccatoꝝ ⁊ iustoꝝ. sic tamen samuele iu-
stissimo futurũ. s. esse in crastino mẽtitus est. veruꝫ
potest dici verũ põt videri. si de samuelis noie ta-
ceat̄. qꝛ saul cũ dyabolo futurus erat. ad eũ em̄ trãs
migrauit quẽ adorauit. semꝑ igit̄ dyabolus sub ve
lamine latẽs ꝓuidit se dũ ea cõfingit que adhere-
ant ꝑsonis ꝑ quas fallere nitit̄. Si aũt quilibet op-
ponit ⁊ dicit. quõ eueniunt illa q̄ illi diuini p̄dicũt
futura. aut pñt egris prebere medalã. aut sanis im
mittere egritudinẽ. si aliq̄ ꝓprie virtutis ac potesta
tis nõ habeant. hoc a nobis recipiat r̄nsum q̄ ideo
quisqꝫ nõ debeat eis credere. qꝛ aliqñ eueniunt q̄ p̄
dicunt aut sanare vident̄ languidos aut ledere sa-
nos. qꝛ hoc ꝑmissu dei fit vt ipi qui hoc audiũt vel
vident ꝓbent̄ ⁊ appareant q̄li fide sint vel deuotio
ne erga deum. sicut ⁊ deutero. xiij. legit̄ moysen ex
verbo dei p̄cepisse pp̄lo ita dicẽs. Si surrexerit in
medio tui ꝓpheta aut q̄ somniũ dicat se vidisse. ⁊ p̄
dixerit signũ atqꝫ portentũ. ⁊ venerit qđ locut⁹ est.
et dixerit vobis. eamus ⁊ sequamur deos alienos
quos ignoramus ⁊ seruiamus eis. nõ audies v̄ba
ꝓphetie huius aut somniatoris. qꝛ temptat vos do
minus deus vt palã fiat vtrũ diligatis eũ an nõ. et
in toto corde ⁊ in tota anima vestra dñm deum se-
quamini. ⁊ ipm timete ⁊ mãdata eius custodite. et
In hanc etiā erubescentiā incidūt illi qui timēt veritatē dicere ne ꝑdant tpalem substantiā vel carnalem amiciciā. vel ꝓpter metū mūdane potentie nō attendentes ꝙ sicut dicit Aug. ꝛ ponit̄ in canone. xj. q. iij. quisquis. Quisquis inquit metu potētie cuiuslibet veritatē occultat. dei iram sup se prouocat. q2 magis timet hoiem ꝙ deū. Vñ sicut dicit parif. in de vicijs pte. vj. tractatu de supbia. Illi qui timēt ꝟtuose agere vel loqui ꝓpter derisionē obloquiū ꝑsecutionē vel scandalū impioꝝ. sunt sicut equi rerū vmbras timētes. Vñ mala pñtis vite nō sunt nisi quasi vmbre maloꝝ vite future. Et ideo qui erubescentiā derisionē vel aliqua mala vite pñtis ꝑter malum culpe timet ꝛ nō potius mala vite future vmbrā maloꝝ timet ꝛ nō veritatē. De quibus dixit ps. Trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Mundus em̄ iste vt dicit parif. vbi supra est quasi catulus irrisionibus. detractionibus latrans cōtra eos qui bñ faciūt. ꝛ cū satis latrauit tacebit. Sed o ꝙ strēnui milites sunt qui ꝓpter solum latratū catuloꝝ. i. detractoꝝ derelinquūt dom̄ū suū: Cito em̄ relinquerēt tales dñm suū si milites armati eos insequerent̄. Si em̄ aliquis de militibus regis alicuius potentis debitū seruitium deo diceret se non audere sibi seruire ne hoies inde deriderēt eū. vl̄ de eo male loq̄rēt̄. nōne fatua diceret̄ ei9 excusatio. Sic certe fatua ē excusatio illoꝝ q̄ ꝓpt̄ ꝟba derisoria vel obloq̄a ipioꝝ dimittūt vel erubescūt seruire deo. De illis em̄ q̄ ꝓpt̄ derisiōes hominū timēt ꝟuire deo loquit̄ scriptura Ezech. ꝓphete dicēs. Terrebit eos sonitus folij volantis ꝛc. Sup quo parif. Foliū inquit volans est verbum irrisionis qd̄ terret hoies erubescētes. Istud em̄ foliū derisionis humane multi plus timent ꝙ dei gladiū qui eos interficere est paratus. Unde Deut. xxxij. Si acuero vt fulgur gladiū meū ꝛ arripuerit iudiciū manus mea reddā vltionē hostibus meis. Item Exodi. xv. Euaginabo gladium meū ꝛ interficiet eos manus mea. dicūt em̄ supbi ꝑdicto modo erubescētes. quid diceret̄ de me si hoc facerem. ꝫ nō attendūt quid faciet eis deus si hoc nō fecerint. plus em̄ timent dicta hoim ꝙ gladiū dei euaginatū. Et certe huius fatuitatis vana gloria est in causa. Nā vt dicit Chris. ope. imp. omel. xj. Unusquisq3 vbi gloriā querit. illic timet ɔfusionem. Qui em̄ gloriā querit in terris ɔfusionē timet in terris. qui aūt gloriam nō querit in terris ꝫ tantūmodo apud deū cōfusionem non timet nisi tm̄modo dei. Si miles ꝑiculū belli sustinet dum sperat victorie ꝑdā ꝙto magis vos opprobria mūdi nō debetis timere qui regni celestis ꝑmia expectatis. Hec ille. Unde ꝛ be. Hiero. Non inquit q̄ras gloriā sc3 in terris ꝛ nō dolebis cū ingloriosus fueris. Qui laudē humanā nō appetit ɔtumeliam humanā non sentit. Sed sicut dicit idē in epl̄a ad Cellantiā. Si vere te laudabilē esse cupis laudes hoim nō requiras. q2 ꝙuis alicui sit facile laudem humanā nō curare dum negat̄. est tm̄ difficile in eā non delectari dum offert̄. Hec ille. Et ex istis patz ꝙ magna fatuitas est ꝓpter derisionē ꝛ obloquiū impioꝝ erubescere bñ agere. ꝑsertim cū ꝛ tales timent ab eis irrideri qui irrisione sunt digni. qñ em̄ mali irrident bonos de opibus bonis que agunt. idem est ac si ceci irriderent videntes de hoc ꝙ vident. ꝛ claudi recte incedentes. ꝛ ipsa derisio deridenda est. Unde Seneca. Equo inquit animo audienda sunt impioꝝ cōuitia. ꝛ ad honesta vadenti ɔtemptus ipse est ɔtemnendus. quis sane mētis nō contemnat claudicantē si videat se derideri ab eo ꝙ recte incedit. ꝛ quis nō iudicet eum fatuū si ideo velit claudicanti assimilari. q2 ab eo derideret̄. Deridendi igit̄ sunt qui sunt derisores ꝛ nō imitādi. Unde deus ꝛ omnes sancti hmōi derisores deridebūt. vñ ps. Qui habitat in celis irridebit eos: ꝛ dñs subsannabit eos. Non est em̄ vituperiū solis ꝙ noctua eum nō appreciat. nec est vituperiū auri ꝛ argenti ꝙ non appreciāt ea iumenta. Iumēta em̄ nesciunt estimare nisi fenū ꝛ similia. ꝛ porci nisi furfur ꝛ hmōi. sic non est vituperiū bonorum si a malis derident̄. Mali enim sunt velut noctue. Vñ Bern. de talibus. Hi sunt inquit similes auibus. quarū oculos nox illuminat ꝛ lux cecat. Nō est em̄ curandū de vituperio eoꝝ qui dicūt bonū malū ꝛ malū bonū. Nam vt dr̄ Isa. v. Ve qui dicitis bonū malū ꝛ malū bonū. ponētes lucem tenebras ꝛ tenebras lucē. Ipsi etiā sunt velut iumenta qui viros sanctos qui sunt velut aurū ꝛ argentū ꝛ lapides ꝑciosi despiciūt. Vñ Prouerb. xiiij. Ambulās recto itinere ꝛ timens deū despiciunt̄ ab eo qui infami gradit̄ via. Item Prouer. xxix. Abhominant̄ impij eos qui in recta sunt via. Qd̄ considerās ille magnus phs qui cum quidā ei diceret. Ecce hoies isti te ɔtemnūt. ꝛ illos inquit contemnunt asini. sed nō illi asinos. nec ego curo. q2 vituperiū taliū est laus ꝛ laus vituperiū. Unde tales reputant dedecus qd̄ in veritate laus est ꝛ honor. De primo dicit Seneca. Malis displicere est laudari. Non potes vllam veritatis sententiā de te latam hr̄e. nisi qui dānandus est mala de te loquat̄. De scd̄o etiā dicit Seneca. Tā turpe sit tibi laudari a turpib9 ꝙ laudari obturpia. Letior esto q̄tiens displices mal'. Maloꝝ ꝟo d̄ te estimatōes prauas veram tibi laudē ascribas. sectator em̄ epularū nō de bñ viuente. ꝫ de bñ pascente laudabilem ꝓfert sniam. Hec ille. Item be. Greg. sup Ezech. omel. ix. ꝛ idem habet Holkot in lectura libri Sap. lec. cxxxij. in fine. Peruersoꝝ inquit derogatio vite nr̄e comprobatio est. q2 iam ostēdit̄ iusticie aliq̄d nos habere. si illis qui deo nō placent incipimus displicere. nō em̄ est derogatio ꝫ potius cōmendatio lucis si eam odiūt vespertiliones. Sancti viri sūt lux mūdi. dicēte xp̄o Math. v. Vos estis lux mūdi. Itē apl's. j. Thes. v. Omnes vos filij luci estis ꝛ filij diei. Peccatores aūt sunt sicut vespertiliones amantes semp opa tenebrarū. Item non est derogatio ꝫ cōmendatio odoris si eum serpentes fugiunt. Boni em̄ viri sunt bonus odor xp̄i p bonā cōuersationem. Unde. ij. Chor. ij. Xp̄i bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt. ꝛ in his qui pere

unt. Alijs quidē odor mortis in mortem. alijs autē
odor vite in vitam. Impij aūt sunt serpentes ple-
ni veneno peccati. Item nō est derogatio coloris
sed potius ꝯmendatio si ceci de illo mentiantur ⁊
false iudicēt. Peccatores em̄ ceci sunt. iuxta illud
Sap. j. Ambulauerūt ceci q2 peccauerūt dn̄o. Itē
Sap. ij. Excecauit eos malicia eorū. non sunt igit̄
hmōi derisiones impiorū a bonis timēde. ſ; potius
appetende. Nam vt dicit Seneca. Nondum felix
es si nondum turba impiorū deridet te. In cuius
sentētie confirmationē dicit xp̄s Math. v. Beati
eritis cuȝ maledixerint vobis hoīes ⁊ ꝑsecuti vos
fuerint ⁊ dixerint omne malū aduersum vos mē-
tiētes ꝓpter me. gaudete ⁊ exultate qm̄ merces ve
stra copiosa est in celis. ¶ Unde Atton sup
euangelia sermone. lix. ꝑtinenter ad ꝓpositum ita
scribit. Si omnes inquit veteres hystorias ⁊ totū
mundane vite cursum ꝯsideremus semꝑ inuenie-
mus ꝙ falsitas ꝑsequit̄ veritatem. malicia bonita
tem. impietas pietatem. ⁊ suꝑbia humilitatem. et
deus cum sit omnipotens ⁊ iustus. quare hoc per
mittit. certe vt mali exigentibus suis demeritis fi-
ant deteriores. ⁊ sancti sanctiores. Iux̄ illud Apo
ca. vlt. Qui nocet noceat adhuc. ⁊ qui in sordibus
est sordescat adhuc. ⁊ q̄ iustus est iustificet̄ adhuc.
Multe em̄ tribulationes iustorū. ⁊ de omnibus
his liberabit eos dn̄s. ⁊ econtra insidijs capientur
iniqui. Ecce charissimi ab initio cayn suꝑbus ⁊ im
pius ꝑsecutus est fratrem suū abel iustū ⁊ humilē
in eius gloriam ⁊ sui cōfusionē. Esau suꝑbus ⁊ re-
probus ꝑsecutus est iacob humilem ⁊ electum in
eius gloriam ⁊ sui cōfusionē. Ismael suꝑbus ⁊ re
probus ꝑsecutus est ysaac humilem ⁊ electū. Filij
iacob suꝑbi ⁊ inuidi ꝑsecuti sunt ioseph humilem
⁊ mansuetū in eius gloriam ⁊ eorū cōfusionē. Iu
dei suꝑbi ⁊ maliciosi ꝑsecuti sunt xp̄m humilimū
⁊ sanctissimū in eius ⁊ in oīm sanctorū gloriā ⁊ in
eorū ꝓpriam cōfusionem. Hec ille. Certe sic ⁊ iam
impij deridēt scandalizant ⁊ ꝑsequunt̄ iustos sed
nunq̄ȝ iusti impios. ⁊ insuꝑ aliqui etiā erubescunt
bn̄ agere. eo ꝙ ad inuicē diu cōsueuerūt male age-
re. cuiusmodi sūt tales qui ꝓpter cupiditatē. igno
rantiam vel vanam gloriam vt singulares videāt̄
errauerūt a fide. ⁊ alios multos ꝑ eorum doctrinā
erronicā fecerūt errare. De quibus apl's. j. Thy. j.
ita scribit. Rogaui te vt remaneres ephesi. ⁊ ego irē
macedoniam vt denūciares quibusdā ne aliter do
cerent neq̄ȝ intenderēt fabulis ⁊ genealogijs inter
minatis. que questiones p̄stant magis q̄ȝ edificati
onem dei que est in fide. Finis em̄ p̄cepti est cha-
ritas de corde puro ⁊ cōsciencia ⁊ fide non ficta a
quibus quidam aberrantes cōuersi sunt in vaniloquiū.
Uolentes esse legis doctores nō intelligen-
tes neq̄ȝ que loquunt̄ neq̄ȝ de quibus affirmant. ⁊
multi sunt tales his diebus qui ꝓpter auariciā su-
ꝑbiam ⁊ inanē gloriam p̄sumunt esse legisdocto-
res ⁊ docētes cronicatas genealogias. fictas poe-
sias. ⁊ inutiles fabulas ad quarū colorationem si-
ue colorabilē affirmationē applicant sacram scri-
pturam quam erronice intelligunt ⁊ docēt. ⁊ licet
tales aliq̄n ex informatione ⁊ doctrina bonorū eo
rum ꝓprium errorē ꝑcipiant. tn̄ ꝓpter inueterataȝ
eorum maliciā ⁊ diuturnam cōsuetudinē erubescūt
eorū errorē publice reuocare. Sed talis non erat
apl's paulus qui suū errorē cognoscens nō erubu-
it illum humiliter ⁊ publice cōfiteri dicens in sua
epl'a vbi prius. Gratias ago ei qui me cōfortauit
in xp̄o ihesu dn̄o nr̄o qui me fidelē existimauit po-
nens in ministerio qui prius fui blasphemus ⁊ ꝑ-
secutor ⁊ cōtumeliosus. ſ; misericordiam dei cōse-
cutus sum. q2 ignorans feci in incredulitate. Iteȝ
multi erubescunt bn̄ agere inter impios quos vi-
dent ⁊ audiunt agere ꝑuerse. cuiusmodi sunt illi q̄
videntes membra dyaboli ꝓximis detractiōibus
scandalis ꝑsecutionibus extorsionibus ⁊ alijs fal
sitatibus ⁊ nocumentis iniuriam quotidie facere
⁊ non timēt ꝓpter derisionē vel mundanā offensā
eis vt ab hmōi se refrenēt ꝯsulere. cuiusmodi sunt
etiā illi qui audiētes maledictos mandati dei trās
gressores. mēdacijs ⁊ horribilibus iuramētis deū
q̄tidie blasphemare ⁊ tn̄ ne lollardi ⁊ heretici vel
de secta lollardorū dicerent̄ erubescunt eos retice-
re ac seipsos ab hmōi transgressionibus refrenare
Sed nō sic fecit sanctus paulus qui vt patet Act.
xxiiij. Cum suggerētibus ei9 emulis ⁊ veritatis ini-
micis a quodam falso aduocato nomine tertulo
coram p̄side felici in multis false accusaret̄. pro eo
ꝙ sequebat̄ ⁊ docebat doctrinam iesu xp̄i quam re
putabant pontifices scribe ⁊ pharisei heresim. Sȝ
paulus de illis in quibus ipm̄ false accusabāt hu-
militer se excusauit. ſ; de secta ⁊ doctrina xp̄i q̄ȝuis
ab inimicis veritatis heretica reputaret̄ se esse ꝯfi-
teri nō erubuit dicēs p̄sidi. Confiteor aūt hoc tibi
ꝙ s̄m sectaȝ quam dicūt heresim. sic deseruio deo
patri credens omnibus q̄ in lege ⁊ in ꝓphetis scri-
pta sunt spem habēs in deum. Itē xp̄m ⁊ eius do
ctrinam nō erubuit illa deuota mulier marcella ꝓ
curatrix domus marthe. de qua legit̄ in li. amico-
rum xp̄i. ac etiā Lu. xj. Scribis ⁊ phariseis xp̄m
blasphemantibus illa tollens vocē suam ait xp̄o.
Beatus venter qui te portauit. ⁊ vbera q̄ suxisti. ſ;
huic deuote mulieri longe dissimiles sunt multi fi
cti xp̄iani his diebus. qui audientes falsos tradito
res ⁊ inimicos crucis xp̄i dn̄m oīm xp̄m iesum q̄-
tidie blasphemare. ⁊ tn̄ apire os suū ad eos reticē-
dum a suis blasphemijs erubescēt. Non attendē-
tes ꝙ sicut dicit xp̄us Lu. ix. Qui me erubuerit ⁊
meos sermones hūc filius hominis erubescet cuȝ
venerit in maiestate sua. Sed caueant tales. qui ꝓ
pter derisionē impiorū erubescūt videri humiles
⁊ obediētes filij diuino contingat illis sicut vt do-
cet parit̄. in de vicijs. parte. vj. trac. de suꝑbia. con-
tingit cuidam scolari parisius scolatizanti. qui cū
indutus esset p̄ciosis vestibus. ⁊ a socijs suis mul-
tum honoraret̄. accidit quodā tp̄e ꝙ pater suus in
pauꝑi ⁊ humili apparatu filiū suū visitauit. ⁊ pro
suis expensis secū pecuniā attulit. fili9 ei9 timēs ne
socij sui eum ꝯtemnerēt si scirent eū tam pauperē
habere parentē patrē suū. vt nullo modo corā so-
cijs suis diceret eum filiū suū secrete rogauit. Un̄
⁊ filius suus simulauit patrē suū esse vnū de serui
entibus patris sui. ⁊ fecit eum cum gratiorib9 do-
mus sedere in prandio. quod p̄r humiliter ⁊ paci
enter sustinuit. Sed cum finito prandio. filius du-

xit patrē in cameram suam secrete interrogās eū quid sibi attulisset. Sed tunc pr̄ suus bursam aperiens ⁊ pecuniam quam attulerat secum sibi ostēdit. affirmans ꝙ nec vnū denariū de illis haberet. tu inquit negasti me esse patrem tuū ⁊ ego nego te esse filium meū. nūꝙ̄ igit̄ decetero comedes de aliquo qd̄ tibi transmittam. Certe sic pater celestis illos qui erubescūt ⁊ in facto negāt se esse filios dei in pn̄ti. ipse negabit se esse patrem eoꝝ̄ in futuro. dicente de seipso Math. x. Qui aūt negauerit me coram homninibus. negabo ⁊ ego eum coram patre meo qui in celis est. Unde de verecūdia ⁊ opprobrio quez impij patient̄ in futuro qui dn̄m nostrum iesum xp̄m erubescunt in pn̄ti. loquit̄ ꝓpheta Hieremie. xx. dicens. Confundant̄ vehementer q2 nō intellexerunt opprobriū sempiternū ⁊ ignominiam eternaz que nunꝙ̄ delebit̄. Item Hiere. xxiij. Dabo vos in opprobriū sempiternū. ⁊ ignominiam sempiternā que nunꝙ̄ obliuione delebit̄ Nemo igit̄ ꝓpter obloquiū ⁊ derisionē impioꝝ erubescat patrem suū iesum xp̄m. sed cōsideret ꝙ sicut dicit xp̄s Math. x. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. ⁊ seruo sicut dn̄s eius. si patrē familias beelzebub vocauerunt. ꝙ̄tomagis domesticos eius. D Et nota ꝙ sicut dicit vualdeby sup simolo apostoloꝝ̄. Derisor qui seruos dei deridet quadruplici periculo se exponit. sc3 seruituti peccatoꝝ̄. sterilitati respectu bonoꝝ̄ operū. mundane tribulationi ⁊ mortis accelerationi. Exemplum primi habet̄ de cham filio noe. cuius ꝓgenies seruitutem incurrit. ꝓ eo ꝙ ille patris verenda vidit ⁊ ip̄m derisit. vt patet Gen̄. ix. De sc̄do exēplum habet̄ de michol vxore dauid q̄ ꝓ eo ꝙ dauid virum suū saltantez coram deo derisit sterilis est effecta. vt patet. ij. Regū. vj. De tercio ꝟo exemplum habet̄ de Brictio qui beatū martinū derisit dicens cuidam pauperi martinū querenti. Si delirum illum queris ꝓspice eminus. ecce celum vt amens respicit. Et martinus in sp̄u hoc intelligēs eum de hoc suauiter increpauit dicēs. Delirus tibi videor o bricci. Brictius ꝟo verecundia ductus negauit se hoc dixisse. Martinus ꝟo adiecit. Nōne aures mee erant ad os tuū qn̄ hoc dixisti. ꝭ scias te mihi in ep̄atu successurum ⁊ aduersa multa passurū. qd̄ ⁊ factuz est. q2 brictius post decessum beati martini ep̄s effectus est. ⁊ postea falso crimine sibi imposito derisus ⁊ despectus ab ep̄atu suo est eiectus. qui flens ⁊ eiulans dixit. Merito hec patior. q2 peccaui in sanctuz dn̄i. De quarto ꝟo exemplū habet̄ d̄ illis pueris qui deriserūt helis eum ꝓphetam dicētes. Ascēde calue. ascende calue. Et egressi sunt duo vrsi de saltu. ⁊ deuorabant eos ⁊ mortui sunt. vt ptz. iiij. Regū. ij. Et nimirum. q2 diabolus ꝑ hm̄oi derisores filios dei suffocat dūz paruuli sūt. Unde parif̄. in de vicijs parte. vj. Hec inquit est vna de astutijs dyaboli suffocare bonuz inchoatū in germine. qd̄ figuratū est ꝑ hoc ꝙ dyabolus ꝑ serpentem religionem inchoatā in paradiso suffocauit vt patet Gen̄. iij. Item in hoc ꝙ per pharaonē ppl̄m israhelitī cū destruere voluit submersione paruuloꝝ̄. vt legit̄ Exodi. j. Item ꝑ hoc ꝙ herodes xp̄m paruulū occidere voluit. ⁊ vt euz occideret paruulos innocentes occidit. vt legitur Math. ij. Ex q̄ patet ꝙ malicia herodiana est malicia irrisoꝝ̄ qui suis irrisionibus filios dei paruulos occidunt. Unde Bern̄. Malicia inquit herodiana est nascentē ꝑsequi religionem. immo ⁊ maior ꝙ̄ herodiana videt̄ esse malicia irrisoꝝ̄ ꝙ̄tum ad hoc ꝙ herodes occidit paurulos iam natos. ꝭ irrisores ꝟo occidunt matris ꝓprie filios adhuc in matris sue vtero existentes. non em̄ expectant q̄usꝙ̄ ecclesia peꝑit eos in sacramento penitentie. vel quousꝙ̄ anima peperit filios sp̄uales ꝑ exteriorez operationē. ꝭ ꝙ̄cito apparent in eis aliqua signa bone voluntatis ipsi suffocant eos per derisionez eis verecundiam faciēdo. Tales em̄ sunt peiores ꝙ̄ ille maledict[9] draco diabolus qui vt dicit̄ Apoca. xij. stetit ante mulierez que paritura erat. vt cū peperisset filium eius deuoraret. Sed derisores filium matris ecclesie anteꝙ̄ illa peꝑit deuorant et extinguunt. Item huiusmodi derisores qui suis derisionibus impediūt salutem animarū. socij sūt demonū ⁊ in lucro ⁊ in damno. Nam si dyabolus aliquem dimittat siue deꝑdat. ipsi dolent tanꝙ̄ de ꝓprio dāmno. si ꝟo lucret̄ aliquem sicut fit qn̄ aliquis fornicat̄. adulterat̄. furatur. vel aliquid huiusmodi si contra mandatū dei fecerit. ipsi gaudent tanꝙ̄ de suo ꝓprio lucro. E Item huiusmodi derisores recte sunt aduersarij saluatoris. Nam illud qd̄ summe placet saluatori derisores maxime odiunt. sc3 salutem animarū. Unde beatus Gregorius. Nullū inquit sacrificiū ita deo placet sicut zelus animaꝝ. igit̄ econtrario. nihil sic deo displicet sicut salutis impeditio animarū. In cuius signuz ip̄m petrum qui inter omnes apostolos attētius deum amabat xp̄s vocauit sathanam q2 salutem animarū nitebat̄ impedire nolens dn̄m nostrū iesum xp̄m ꝓ salute animarū mortem subire. Unde sibi dixit Matth. xvj. Uade post me sathana. iudicio igit̄ dei derisor impediens salutē animarū efficit̄. Hec parif̄. Item idē. Cum deus inquit ⁊ tota celestis curia gaudeat de cōuersione vnius peccatoris vt patet Luce. xv. ⁊ huiusmodi derisores seipsos magistro suo diabolo conformantes de cōuersione peccatoris tristant̄. manifestū est ꝙ licet xp̄iani dicunt̄. tn̄ in rei veritate deo sunt contrarij ⁊ manifesti antixp̄i. ⁊ nedum antixp̄i. sed ⁊ aptissimi traditores dn̄i nostri iesu xp̄i. Nam nonne traditor esset regis Anglie qui milites suos de carcere inimici regis liberatos iterū ab eodem inimico faceret incarcerari. sed quāto magis illi traditores dn̄i nostri iesu xp̄i dici possunt qui filios suos sanguine ꝓprio redemptos ⁊ de carcere dyaboli liberatos ꝑ suam derisionem recidiuare faciunt. ⁊ a diabolo iteruz incarcerari. Unde Bern̄. ⁊ ponit̄. ij. floꝝ. c. xix. Is inquit qui exemplo suo ad remissi[9] agendū ceteros ꝓuocat. aut singularitate turbat aut inquietat curiositate aut impatientia sua murmuratōe molestat. aut quocunꝙ̄ modo contristat sp̄m dei qui in illis est. scandalisans vnuz de minimis meis credentibus. nonne ⁊ hic manifeste ꝑsequit̄ xp̄m. agnoscite dilectissimi. ⁊ expauescite cōsortia eoꝝ̄ qui salutem impediūt animarū. horrēdum penitus sacrilegiū est qd̄ ⁊ ipsoꝝ̄ videt̄ exce

Vere. facinus qui dño maiestatis manus sacrilegas iniecerunt videbat iam cessare psecutionis tēpus. Sed vt palam factū est nunqꝫ deesse psecutionē a christiano. ꝛ nunc quod grauius est ipsi christum persequuntur qui ab eo vtiqꝫ christiani dicūtur. Amici tui deus ꝛ proximi aduersum te appropinquauerūt ꝛ steterūt. pluraste videt cōtra te vniuersitas ppli xpiani. a minimo vsqꝫ ad maximum a planta pedis vsqꝫ ad verticē capitis non est sanitas vlla. Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus vicarijs tuis qui vident regere pplm tuū. nōne est iam dicere sicut pplus sic ꝛ sacerdos. q2 nec sic pplus vt sacerdos. Heu heu dñe q2 ipsi sunt in psecutione tua primi qui vident in ecclesia tua primatū diligere. gerere principatū arcem syon pocupauerūt apphendere munitōes ꝛ vniuersam libere potestatē. tradunt incendio ciuitatē. misera eorum cōuersatio. plebis tue miserabilis est subuersio. Dati em̄ sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri. ꝛ questum estimat pietatē. copiosissime siquidem pietatis inueniunt in suscipiēda. immo magis accipienda animarū cura. sed ħ apud eos cura minor ꝛ de animarū cura siue salute nouissima est eorū cogitatio. An vo saluatori animarum grauior vlla esse poterit psecutio. Inique agunt ꝛ ceteri cōtra xpm. multi quidē sunt nostris temporibus antixpi. merito tñ ꝛ crudeliorē eam sentit psecutionē p acceptis bñficijs ꝛ grauiorē sentit pro potestate qꝫ a pprijs ministris. licꝫ alij quoqꝫ multi contra pximorū salutem multipharie multisqꝫ modis ꝛ varijs actionibus agere videāt. hec tñ videt xps ꝛ silet. hec saluator patit ꝛ dissimulat ppterea dissimulemus ꝛ nos qꝫ necesse ꝛ ista sileamus Iteruꝫ maxime de platis ipsis magistris sicut ecclesiarū nimirū placet ꝛ ipsis. q2 vt euadant nunc humana iudicia. venietqꝫ semel iudiciū graue his qui psunt ꝛ potentes potenter tormenta patient. Hec Bern. Vnde ꝛ tales seipsos voluntarie submergunt spūaliter. q2 cum in peccato sint mortali quasi naufragant ꝛ in piculo sunt submersi in mari damnationis eterne. De quo piculo p fructuosam penitentiā que fm be. Grego. est scđa tabula post naufragiū si vellent eam arripe possent saluari. quam tñ voluntarie refugiūt. non obstante qꝫ sine illa nullo modo possunt saluari. Nam vt dicit parit. in de vitijs parte. vj. Ex quo aliqs est in peccato mortali ꝛ si omnes angeli ꝛ omnes sancti dei p eo rogarent ipse nō posset saluari. nisi penitētia pro eo intercederet siue ipm adiuuaret. In cuius cōfirmationē dicit xps Luce. xiij. Nisi pniam egeritis oēs sil peribitis.

Capitulum LXXII

Secunduꝫ ex quo orit vana gloria humana vt supra dicit est corporis vigorosa fortitudo. que fm parit. in de virtutibus. pte. iij. tracta. de fortitudine. ca. j. Est potentia strenue ꝛ facile actiones corporales agendi ꝛ resistendi a ptrario in hmōi difficile patiendo. sed fatuū est de tali fortitudine inordinate aliquid gloriari. vt patet ex supradictis. ca. vij. huiꝰ sexte partis. vbi agit de scđa specie psumptionis q est scđa filia inanis glorie. Dictis ibidē adijciendū est qꝫ teste beato Grego. viij. moral. Fortitudo corporis cito destruit nisi p rōnis cōsilium fulciatur. q2 quo plus se pspicit posse eo virtus sine rationis moderamine citius ruit ꝛ deterius precipitat. Sicut manifeste patet de illo fortissimo viro sampsone qui vt legit Iudicū. xvj. p fraudulentiā mulieris derelicto consilio rōnis sua fortitudine priuat. ꝛ in magnā redigit a philisteis suis inimicis miseriam ꝛ seruitutē. ꝛ ideo de fortitudine corpali minime est gloriandū. ħ fortitudo anime est summopere poptanda. Pro quo notanduꝫ qꝫ Tullius lib. ij. retho. tractans de anime fortitudine. Fortitudo inquit est magnarū rerum appetitio ꝛ humiliū ptemptio ꝛ cum rōne vtilitatis laborū ppessio Item ideꝫ. Fortitudo inquit est rōnabilis aggressio terribiliū cum eorū ppessione. Macrobiꝰ vo. Fortitudo inquit est animuꝫ supra piculū metum agere. nihilqꝫ nisi turpia metuere ꝛ prospera ꝛ aduersa fortiter tolerare. Vñ Hiero. in quadā epla. et ponit in flor. Bartho. ti. de fortitudine. Per bonā inquit ꝛ malam famā a dextris ꝛ a sinistris fortis xpi miles gradit nec laude extollit. nec vituperatione frangit. nec diuitijs tumet. nec paupertate cōfundit. Hec ille. Et ideo merito beatus Amb. in lib. suo de officijs. Animi inquit fortitudo in duobus principaliter cōsistit. Primo vt exteriora corporis p minimis habeat. ꝛ quasi supflua despiciēda magis qꝫ appetēdo ducat. Vñ Augꝰ. in lib. de libero arbitrio. Fortitudo inquit est affectio anie qua anima incommoda ꝛ damna rerū non in potestate nostra constitutis ptemnimus. Res vo nō in ptāte nra constitute sunt ille q nobis inuite auferri possunt. qđ cōsiderans quidā pħs de quo Seneca in libro suo de cōstantia sapiētis. ꝛ ponit in libello vualsensis. de gestis philosoporū. ꝛ quatuor virtutibus cardinalibus. parte. iij. ca. v. vbi narrat qꝫ Demetrius cum cepat megarā ciuitatē. interrogauit demetrius Cilphonē philosophū ibi cōmorantē. si aliquid de bonis suis pdidisset. ꝛ rñdens pħs nihil inquit. Omnia em̄ mea mecū sunt. et tñ patrimoniū eius filios ꝛ multa alia hostes rapuerunt. quo non obstante inuictū ꝛ indemnē se esse fatebat. habebat em̄ vera bona in que nō erat manus iniectio. scꝫ sapiētiam ꝛ virtutes. sed dissipata transitoria ꝛ direpta nō sua esse iudicabat. ħ aduēticia ꝛ illa nō tanqꝫ sua ppria pulpēdebat. Scđo consistit animi fortitudo in hoc qꝫ ea que summa sunt omnesqꝫ res in quibus est honestas pclara oī animi intentione vsqꝫ ad effectum psequant. Hec ille. Augustinus vo dicit qꝫ in pferēdis molestijs ꝛ aduersis cōsistit animi fortitudo. vnde ꝛ sicut dicit Cassiodorus. vir fortis nō immerito possit appellari qui nescit in aduersis tolerandis deficere. aut in psperis aliqua elatione se iactare. ħ animo stabili defixus ad celestiū rerum contemplationē formatus semp manet impauidus. Seneca vero epla. xxxj. dicit qꝫ fortis animus est qui in eodem habitu est quōcunqꝫ res cedunt. cui siue vulgaria bona augēt supra res suas eminet. siue aliqua ex istis vel casus excusserit minor nō efficit. Tullius vo in libro suo de officijs. dicit qꝫ fortis animus et

magnus ex duobus maxime cóprobaẗ. Quorũ vnũ est ex rerũ exteriorũ despectióne. Scdm est vt animus sit ita affectus. vt res gerat intepide magnas ꝛ maxime vtiles. ꝛ licet vehemẽter arduas ꝛ plenas laborũ ꝛ pꝛiculorũ. Hec ille. Et nota ꝙ sicut dicit be. Greg. lib. viij. moral. ꝛ poniẗ in flora. Bartho. titu. de fortitudine. Alia est iustorũ fortitudo. ꝛ alia reproborũ. Iustorũ quippe fortitudo est voluptatẽ carnalẽ vincere. ꝓpꝛijs voluptatib⁹ cótraire delectatióne vite pñtis extinguere. huius mũdi aspera ꝓ eternis pmijs vehementer amare. ꝓsperitatis blandimenta cótemnere. ꝛ aduersitatis metum in corde supare. Reproborũ vo fortitudo est transitoria sine cessatione diligere. cótra flagella incessabiliter pdurare ob amorẽ tpaliũ. nec ex aduersitate quiescere. ad inanẽ gloriam etiã cũ detrimẽto vite puenire. malicie augmẽta exquirere. bonorũ vitam nó solũ verbis ac moribus. ꝫ etiã aliqñ gladijs impugnare. in semetipsis spem ponere. etiã iniquitatẽ fouere. ꝛ quotidie sine vllo defectu desiderij iniqua ppetrare. Hec Grego. Et est insup notandũ ꝙ sicut dicit parisi. in de virtu. pte. iij. tractatu de fortitudine. ca. j. Fortitudo animi sumiẗ dupliciter. Primo modo generaliter ꝓ quocũqꝫ conamine ad vitij resistentiã. ꝛ sic ois virtus fortitudinẽ habet respectu vicij sibi oppositi. vt humilitas fortitudinẽ habet contra supbiam abstinentia cótra gulam. ꝛ cótinẽtiam cótra luxuriam. Unde Prouer. vlti. Accinxit fortitudine lũbos suos. ꝛ ad istam fortitudinẽ ptinet in oi ope meritorio attendere ꝛ cauere ne quid minus debito agaẗ. sicut ꝛ ad temperantiã generaliter ptinet attendere ꝛ conari ne quid nimis ꝛ vltra mensurã rõnis agaẗ. Scdo modo nomen fortitudinis sumiẗ large ꝓ vehementi resistẽtia mali. ꝛ fortitudo isto modo sumpta attendiẗ circa difficilia in passionibus. siue sint exteriores passiones siue interiores. Exteriores passiones dicunẗ ille contra quas certamen habet potẽtia. vt ꝯtumelie. damna rerũ ꝛ molestie corporis ab aliquo illate. Unde Arist. Fortitudo inquit est virtus operatiua gr̃a boni in passionibus difficilimorũ. ꝛ loquiẗ Aristotiles de passionibus siue molestijs exterioribus. Interiores vo passiones dicunẗ ille ꝯtra quas certamẽ habet tempantia. vt sapores gustui. ꝛ appetitiue sensibilia passiones inferũt. De istis passionib⁹ dicit phs ꝙ difficiles sunt ꝛ cótempanee vite humane. ꝛ isto modo accipiẗ fortitudo Prouer. vlti. vbi di. Mulierẽ fortẽ quis inueniet. vbi glo. Mulier fortis ẽ ecclesia q̃ ꝓ amore sponsi ꝓspera ꝛ aduersa ꝯtemnit. Contemnere em̃ ꝓspera temperantie. contemnere vo aduersa patiẽtie est. Et nota ꝙ sicut dicit Tullius. j. rethorice. li. ij. Fortitudinis animi q̃tuor sunt partes. scꝫ magnificẽtia. fidentia. patientia ꝛ pseuerantia. ꝛ de istis diceẗ fm ordinẽ.

Capitulum LXXIII

Prima enim pars fortitudinis est magnificentia. Et sicut dicit tullius vt pus. Magnificẽtia est magnarum ꝛ excelsarũ rerum cum quadã animi ampla ꝛ splendida ꝓpositóe agitatio atqꝫ administratio. ꝛ hec magnificẽtia fm eundẽ ꝯsistit in quatuor. Nã inquit vel est cordis dedignatio subijci vilibus. vel est affectuosa euitatio priuari libertatibus. vel est oris ꝯfitẽdo veritatẽ in sermonibus. vel est operis magnifice agendo in effectibus. De primo Seneca ep̃la. cvj. Homo inquit deberet dedignari subijci vilib⁹ ꝛ maxime peccatis. vnde idẽ. Si inquit scirẽ deos ignoscituros ꝛ homies ignoraturos ad huc peccare dedignarer. De scdo idem ep̃la. lxviij. Ad maiora inquit natus sum ꝙ̃ vt sim seruus corporis mei. Vñ ꝛ Tullius. Te inquit animo excelsum natura creauit. ꝛ ideo vuallẽsis in libello suo de dictis phorum. Ex quatuor virtutibus cardinalibus ꝓmum inquit est hois habere excelsum spiritũ querentẽ vbi gloriosissime viuat ꝛ tutissime. ꝫ certe vita gloriosissima ꝛ tutissima viatoris ẽ in cõscientia pura ꝛ virtutibus viuere. Vñ Bern. O inquit vita secura vbi consciẽtia pura est. O inquaꝫ vita secura vbi absqꝫ formidine mors expectatũr. immo expectaẗ cum dulcedine. ꝛ accipiẗ cũ deuotione. Sed sicut dicit beatus Aug. in libro suo de libero arbitrio. Nemo securus viuit in his bonis que põt inuitus amittere. virtutẽ aũt sapientiam nemo amittit inuitus qui bona transitoria cõtemnit. mala pene trãsitorie nõ metuit. Hec ille. Vñ parisi. in summa sua de virtutibus. parte. iij. tractatu de fortitudine. c. xliij. Ad magnanimitatẽ inq̃t ptinet cauere nõ solũ timiditatẽ. ꝫ etiam temeritatem. Non em̃ debet homo absqꝫ causa offerre se periculo. Nam in tranquillo tempestatẽ optare dementis est. tempestatẽ aũt cum euenerit subuenire sapiẽtis. Vñ Seneca libro de quatuor virtutibus. ꝛ poniẗ in florario Bartho. titu. de fortitudine. Eris inquit magnanimis si pericula nõ appetas vt temerarius. nec formides vt timidus. Unde Tullius. Turpis inquit fuga mortis omi morte est peior. timidũ aũt nõ facit animũ nisi rephẽsibilis vite mala ꝯsciẽtia. Si magnanimis fueris nunqꝫ iudicabis tibi cõtumeliã fieri. ꝛ de inimico dices. Non nocuit mihi ꝫ voluntatẽ nocẽdi habuit. Et sequiẗ. Et tanto se vnusquisqꝫ ad fortitudinẽ ꝓfecisse demonstrat. quãto aliena mala robustius tolerat. nam minus in se ꝯualuit quẽ iniquitas aliena strauit. q꞉ in eo ꝙ ferre ꝯtrarietatẽ nõ valet pusillanimitatis sue gladio ꝯfossus iaceret. virũ aũt magnanimũ aduersa nõ deprimũt ꝛ ꝓspera nõ extollunt. ipẽ em̃ nõ metuit mortẽ paupertatẽ nõ spernit. voluptates sub freno rõnis iacere cõpellit. hec ille. De tercio em̃ in quo ꝯsistit magnificẽtia. scꝫ de oris ꝓfessione veritatis in sermonibus loquiẗ vuallensis. in li. suo. de dictis phor. ꝛ quatuor virtutibus cardi. pte. iiij. c. j. vbi sic. Maluerũt inquit antiqui veridici dicẽdo veritatẽ mori ꝙ̃ tacita veritate viuere. sicut exemplũ habemus de sctis ap̃lis martyribus ꝛ alijs veridicis eorũ imitationibus. ꝛ nimirũ nam vt dicit be. Aug. ꝛ poniẗ in ca. xj. q. iij. quisquis. Quisquis em̃ veritatẽ metu cuiuslibet ptãtis occultat iram dei ꝯtra se ꝓuocat. q꞉ magis timet hoiem ꝙ̃ deũ. Et sequiẗ. vterqꝫ reus est. ꝛ qui veritatẽ occultat. ꝛ qui mendaciũ ꝓfert q꞉ ꝛ ille ꝓdesse nõ vult ꝛ iste nocere desiderat. Itẽ ibidẽ ca. nemo. Nemo inquit peritorũ vel prudentiũ pu

ret ꝙ minus periculū sit in verbis lingua mētien-
do ꝙ̃ manibus sanguinē effundēdo. melius aūt ꝓ
ṽitate pati suppliciū ꝙ̃ ꝓ adulatōe bñficiū. h̄ ille.
De q̄rto i q̄ ↄsistit magnificētia. s. de opis magni
fica actōe in effectibus. vñ parisi. vbi prius. Nō in
quit magnanimus terribilia seu difficilia aggredi
tur ꝓpter cōem vtilitatē vel honestatē. ⁊ nō ꝓpter
cupiditatē vel glorie vanitatē. nō em̄ decet vt cupi
ditate vincat q̄ metu nō frangit. Et sequit. Ad ma-
gnificentiā ptinet em̄ ardua opa appetere ⁊ magni
tudinē boni ⁊ mali transitorij supare. magnitudo
boni transitorij supat cum illud ↄtemnit. ⁊ magni
tudo mali transitorij supat qñ illud nō timet. Vñ
Seneca in quadā epl'a magnanimi inquit est ma-
gna cōtēnere ac mediocria malle ꝙ̃ nimia. illa em̄
vtilia vitaliaq; sunt. hec ṽo eo ꝙ supfluūt nocent.
sic segetē nimia sternit vbertas. sic nimio fructuū
onere rami franguntur. sicq; fecunditas nimia ad
maturitatē nō ꝑuenit. Itē animus q̄z nocet q̄s im
moderata rumpit felicitas mūdana. q: non tm̄ in
aliorū iniuriam ꝫ etiam in suaȝ vertunt. Hec ille.
Magnificentia em̄ q̄ in p̄dictis quatuor ↄsistit ne
cessaria est cuilibet vianti. Unde paris. in de virtu
tibus, parte. iij. trac. de fortitudine. c. iij. In mūdo
inquit isto q̄si in studio certaminis positi sumus.
Vñ Eccs. iij. Tp̄s belli ⁊ tp̄s pacis. tp̄s belli in p̄-
senti vita ē. ⁊ tp̄s pacis in vita eterna. Vñ Job. vij
Militia em̄ est vita hois sup terrā. vñ illa pars ec-
clesie q̄ est in terra militans ecclesia vocat q̄ forti-
tudine debet esse induta in p̄nti. Vñ Prouer. vlt.
Fortitudo ⁊ decor indumentū eius. Isa. lij. Indu
ere fortitudine tua syon. si sine fortitudine sit, ne-
cesse habet fugere hostes suos tanq; inermis. Vñ
Treñ. j. Abierūt absq; fortitudine ante faciē subse
quētis. Uirtus fortitudinis insupabilis est. totus
em̄ mūdus deuincere nō possit vnū hoiem in quo
esset vera animi fortitudo. Vñ Seneca. Facilius
est gentē vnā sine fortitudie ꝙ̃ vir vnū fortitudinē
animi habentē euincere. q: sine fortitudine animi
nihil ē fortitudo corpis. Vñ Isa. j. Erit vobis for-
titudo vr̄a vt fauille stupe. sed fortitudo animi ho
stes spūales deuicit. Vñ. ij. Regū. xxij. Accinxisti
me fortitudine ad p̄lium incuruasti resistētes mi-
hi subtus me. Item fortitudo animi bona sua re-
uat. vñ Lu. xj. Cum fortis armatus custodit atriū
suū in pace sunt oia q̄ possidet. Item hoiem ditat
vñ Prouer. x. Egestatē opata est manus remissa.
manus aūt fortiū diuitias parat. Item deuȝ letifi
cat. vñ Neemie. viij. Gaudiū est dñi fortitudo no
stra. Item hoiem glorificat sicut ⁊ ignominia ho-
minē vilescat. vñ Prouer. xij. Manus fortiū dña
bit q̄ aūt remissa est tributis seruiet. Itē regnū ce
lorum rapit siue adipiscit. vñ Math. xj. Regnū celo
rum vim patit ⁊ violenti rapiūt illud. Et iō meri-
to Seneca in lib. de q̄tuor virtutibus. Magnani-
mitas inquit q̄ est fortitudo dr̄. si insit animo tuo
cū magna fiducia viues ⁊c̄.

Capitulum LXXIIII

Ecunda pars fortitu-
S dinis vt supra dr̄ est fidētia. Et est fidētia
certa spes animi ꝓducēdi ad finē rem in
choatā. Et sicut dicit petrus lum. iij. sen. dis. xxvj.
c. j. Spes est certa expectatio future beatitudinis
veniēs ex dei gr̄a ⁊ meritis p̄cedētibus. Vñ ⁊ hāc
eandē diffinitionē spei ponit sctūs Tho. in de veri
tate theolo. li. v. c. ij. In hac inquit diffinitōe nō su
mit certitudo ꝙ certitudines demōstratiōis. ꝫ pro
certitudine opinionis qua plene vni pti cōsentit. ⁊
hmōi expectatōis principalis cā est gr̄a dei ⁊ non
merita nr̄a. q: opa nr̄a nō sūt meritoria nisi ex gr̄a
sine meritis tñ aliq̄d sperare non est spes sed sum
ptio. iō dicit ps̄. Sacri. sacri. iusti. ⁊ spe. in domino
Sed ꝓ aptiori declaratōe huius diffinitōis pri-
mitus est notandū ꝙ spes qñq; sumit ꝓ re quā spe
ramus. ⁊ sic sumit ad Tytū. ij. cū dr̄. Expectantes
beatā spem. Item in ps̄. Beatus hō cuius nomē
dñi spes eius est. ⁊ iterū. Tu es dñe spes mea a iu-
uētute mea. Itē Joel. iij. Dñs est spes ppl'i sui. sed
spei isto mō sumpte non ↄpetit p̄dicta descriptio.
Qñq; ṽo sumit spes ꝓ glorie future certitudine.
⁊ sic sumit ad Rom. v. cum dr̄. Probatio em̄ spem
opat. i. certitudinē future glorie. Item Prouerb.
xxiij. In timore dñi esto tota die qm̄ habebis spem
in nouissimo. Qñq; ṽo sumit ꝓ illa virtute q̄ spes
dr̄. ⁊ sic sumit. j. Cor. iij. cū dr̄. Nunc manēt fides
spes ⁊ charitas. Sed nullo p̄dictorū modoruȝ su-
mit spes in p̄dicta descriptōe. Et qñq; ṽo sumitur
spes ꝓ motu ad illā virtutē q̄ spes dr̄. ⁊ sic sumitur
Thob. ij. cū dr̄. vana facta est tua spes. Iteȝ in ps̄.
Deus me⁹ in adiutoriū spei mee. Itē. j. Thes. iiij.
Non ↄtristemini sicut ⁊ q̄ spem nō hñt. ⁊ spei isto
mō sumpte cōpetit descriptio supradicta. Scd̄o
ꝓ declaratōe p̄dicte descriptōnis est notandū ꝙ si
cut duo sunt vbi ē expectatio corpalis. Quorū pri
mū est ꝙ intendat animus ad aliq̄d absens vt fiat
pñs. vñ expectās dr̄ q̄si extra rem positus spectās.
Scd̄m est ꝙ vbi est expectatio corpalis ibi est pma
nētia localis q̄ntū ad corpus. Sic spūaliter duo sūt
vbi est expectatio q̄ spes dr̄. Est em̄ ibi intētio ani-
mi ad futurā beatitudinē. quā intentionē b. Aug.
in li. de ciui. vocat aspectū ondens aspectuȝ talem
ad spem ptinere. Nā prius est inquit sanos oculos
mētis hr̄e qd̄ fit p fidē. ⁊ deinde aspicere qd̄ fit per
spem. Itē est ibi pmanētia in loco spūali q̄ de⁹ est.
de q̄ pmanētia dicit xp̄s Joh. xv. Manete in me ⁊
ego in vobis. Item. j. Joh. iiij. Qui manet in cha
ritate in deo manet ⁊ deus in eo. Qui em̄ a deo p
pctm̄ recedit nō habet hanc expectationē q̄ ad spē
requirit. Tercio ꝓ declaratōe p̄dicte descriptōis
est notandū ꝙ aliqua est certitudo cognitōis q̄ op
ponit dubitationi. ⁊ h̄ certitudo ptinet ad fidem. ⁊
aliq̄ est certitudo fiducie q̄ ad titubationem vel de
sperationē ē opposita. ⁊ h̄ ptinet ad spē q̄ est i via.
⁊ ē aliq̄ certitudo securitatis q̄ opponit timori sepa
tionis. ⁊ h̄ certitudo erit in patria. Et nota ꝙ sic
dicit sctūs Tho. in de veritate theolo. li. v. ca. xxij.
Inter fidē ⁊ spem talis est dr̄ia ꝙ fides est de pteri
tis. p̄ntibus ⁊ ⁊ futuris. spes aūt tm̄ de futuris. fi-
des aūt tā de bonis ꝙ̃ de malis. spes ṽo tm̄ est de
bonis. fides de bonis est tā sibi ꝙ̃ alijs. spes aūt de
bonis sibi tm̄. Cōueniūt tñ fides ⁊ spes in h̄ ꝙ tā fi
des ꝙ̃ spes de inuisibilib⁹ sūt. Certitudo ṽo spei ex
trib⁹ orit. ex diua largitate. ⁊ ex abūdātia meritoꝝ

τ ex pgustatōe eτnoꝝ. Et nota φ spes put ē viatoris ē cū certitudine opinionis Sȝ spes eoruȝ qui sunt in purgatorio τ q̄ fuerūt ante incarnationem xp̄i in limbo ē vł fuit certitudine sciētie. Vñ decli nat aliq̄ mō a spe ꝓprie dicta. spes vͣ q̄ fuit in beato stephano qñ vidit celos aptos. et spes q̄ fuit in beato paulo apl'o quādo dixit. Scio cui credidi et certus suȝ. Et spes etiā q̄ fuit in adam ante peccatū fuit ex certitudine visionis tamen debilioris q̄̄ in celo. Unde spes sic sumpta ē spes minꝰ ꝓprie dicta. Et ex hijs patet φ in patria nō ē spes. q: beatitudo ē omniū bonoꝝ simul tota possessio. vñ ibi nihil futurū ē qd̄ speretur. Et licet sanctis in celo adhuc sit spes de futura suoꝝ corporū resurrectione fm rem. hec tamē resurrectio eis p̄sens ē fm certissimā cognitionē. hec Thomas.

Capitulum LXXV

Ed est hic insuper notandū φ cū motus spei sit circa illa q̄ supra nos sunt multa ꝯferūt ad modū spei eliciendū motiua ¶ Quoꝝ primū est dei liberalitatis cōsideratio qui seruiētes sibi remunerat supra merita sine put ip̄m decet vltra condignū. τ hec liberalitas dei gratia vocatur in descriptione p̄posita cū dicitur. veniēs ex dei gratia. Secūdum motiuū ad eliciendū motū spei conferens ē humilis cōsideratio ꝓprij meriti. p̄sertim cū deus ꝓmisit se redditurū premiū hijs qui debito modo sibi deseruiunt. dicente scriptura Eccl'. xvj. Reddet vnicuiq̄ fm virtutē operum suorum. τ cum deus verax est ꝓmissa fideliter persoluens constat φ ab eo nullū bonū erit irremuneratū. sicut nullū malum impunitū. Unde spes quasi duabus basibꝰ munitur. s. dei liberalitati que sibi seruiētes remunerat vt decet. τ dei iusticie que sibi seruientibꝰ soluit fideliter que ꝓmisit. et ad hec duo ptinent due particule vltime descriptionis iste. s. cū dicitur meritis precedētibus. Notandū est φ motū spei quandoq̄ p̄cedunt merita in actu vt in eo q̄ in charitate est τ bona opa facit quibus sperat se habituruȝ eternā beatitudinē. Et quādoq̄ vero merita precedūt motū spei in intētione licȝ nō in actu vt in illo q̄ ē in peccato mortali q̄ interim facit boni q̄cquid facit optans vt dñs illustret cor suū ad penitentiā peragendā qui sine p̄sumptione sperat se habituꝝ eternā beatitudinē. cogitat em̄ τ sperat p gratiā dei adhuc se habiturū merita quibꝰ beatitudo debeatur. ¶ Tercium motiuū conferens ad eliciendū motum spei. est multiplex scripture sacre exhortatio. vñ ps. Sperent in te q̄ nouerunt nomē tuū domine. Item. sperate in eo oms cōgregatio ppl'i. Itē Spera in dño τ fac bonitatē. Item. Oculi omniū in te sperant dñe. Itē eccles. ij. Qui timetis deum sperate in illū. Item Osee. xij. Spera in dño tuo semp. Et merito hortatur nos scriptura ad sperādū in deo. quia naturale ē τ in expientia frequēter ostēsum φ qui debilis est τ cadere pertimescit alicui rei stabili innititur τ adheret. vt patet in puero q̄ leuatur ad stādū si estimet se casurum statim adheret alicui rei stabili. Sic naturaliter ratio docet aiam agnoscentem debilitatē τ insufficientiā suā φ forti dei se adherere debeat τ inniti. s. deo qui supportat sustentat omnia τ gubernat. vnde Isai. l. ca. Quis ambulauit in tenebris τ non est lumen ei. speret in nomine domini τ innitatur sup deū suū. Hec considerans beatus augꝰ. quare inquit dominus toties nos ad innitenduȝ sibi moneret si supportare nos nollet. non est em̄ illusor deus vt se ad supportandū nos offerat. τ nobis ei innitētibus in ruinā nostrā se subtrahat. Unde Roma. v. Spes autē nō confundit. Sup quo augꝰ. Confunditur inquit spes que qd̄ sperabat nō inuenit. sicut multotiens ꝯtingit illi qui sperat in homine. Et idō merito dicit ꝓpheta Hiere. xvij. Maledictus hō q̄ ꝯfidit in homine. spes illa nō maledicit nec ꝯfundit q̄ ē in deo. q̄ nec fallit nec fallere pōt. vñ ps. In te sperauerūt. s. patres nr̄i. τ nō sunt cōfusi. Itē. In te dñe speraui nō ꝯfundar ineternū. Itē Eccles. xxij. ca. Nullus sperauit in deū τ ꝯfusus ē. Itē ps. Deus meus in te ꝯfido nō erubescā. ¶ Quartū motiuū ad eliciendū motū spei conferēs ē. φ sc̄ptura sacra beatos totiēs asserit sperātes in dño. vñ ps. Beati oēs q̄ timēt siue ꝯfidūt in dño. Itē Beatꝰ vir cuiꝰ ē nomē dñi spes eiꝰ. Itē ꝓuer. xvj. Qui sperat in dño beatus est. Itē ꝓuer. xxviij. Qui sperat i dño saluabitur. Vñ et sperās in dño ē q̄si arbor b̄ndicta fructus vberes habens cū a miscd̄ia dei abundanter irrigetur. Vñ Hiere. xvij. Benedictus vir q̄ confidit in dño. Et subditur. Erit q̄si lignū quod plantatur sup aquas qd̄ humorem mittit ad radicē suaȝ et nō timebit cuȝ venerit estus. Itē ps. Erit tanq̄̄ lignum quod plantatū est secus decursus aquaꝝ. quod fructū suum dabit in tempore suo. Et iterū Ego aūt sicut oliua fructifera in domo dñi speraui in miscd̄ia dei in eternū. Itē. Fiat miscd̄ia dñi sup nos queadmodū sperauimꝰ in te. ¶ Quintū motiuū ꝯferēs ad eliciendū motū spei est consideratio immēsitatis diuine miscd̄ie. respectu cuiꝰ satis parua est tota nostra miseria vt bene ostensum ē supra in septima specie auaricie vbi agitur d̄ quarto ope miscd̄ie sp̄ualis. τ in illo vbi agitur d̄ quarto pungitiuo cohortāte ad diuinam miscd̄iam flagitandā. Dictis ibidem adijciendū φ sicut dicit be. augꝰ. in de sp̄u τ anima. ca. liij. Nemo igitur de dei pietate diffidat qm̄ maior ē miscd̄ia eius q̄̄ nostra miseria. τ quisq̄s ad euȝ toto corde clamauerit exaudiet eum. quia misericors est. Tardius siquidē videtur sibi veniaȝ peccatori dare q̄̄ ipi peccatori veniam accipe. sicut em̄ festinat absoluere reum a tormento conscientie sue quasi plus cruciet ipsuȝ cōpassio miseri q̄̄ ipsum miseꝝ passio sui. hec ille. Unde τ miscd̄ia dei tanta ē φ magis excedit omnia humana peccata q̄̄ totū mare excedit eius minimā guttam. Et hoc ostēdi potest par rationē naturalē. nā sicut quelibet gutta aque maris cōtinetur sub certa quātitate pondere et mēsura. sic tota aq̄ maris sub certa quātitate pondere τ mensura ꝯtinetur. ita φ deus omnia cognoscens vere dicere potest p̄cise tanta est aqua maris et precise tot gutte ꝯtinentur in illa τ nō plures. τ p ꝯsequēs tota aqua maris habet se in certa ꝓportione in compatōe ad eius minimā guttaȝ. q̄̄uis mēs humana nō sufficiat illam ꝓportionē cōprehendere ſ; misericordia

dei q̄ simpliciter ē infinita nō ꝯtinet sub aliqua determinata quātitate pondere nec mensura. Et ið inter misericordiā dei ⁊ peccata hūana. q̄ quotcūq̄ sint ⁊ qualitercūq̄ grauia tamē sunt finita. Nō ē igit̃ aliqua ꝓportio nec cōparatio danda. ⁊ ꝑ consequēs infinite magis excedit miscðia dei peccata hūana q̄ tota aqua maris eius minimā guttā. Et ideo semꝑ debēt peccatoꝛ ꝯfidere in dei miscðia et ꝯsiderare ꝙ deus velox ē ⁊ ꝓnus ad miserandū ꝫ tardus ⁊ remissus ad puniendū. Vñ habemꝰ ꝙ deus velox sit ad miserandū figurā Luce. xv. vbi legit̃ ꝙ filius ꝓdigꝰ postq̄ ꝯsumpsisset bona sua cū meretricibꝰ. penitētia ductus surgens venit ad patrē suū ad eius misericordiā postulandū. et cū adhuc aūt longe esset vidit illū pater eiꝰ. ⁊ misericordia motus occurrēs cecidit suꝑ collū eiꝰ ⁊ osculatus ē eū. Spūaliter pater iste pater celestis ē. q̄ velox ē ⁊ gaudens ad recipiendū peccatoꝛes vere penitētes ad misericordiā. Vñ Lu. xv. Gaudiū ē angelis in celo suꝑ vno peccatoꝛe penitentiā agēte. q̄ suꝑ nonagintanouē iustis q̄ penitētia nō indigent. Et ꝙ deus tardus ⁊ remissus sit ad puniēdū habemꝰ Geñ. iij. vbi legit̃ ð ꝑmis parētibꝰ ꝙ postq̄ transgressi sunt mandatū dei audiuerūt vocē domini dei deambulantis i paradyso ad horā pꝰ meridiē. Suꝑ quo Janu. in de oꝑe q̄dragesimali. sermo. xxxv. Ecce inquit ꝙ ad puniendū transgressores iuit ⁊ nō currebat. nec ibat impulsus ab aura ꝫ ibat ad auram. i. cōtra auram. in signū ꝙ quando ad puniendū ꝓgredit̃ sua miscðia sibi quodāmodo resistit. nec iuit in meridie statim quādo adam peccauit. ꝫ expectauit vsq̄ post meridiem. Unde ⁊ in signū ⁊ cōfirmationē ꝙ ꝓnus ē ad miserādū ipsemet dicit Ezech. xviij. Nolo mortē peccatoris. ꝫ vt magis ꝯuertat̃ ⁊ viuat. Et in signū ꝙ tardus ⁊ remissus ē ad puniendū ⁊ quasi cū doloꝛe iusticia sua exigēte punit peccatoꝛes ipsemet dicit ꝑ ꝓphetam Jsa. j. Heu ego ꝯsolaboꝛ suꝑ hostibus meis ⁊ vindicaboꝛ de inimicis meis. B Ex quo igr̃ deus tam ꝓnus est ad dandū miscðiam. ⁊ tam remissus ⁊ inuoluntarius ad puniendū. fm ꝯsiliū aplĩ ad Hebreꝰ. iiij. Adeamus cū fiducia ad thronū gratie eius vt misericordiā cōsequamur ⁊ gratiā inueniamꝰ in auxiliū. Vnde ⁊ in figurā ꝙ possumus iam secure si voluerimꝰ dimittere peccata nostra adire thronū gloꝛie dei ad misericordiā impetrandū. legit̃ Hester. iiij. ꝙ rex assuerꝰ statuit ꝙ vir ⁊ mulier nō vocata ad eū nullatenus intraret. ideo cū mardocheus misit ad hester vt ad regē intraret ꝓ poplõ depꝛecatura. timuit illa regē adire ꝫ tamē cū tribus diebus ipa cū populo suo penitētie se dedissent. tercia die induit se regalibꝰ vestimentis anglice q̄ venegloyng ⁊ stetit in atrio domus regis. cū vidisset eā assuerus placuit oculꝰ eiꝰ ⁊ extēdit ad eā aureā virgā in signū clemētie. et dixit ad eā. Quid vis hester etiā si dimidiā partē regni mei petieris dabit̃ tibi. Spūaliter assuerꝰ int̃ꝑtatur beatitudo. et signat patrē celestē q̄ beatitudo ⁊ vita ē saluandoꝝ. iuxta illud Joh. xvij. Hec ē vita eterna vt cognoscāt te solū verū deū ⁊ quem misisti iesum xp̄m. Jste em̄ assuerus statuit pꝰ peccatū ꝑmi parētis ꝙ nullus hō ad eū ingrederetur quousq̄ vocaret̃. q̄ anteq̄ filiū suū q̄si nuncium mitteret vt pctōꝛes vocaret ad penitentiā. nullus in celū intrauit nec intrare potuit. q̄ paradisi porta clausa ē ꝑ euam cūctis. ꝫ nūc postq̄ xp̄s nos vocauit ꝑ suam passionem mardocheus qui interꝑtatur mare cōterens anglice zening bittur contritionē. ⁊ significat gratiā spiritussancti qua conterit̃ coꝛ peccatoꝛis vere penitentis. Audaciā pꝛebet hester ad regem veniā petendo intrare quādo gratia spiritussancti excitat animā peccatricem ad misericordiā de peccatis suis postulandū. que ad h̄ faciendū debet se induere vestibꝰ regalibus. s. fide spe ⁊ charitate. ⁊ intrare atriū regis. i. atriū penitentie ꝑ ostiū vere confessionis. ⁊ sic placebit regi celesti q̄ virgā auream. i. suā miscðiam sibi extēdet et nedū medietatē ꝫ etiā integrū regnū celoꝝ sibi cōcedet. vñ Lu. xij. Cōplacuit patri vestro dare vob regnū. Predictā em̄ immēsam dei miscðiam ꝯsiderās aplũs ad tytū. iij sic scribit. Nō ex oꝑibꝰ iusticie q̄ fecimꝰ nos. ꝫ fm miscðiam saluos nos fecit. Jn cuiꝰ exemplū legit̃ in de gestꝭ impatoꝝ ꝙ quedā mulier ꝓpter quoddā suū flagiciū adiudicata ē morti. q̄ statim sentētia data appellauit. querenti aūt impatori ad quē appellaret cū non esset eo iudex superioꝛ in regno suo. respondit dicēs. Domine tu me iudicasti fm iusticiā tuā ad penā moꝛtis quā merui. Ego vero appello ad tuem miscðiam in quā speraui. Et ait impatoꝛ. Ad miscðiam appellasti ⁊ miscðia te liberabit. Spūalit̃ imperatoꝛ iste ē summus impatoꝛ celi ⁊ terre. fm cuiꝰ iusticiā anima moꝛtaliter peccans damnabilis est moꝛti eterne. iuxta illud Ezech. xviij. Anima que peccauerit ipa moꝛiet̃. fm tamē eius miscðiam. vt dicit̃ in ps̄. Saluos fecit sperātes in se. Vñ vt dicit ꝓpheta in ps̄. Misericordia eius ab eterno et vsq̄ in eternū suꝑ timētibus eū. Et notabiliter dicit super timentibus eū. quia sicut dicit beatus Gregꝭ. xxix. moꝛa. De spe in cassum pꝛesumit qui timere deū in suis operibus rennuit. Unde vt dicit Crist. ope. imꝑ. ome. xliij. Justicia sine misericordia nō ē iusticia ꝫ crudelitas sic ⁊ miscðia sine iusticia nō miscðia ꝫ fatuitas. ⁊ iam deus neq̄ ē fatuus neq̄ crudelis esse potest. cū iusticia fecit sꝑ misericordiam puniēdo impiū citra cōdignū. ⁊ remunerādo iustū vltra cōdignū. Unde augꝰ. ⁊ ponit̃ in ca. de peni. dist. j. quē ꝑtinet. Deus em̄ inq̄t q̄ misericoꝛs ⁊ iustus est. sicut conseruat misericordiam in iusticia. ita ⁊ iusticiam in misericordia. Opus em̄ misericordie penitēti ē peccata dimittere. sed opoꝛʒ vt iustus iuste misereat̃. opoꝛtet em̄ vt nō soluʒ quid fecit. ꝫ etiam in quo doleat considerat. si dignus ē non dico iusticia ꝫ misericordia. iusticia solū dānat sed dignus ē miscðia qui spirituali laboꝛe gratiā petit. laboꝛat ei mēs patiēdo erubescētiā. ⁊ q̄m verecūdia magna ē pena. q̄ erubescit ꝓ xp̄o dignꝰ sit miscðia. Vñ ptʒ q̄ q̄to pluribꝰ ꝯfitebit̃ i spe venie turpitudinē criminis. tāto faciliꝰ cōseq̄t̃ grām remissiōis. h̄ augꝰ. Sʒ mlt̃i sūt hijs diebꝰ q̄ ꝯfidūt de dei miscðia. ꝫ nō timēt eiꝰ iusticiā. ⁊ ið q̄tiensc̄ūq̄ ⁊ q̄ grauit̃ peccēt nō curāt. Tales ei siles sūt cuidā aui de q̄ narrat auicēna. viij. de aialibꝰ q̄ cū vipera multotiēs pugnat ⁊ vincit̃ ꝫ tamē ex istin-

ctn nature cũ vincitur vadit ⁊ comedit de quadaꝫ
herba. ⁊ iterũ virib⁹ recuperatis reuertit̃ ⁊ pugnat
⁊ iterũ vincit̃. ⁊ isto modo frequẽter accidit. Hunc
ꝯflictũ quondã quidã homo vidẽs herbam hanc
abstulit et postea rediens auis et herbam nõ inue
niẽs strepitũ fecit. ⁊ mortua ẽ. Spũaliter isto mo-
do mlt̃i peccatores miseri faciũt q̃ ꝙ quotiẽs tem-
ptentur ⁊ vincant̃ ab antiquo serpẽte dyabolo. mi
nime curãt. ⁊ ꝯsiderãtes ꝙ miscdia dei remediuꝫ ẽ
ꝯtra peccati venenũ. ⁊ ꝙ ad ipam facilimũ possũt
habere accessum sicut auis habuit ad herbã. ꝫ se-
pe ꝯtingit ꝙ deus remedium istud subito retrahit
ab eis ꝑ infirmitatẽ. ꝑ subitã mortẽ. ⁊ ꝑ suã iustici
am. Exemplũ hui⁹ habemus. iiij. Regũ. xxj. et. ij.
Paralyp. xxiij. de amon filio manasses reg̃ iuda
Pater eñ eius manasses in iuuẽtute sua fuit ma-
lus ⁊ postea penituit ⁊ deus misertus ẽ ei⁹. Amon
vero filius eius h̃ ꝯsiderans ⁊ volẽs ꝯsimiliter vi-
uere peccauit in spe misericordie nõ timens dei iu
sticiam. ⁊ ideo a seruis ꝓpriis interfectus ẽ. frustra
tus spe misericordie ⁊ damnatus ad penã eternã.
Sicut crisosto. op. imp. ome. j. ecce ꝙ spes ei⁹ quia
nõ habuit timorẽ peccãdi sibi nõ ꝓfuit. Et ꝙ nec
timor valet sine spe patet ex hoc ꝙ iudas metuit.
ꝫ tamen ex hoc ꝙ de dei misericordia desperauit.
laqueo se suspẽdit ⁊ damnatus ẽ. vt patet Math.
xxvij. Sed maria magdalena cũ timore spem ha-
buit ⁊ misericordiã obtinuit. vt patet Luce. vij. Et
ideo merito dicit scriptura Eccl. v. De ꝓpiciatiõe
peccatoꝝ noli esse sine metu ⁊ ne adiicias peccatũ
sup peccatũ. ⁊ ne dicas misericordia dei magna ẽ.
multitudinis peccatoꝝ meoꝝ miserebit̃ misericor
dia eñ ⁊ ira cito ab illo ꝓximãt. ⁊ in peccatores re
spicit ira illius. ¶ Sextũ motiuũ cõferens ad
eliciendũ motum spei est vtilis multiplex eiusdẽ
effectus. Quoꝝ primus est ꝙ confert homini ma
gnam securitatem in tribulationibus. vnde Psal
mista. Ad dominũ cũ tribularer clamaui et exau-
diuit me. et iterũ. In deo speraui nõ timebo quid
faciat mihi homo. Et merito securus est sperãs in
domino. q2 dicit ps̃. Protector est dñs omniũ spe
rantiũ in se. Itẽ. dominus ꝓtector vite mee a quo
trepidabo. Vñ dñs in se sperãtes ex omni parte
sua misericordia ꝓtegit. dicẽte ps̃. Sperantẽ autẽ
in dño miscdia circũdabit. Et merito dicit ꝓpheta
ysa. xxx. Ipe ẽ sperãtibus in se altissimũ refugiuꝫ
Et ideo merito dicit̃. ij. Parali. xx. Cũ ignorem⁹
q̃d agere debeamus hoc solũ habemus residui vt
oculos nostros dirigamus ad te. s. oculos spei no
stre. Et ido merito dicit ps̃. Oculi mei sp ad dñm.
⁊ iterũ. In ipo sperauit cor meũ ⁊ adiutus suꝫ. vñ
⁊ spes sanctã susannaꝫ in tribulatiõe adiuuit. ⁊ ab
iniusta mortis sentẽtia liberauit. Vñ sicut legitur
Dañ. xiij. cũ esset duoꝝ p̃sbyteroꝝ iniquo damna
ta testimonio flens suspexit in celũ. erat eñ cor e⁹
fiduciã habens in dño ⁊ dñs misericordit̃ saluauit
eã. q̃ vt dicit ps̃. Prope ẽ dñs omibus inuocãtib⁹
eũ in veritate. Secũdus effect⁹ spei ẽ qñ impugñt̃
ab hoste inuisibili. ⁊ licet temptatio supra vires e⁹
sit. tñ si firmiter speret in auxilio diuino de⁹ sibi in
occursum citissime veniet. saltẽ nisi ꝑ culpã ei⁹ h̃
temptatio sibi ꝯtigerit. vl̃ q2 ipe negligẽs mittẽdo

deo orationis nunciũ fuerit. vl̃ tanq̃ vecors vltro se
suo inimico reddiderit. Unde Apostol⁹. j. Cor. x.
Fidelis de⁹ q̃ non patiet̃ vos temptari vltra id qd
potestis. ꝫ faciet cũ temptatione ꝓuentum. Unde
spes facit hominẽ cognoscere veritatẽ. ⁊ veritas q̃
si scutũ ẽ quo securissime diaboli impugnationes
euincere possumus. Unde q̃tũ ad primũ ꝙ spes
facit hominẽ intellige e veritatẽ testatur scriptura
Sapient. iij. dicens. Qui ꝯfidunt in illo intelligẽt
veritatẽ. Itẽ ꝓuerbi. xvij. Expectate futura bona
quocũq; se verterit prudẽter intelligit. Et q̃tuꝫ ad
secundũ. s. ꝙ veritas scutũ ẽ in quo faciliter possu-
mus dyaboli impugnationes euincere testat̃. ps̃.
xi. Scuto circũdabit te veritas ei⁹. nõ ti. a ti. noc.
A sagitta volan. in die. a nego. ꝑam. i te. ab incur.
⁊ demo. meri. Sup quo berñ. ⁊ ponit̃ in sũma pa
risieñ. de ꝟtutibus. ꝑte. iij. trac. de fortitudine. c. xj.
In his igit̃ verbis tangũt̃ quatuor temptationes
dyaboli q̃bus vndiq; circũdati necesse habemus
scuto dñi. i. scuto veritatis circũdari ante ⁊ retro a
dextris ⁊ a sinistris. Quarũ p̃ma ẽ timor afflictio
nis. q̃ timor in p̃dictis verbis timor nocturn⁹ vo-
cat̃. ⁊ merito q2 timor iste tenebrosus ẽ abscondẽs
ab oculis nostris. q2 teste aplo ad Roñ. viij. Nõ
sunt ꝯdigne passiones hui⁹ tpis ⁊ ad futurã gloriã
q̃ reuelabit̃ in nobis. sed facile hui⁹ obscuritatẽ ti-
moris splendens radius lucis veritatis exufflat.
Ingerit eñ nostri cordis oculis nũc peccata q̃ fe-
cimus nũc eterna supplicia que meruimus nunc
eterna gaudia que ꝓ nostris peccatis carere digni
sumus. Et nũc ea que ꝓ nostris peccatis et ꝓ nr̃a
redemptione ꝑtulit xp̃s. Ad claros igitur radios
tam splendentis veritatis nimirũ obscuritas eua-
nescit p̃dicti nocturni timoris. ꝫ tamẽ adhuc timẽ
da ẽ sagitta q̃ in die leuiter volat. ꝫ nõ leue vuln⁹
infligit. Hec sagitta vana gloria ẽ. que ẽ secũda tẽ-
ptatio dyaboli quam oportet etiã cauere ⁊ feruen
tiores. nec deserant scutũ veritatis ꝫ considerẽt ꝙ
veritas ꝑ os sapientissimi salomonis loquẽs Ec-
clesiastes. j. dicit. Vidi cuncta que fiunt sub sole ⁊
ecce vniuersa vanitas. Et sic scuto veritatis circun
dati manifeste ꝑcipient ꝙ vanũ ẽ de vanitate glo-
riari. sed dyabolus vero si nec sic intentum suum
ducere possit ad effectũ. dicit viribus deiicere ne-
queo. ꝫ forte dicere possum alicuius ꝓditoris in-
genio. ꝓditor enim est ambitio que est tercia tem
ptatio dyaboli. ⁊ negocium perambulans in tene
bris in p̃dictis verbis ꝓphete vocatur. quia ẽ sub
tile malum. secretũ venenum. pestis occulta. doli
artifex. mater ypocrisis. parens liuoris. viciorum
origo. criminũ fons. virtutũ erugo. ⁊ tinea sancti-
tatum. Ait eñ dyabolus. iste hõ ꝯtempsit vanam
gloriã qm̃ vana ẽ. ꝫ forte solidius aliud affectaret
q2 forte honores vl̃ forte diuitias. Sed q̃d sit veri
tas inuestiget hũc ꝓditorẽ ⁊ negociũ arguat tene
brarũ. tũc nõ restat callido inimico. vnde ꝯtra eos
quos vidit omibus modis diligere iusticiã ⁊ odis
se iniquitatẽ nisi vt iniquitatẽ palliet sub virtutuꝫ
ymagine. quos enim perfectos ⁊ boni nouit ama
tores malum eis sub specie boni non mediocris:
ꝫ perfecti suadere conat̃. vt facile qui viam currit
ꝟtutũ incurrit precipiciũ viciorũ. Vñ. ij. Cor. xj.

Ipe sathanas trāsfigurat se in angelū lucis. et dyabolus qui falsitas ē et mendaciū taliter transfiguratus dicit demoniū meridianū. pro eo quod falsitatem taliter sub specie boni palliatā. que est quarta temptatio dyaboli assimilat se esse lucē meridianā id ē manifestā virtutē. sed sola veritas est que hominē ab hac temptatione dyaboli liberat. et palliatam detegit falsitatē. vñ Johis. viij. Cognoscetis veritatē et veritas liberabit vos. Predictas inquit bern. quatuor dyaboli temptationes in generali statu ecclesie hanc difficile diligens ꝯsiderator inueniet. nōne timor nocturnus nouellā adhuc exercebat ecclesiam qñ omnis occidebat seruos dei arbitrabatur obsequiū se prestare deo. deinde persecutione cessante et die reddita turbauit eā grauius et afflixit sagitta volans in die et negocium perambulās in tenebris. qñ exierūt aliqui de ecclesia sue carnis spiritu vehemēter inflati et volatilis glorie cupidi. et nomen super terrā magnifice volantes diuersa ꝑuersa ac heretica doctrina predicauerūt. ac quidē nūc pax a paganis pax ab hereticis. sed non est pax a falsis filijs oēs xpiani fere qui sua sunt querūt et non que iesu xpi ipa quoque ecclesiastice dignitatis officia in turpem questum et tenebrarum negocia transierūt nec in his animarū solū sed luxus queritur diuiciarum. sed superest vt iam reueletur homo peccati filius perditiōis antixps demoniū non mō diurnū sed etiā meridianū quod nō solū transfigurat se in angelū lucis. sed etiam extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur. et istud demoniū in quāto altius extollitur. intanto nimirū acrius insidiatur calcaneo matris ecclesie a qua caput suū dolet esse contritū. sed ab hoc quoque incursu ecclesiam electorum veritas liberauit propter eos abbreuiās dies et illustratione vultus sui demoniū destruens meridianū. Hec Bernardus

D Tercius effectus spei est quod facit hominē patienter portare onus et tribulationē presentis vite et miserie. Vñ Gene. xlix. Jsachar asinus fortis accumbans terminos vidit requiē quod eēt bona et terram quod esset optima supposuit humerū suū ad portandū. spūaliter ysachar qui ē memor interpretatur et significat virū xpianū fortem in fide qui ē memor mortis sue iuxta consiliū spūsancti dicentis Eccl. xiiij. Memor esto quoniā mors non tardabit. vnde mors ē mediū inter vitā presentē et vitam futurā et ideo qui in hoc medio ponit cor suū de vita presenti. et de vita futura potest certius iudicare. vt dictum ē supra pte. iiij. ca. xlviij. vbi agitur de tercio regl pacifici ꝯsilio circa finē et ideo deponēte cor suū in hoc mortis medio merito dici potest quod accumbēs inter terminos. s. vite presentis et vite future vidit requiem. scz per fidē requiē sempiternā quod esset bona. et terram scz viuentiū quod eēt optima et supposuit humerum suū ad portandū. s. patienter onus laboris. tribulationis et miserie vite presentis sub spe obtinēdi vitam et requiē eternā. et nimirū. nā si merces modica labor borē mercenarij tolerabilē reddit quid faceret fulis dei merces eterna vñ Jacob. v. Agricola expectat preciosum fructū terre patienter. Glo. si ille inquit pro fructu terre quē sperat tā patiēter expectat. quāto magis nos pro fructu et mercede celesti. vñ Hiere. xxxj. Quiescat vox tua a ploratu et oculi tui a lacrimis. quia ē merces operi tuo. vñ et dñs expectat patienter peccatorē si voluerit penitere ad dandū sibi veniā. dicente ppheta Jsa. xxx. Expectat dñs et misereatur vestri. et ideo exaltabitur parcēs vobis. quia deus iudicij dñs ē. beati oēs qui expectāt eū. Hec cōsiderans ille vir sanctus thobias qui parētibus et cognatis irridentibus eū et dicentibus cū esset cecitatis plaga percussus. vbi ē spes tua pro qua elemosynas et sepulturas faciebas. Jlle vero increpabat eos dicēs noli te ita loqui. quoniā filij sanctorum sumus et vitā illam expectamus quā deus daturus ē hijs qui fidem suam nūquam ab eo mutāt. Thob. ij. Jtē ille vir sanctus Job xiij. afflictus corpe. orbatus filijs. derisus ab inimicis et omnibus rebus suis denudatus patienter sustinuit. et in deo spem suā ponens dixit. et si occiderit me in ipso sperabo. Jtē legitur. ij. Machab. iij. quod vna sancta mulier septē pereūtes et crudeliter interfectos filios suos sub vnius diei tpe corā se ꝯspiciens bono animo ferebat propter spem quā in deo habebat. et vnus illorum filiorum cū ad suppliciū duceretur linguā cito protulit. et manus ꝯstāter extēdit. et cū fiducia ait tyranno E celo ista possideo. sed propter dei legem nunc despicio. hec ipa. qm ab ipo me ea recepturū spero et c. De hac eñ materia spei vide plus supra parte. v. ca. j. et. v. et parte. iiij. ca. xiiij. vbi agitur de tercio requisito ad hoc quod oratio suā retineat efficaciā. Jtē de spe ꝑuersa et desperatione et eius remedijs dictū est supra pte. v. ca. iiij. et. v.

Capitulum LXXVI

Equitur iam de tercia [S]
parte fortitudinis. s. de patientia ptractādū

A De qua beatus augustinus et ponitur in flora. Bartho. titu. de patientia. Patientia inquit ē religiosi viri laborum et dolorum oim futurarū rerum spe mercedis eterne et amore dei grata tolerātia. Parisiensis vero in de virtutibus pte. iij. tractatu de fortitudine. ca. vj. Patientia inquit ē virtus ꝯtumeliarū et omnes aduersitatis impetus equanimiter portans. Grego. eñ sup euangelia. omel. xxxv. Patientia inquit est aliena mala equanimiter perpeti. et contra eum qui mala irrogat nullo tamen dolore moueri. nam qui sic primi mala portat vt cum tactus iniuria tacitus doleat. et tempus digne retributionis querat patientiā non habet sed ostendit et simulat. qui idcirco mala non retribuit. quia nequaquam valet proculdubio patiens non est quia patientia non in ostensione inquiritur sed in corde Et sciendū est quod plerūque euenire patientibus solet. vt eo quidem tempore quo aduersa patiūtur vel cōtumelias audiunt nullo dolore pulsentur et sic patientiam exhibent vt custodire etiam cordis innocentiam curēt. sed cum post paululum hec ipa que ptulerunt ad memoriam reuocātur igne vehemētissimi doloris instigātur. et argumēta vltionis inquirūt. et mansuetudinem quam tolerantes habuerūt in retractione sua semetipos dijudicātes perdūt. Sed quibus igitur isti similes sunt nisi his qui per fortitudinem in campo exstiterūt victores sed per negligentiam postmodum inter vrbis claustra capiuntur. Jsti etiam similes sunt illis in quos irruens grauis languor a vita non subtrahit. sed le

uiter veniēs recidiua febris occidit. Ille igit̄ veraciter patientiā seruat qui ⁊ ad tempus aliena mala sine dolore tolerat. ⁊ hec eadē retractans pertulisse se talia exultat. ne bonū patientie quietis tp̄e pereat qđ in ꝑturbationis tempore custodit̄. Ħ ille Tullius em̄. j. retho. Patiētia inquit ē honestatis aut vtilitatis causa rerum arduarum ⁊ terribilium volūtaria ac diuturna ꝑpessio. Honestatꝭ causa ꝑpessio ē. vt cum quis ꝓ fide xp̄i potius eligit mori q̄ꝫ negādo eam vitā suam saluare. Utilitatis vero causa ē. vt cū quis ꝓ salute gregis dominici mori eligit. volūtarie ideo dicit̄. quia q̇ omnino inuitus patitur non habet laudem vel meritū. Et ideo. j. Petri. iiij. dicit̄. Nemo vestrū patiat̄ quasi homicida aut fur aut maledictus aut alienorum appetitor. si autē vt xp̄ianus nō erubescat. Diuturna dicitur. quia ad veram patientiā pertinet vt patiēdo ꝑseueret. ⁊ hec patientia ſm̄ tulliū vbi prius in q̄tuor specialiter manifestat̄. Primo in substinētia cōtumeliarū siue improperioꝝ in verbis. Secundo in longanimi ꝑpessione penarū in corporibus Tercio in remissione iniuriarū malefacientibus. Quarto in moderatiōe disciplinarū in correctiōibus. Unde q̄ꝫtū ad primū. s. patientiā in sustinentia contumeliarū siue improperiorū in vniuersali manifestauit se habere ille magnus ph̄us ariscippus. de quo legit̄ in li. de vitis phylosophoꝝ. ꝙ respondebat cuidam maledicēti sibi. vt tu inquit lingue tue. sic ⁊ ego auriū mearū dn̄s suꝫ. quasi diceret. Sicut tu potes loq̇ mala lingua tua. sic ⁊ ego possum mala auribꝰ meis audire. Item in eodēꝫ libro legit̄ de ꝫenophon. ꝙ cuidam maledicenti sibi respondit. Tu inq̇t didicisti maledicere ⁊ ego didici teste mea cōscientia maledicta ꝯtemnere. Itē in eodē libro legit̄ ꝙ Anticanes respondit cuidaꝫ dicēti sibi. Maledixit tibi ille. id ē mala de te dixit Cui respondens anticanes dixit. nō curo q̇ auditus debet esse robustior lingua. nam singulis hominibus sunt lingue singule. aures vero bine. Et sic homo debet plus sustinere duabus auribꝰ q̄ꝫ aliq̇s loqui possit lingua vna. hec ille. Itē ⁊ vallensis in libello suo de gestis ph̄oꝝ ⁊ quatuor virtutibus cardi. ꝑte. iiij. ca. iij. Legit̄ inquit ꝙ imperator theodosius dixit. Si q̇s crediderit nomia nostra maledictiōe lacerāda eū nolumꝰ penis subiugare q̇ si ex leuitate hoc dixerit ꝯtemnendum ē. si vera ex insania miseratione dignū est. et si ab iniuria remittendū. Itē Sen̄. li. iij. de ira. Cū inq̇t antigonꝰ rex audisset aliquos de se mala loquentes palam q̄ꝫ solus inter dicētes ⁊ audiētes erat. leuit̄ amonuit dicēs q̄̃si in ꝑsona alteriꝰ. discedite ne rex vos audiat. Un̄ parisi. in de ꝟtutibꝰ. ꝑte. iij. tra. de fortitudie. ca. xj. Ad ꝯtumelias inq̇t verboꝝ debet homo se habere tanq̄ꝫ surdus. vn̄ Ps̄. Ego tanq̄ꝫ surdus nō audiebā. vn̄ in talibꝰ debꝫ hō tanq̄ꝫ immobilis in patiētia ꝑmanere. vn̄. ij. Reg. xiiij. de rege dauid dicit̄. Sicut angelus dn̄i sic ē dn̄s meus rex vt ne bn̄dictione nec maledictiōe moueat̄. Ille eī q̇ maledicit viro patiēti reputandus ē quasi nūcius a deo missus vt abstergat maculas eiꝰ cui maledicit. vn̄ Greg. Idcirco linguas inq̇t detractorū dn̄s in electos laxat. vt si q̇d in eis elationis surrexerit lingua detractoris eradat. multū em̄ vilipendit dominꝰ malos ex quo de lingua eorū facit abstersoriū sordiū bonoꝝ. qđ ꝯsiderans rex dauid dixit cū Semei illi malediceret ⁊ armati qui cuꝫ eo erāt vlcisci contenderēt dixit dauid. Dimittite euꝫ vt maledicat iuxta p̄ceptū dn̄i. si forte respiciat dominus afflictionē meā ⁊ reddat mihi bonū ꝓ maledictione hac hodierna. ij. Reg. xvj. Sup q̇ Gregorꝰ. Qui inq̇t verborū cōtumelijs pressus patientiam seruare nō sufficit factū ad memoriā reuocet. quem cū semel conuitijs vrgeret ⁊ armati proceres vlcisci ⁊ amputare caput eius ꝯtenderēt. ait ille quid mihi ⁊ vobis. dimittite euꝫ vt maledicat iuxta preceptū domini. si forte dominus afflictionē meam respiciat ⁊ reddat mihi bonū ꝓ maledictione hac hodierna. quibus verbis indicat ꝙ pro peccato Bersabee insurgentem cōtra se filiū habuit. ⁊ fugiens reduxit ad animum malū quod fecit. ⁊ contumeliosa verba non tam cōuitia q̄ꝫ adiutoria eē credidit. quibꝰ se purgari sibiq̄ꝫ misereri posse indicauit. tunc em̄ illata cōuitia bene toleramꝰ. cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus. leticie quippe videbit̄ ꝙ iniuria ꝑcutimur. dum cōspicimus ꝙ penis meruimꝰ. sicq̄ꝫ fit vt cōtumelijs gratia magis q̄ꝫ ira debeatur. quarū interuentu a deo iudice pena grauior declinat̄. Ħ greg. ⁊ ponitur in summa parisiensis de virtutibꝰ parte tercia tractatu de fortitudine. ca. xj. Item Seneca lib. iij. de ira narrat de quodā rege ad quem cū venissent legati athenensiū. audita eorum legatiōe maliuola ait benigne. Dicite quid possum quod gratum sit Athenensibꝰ facere. Cui respōdit Democrites vnus de legatis Atheniensium. Te inq̇t suspēdere gratū esse athenensibꝰ. ⁊ cū circūstātes rege indignati vellēt in eū irruere. rex iussit illū incolumē dimittere dicēs ceteris legatis. Nunciate athenensibus multo supbiores esse q̇ ista dicūt q̄ꝫ q̇ illa impune ⁊ patienter audiūt. Hec ⁊ vallensis.

Secūdo vt supra dictū ē patientia manifestatur in longanimi ꝑpessione penaꝝ in corꝑibus. vnde in isto patientiā manifestauit se habere theodorꝰ. de quo narrat Valeriꝰ li. vj. ꝙ cū scismaticus rex iussisset eū cruci affigi. r̄ndit. Ħ terribile genus tormēti ē purpuratꝭ. ꝫ cartus nihil inest humili ⁊ patiēti aut sit sublimis aut putrefacta. Itē Sene. li. de ꝯstātia sapiētis. Sapiēs inq̇t colaphis ꝑcussus q̇d faciet ⁊ r̄ndit dicēs. Hoc faciet qđ fecit scito q̇ cū os in illū eēt incomptū illiꝰ ꝓiectū. ⁊ cum quo violēter eēt ꝑcussus. nō sic exacerbauit nō vindicauit iniuriā. ꝫ patiēter remisit ⁊ factā sibi iniuriam negauit. Itē narrat Seneca de socrate q̇ cuꝫ iret ꝑ quandā ciuitatē ⁊ esset colaphis grauiter ꝑcussus nihil ampliꝰ dixisse fert̄ q̄ꝫ ꝙ molestū esset ꝙ nescirēt homines quādo cū galea ⁊ quādo sine galea ꝓcedere deberēt. Itē in eodeꝫ lib. narrat Seneca de diogene ph̄o cui agēti causaꝫ cuꝫ lectulo attracta saliua. inspuisset in fronrē eius mediam abstersit. Diogenes faciē suā dicēs. o lectule affirmabo inquit eos falli qui te negant os habere. Item ⁊ valsensis in libello suo de gestis philosophoꝝ. ⁊ quatuor virtutibꝰ cardinalibꝰ. parte. iiij. capi. vij. Socrates inquit negat sapientem et patientem posse

offendi.ꝫ aduersus omnē fortunā robore virtutis
sue manere immobilem.vnde qualiter differunt ⁊
varie animus sapiētis et animus stulti afficiūt in
tribulationibus.determinat Augustin⁹.j.de ciui
tate dei.ca.iiij.recitans de opinione zenonis ⁊ aris
cippi.qui fuerunt sapientes stoycorū qui id inter-
esse censuerunt inter animū sapiētis ⁊ animū stul
ti.ꝙ stulti animus cedit passionibus atꝫ accomo-
dat mentis assensum.sapientis aūt animus ꝗuis
eas passiones necesse patit.retinet tamen in his q̄
appetere vel fugere rationabiliter debet verā ⁊ sta
bilem ⁊ incōcussam mentis constantiaꝫ.Et ponit
exemplū de quodā stoyco phylosopho q̄ expallu
it in naui ob maris tempestatē ⁊ cui cum obiectū
esset ꝙ timuissēt.ita ꝙ falsa essꝫ opinio supradicta
stoycorū ponentiū passiones nō cadere in sapien-
tes.iste phylosophus rn̄dit modo supradicto.s. ꝙ
sapientis animus licꝫ eas passiones necessario pa
tiat.retinet tamē de his ⁊c̄.sicut supra. ¶ Ter
cio manifestat patiētia in remissione iniuriaꝝ ma
lefaciētibus. Pro q̄ notandū ꝙ ꝓpter octo causas
specialiter deberet homo iniurias sibi illatas pati
enter libēter atꝫ gaudēter dimittere.vt ostensum ē
supra.pte.iiij.ca.xxvij. vbi agit de secūdo ope mi-
sericordie spūalis. Quarto patiētia manifestat
in moderatione disciplinarū in correctiōib⁹. Vn
de qualiter doctores ecclesie se haberēt in docen-
do ⁊ corrigēdo populum subditum delinquenteꝫ
dictum est supra parte.iiij.c.viij.vbi agit de quar-
to requisito ad bonum iudicem.Item de correcti
one fraterna ⁊ quare est correctio facienda q̄re cor
rectio est patienter sustinenda.⁊ qualiter correctio
debite ē exercenda dictū est supra pte quarta.cap.
xxvj.vbi agitur de tercio opere misericordie spiri
tualis.Dictis ibidē adijciendū qđ beatus Gregꝰ
sup Ezechielem habet ome.xxj. Ecce inq̄t de pati
entia forsitan sermo doctori est doctrine sue magi
sterio docere cogitur.qualiter cōtra damna ⁊ con
tra illatas cōtumelias patientia seruet ꝫ cum ipse
vel damno vl' cōtumelia fuerit lacessitus. oblitus
qđ docuerat vel in lesione ꝓximi vel in reddenda
grauius ꝯtumelia excedit. Inter hec itaqꝫ cogitet
qđ scriptū est. Doctrina viri per patientiam nosci
tur.si itaqꝫ index doctrine patientia ē tanto quisqꝫ
doctus ostendit q̄nto patiens fuerit monstratur.
Hinc em̄ ē ꝙ ille bonus discipulus.s. helyseus q̄
cum magistrū suū scꝫ heliam tolli in aere videbat
ꝑ magnū charitatis affectū.clamabat dicēs. Pa-
ter mi pater mi.currus israel ⁊ auriga eius.Quid
ē fratres ꝙ helyas currus israel ⁊ auriga dr̄.nisi ꝙ
auriga agitat ⁊ currus portat.Doctor igit qui mo
res populi ⁊ ꝑ patientiā sustinet ⁊ sacri eloquij ver
bis docet currus dicit ⁊ auriga.currus. q: toleran
do portat. auriga q: exhortādo agitat. curr⁹ quia
mala sustinet.auriga q: populū bonis admoniti-
onib⁹ exercet.h̄ ille. Itē idem sup euāgelia omel'.
xxxv.ꝑ impatiētie inq̄t vitiū ipa virtutū nutrix do
ctrina dissipat. Scriptū nāqꝫ ē.doctrina viri ꝑ pa-
tientiā noscit. Tāto igr̄ q̄sqꝫ min⁹ ostendit doctus
quāto ꝯuincit minus patiēs.neqꝫ em̄ p̄t veraciter
bona docēdo impendere si viuendo nesciat equa
nimiter aliena mala tolerare.hec ille. Sed hic ē
notandū ꝙ ad virtutē patientie q̄ in p̄dictis q̄tuor
manifestat fortiter retinendū ꝯferunt multa moti
ua.Quorū primū ē sacre scripture freq̄uēs exhor
tatio. Vnde Eccī.ij.In humilitate tua patientiaꝫ
habe.quoniā in igne ꝓbatur aurū ⁊ argentuꝫ.ho-
mines vero receptibiles in camino humiliationis
Itē Apl'us ad Ephes.iiij. Obsecro vos in domio
vt digne ambuletis in vocatione in q̄ vocati estis
cū om̄i humilitate ⁊ patientia supportātes inuiceꝫ
in charitate. Item.j.ad Thessal'.v. Patientes esto
te ad omnes. Item Heb.xij. Per patientiā curra-
mus ad ꝓpositū nobis certamē accipientes in au-
torem fidei ⁊ ꝯsummationē iesum qui ꝓposito sibi
gaudio instituit crucē confusione consumpta atꝫ
in dextera dei sedet. Item ad Colos.iij. Induite
vos sicut electi dei sancti ⁊ dilecti viscera misericor
die.Benignitatē ⁊ humilitatē modestiā ⁊ patien-
tiam supportātes inuicem donantes vosmetipos
si quis aduersus aliquē querelā habet.sicut domi
nus donauit nobis.ita ⁊ vos. Itē.ij.ad Thessalo.
iij.dicens.Do minus aūt dirigat corda ⁊ corpora
vestra in charitate dei ⁊ patientia xp̄i. Item Iaco
bi.j.Beatus q̄ suffert temptationē.q: cū ꝓbat⁹ fu
erit accipiet coronā vite quā repromisit deus dili
gētib⁹ se. Itē Iaco.v. Patiētes estote fratres vsqꝫ
ad aduentū dn̄i Secundū motiuū ꝯferēs ad vir
tutē patiētie fortiter retinēdū ē hoc ꝙ patiētia val
de gloriose triūphat. Naꝫ vt dicit Prouerb. xiiij.
Qui patiēs ē multa gubernat sapientia. Et sicut
dicit Sapientie.viij. Sapientia vincit maliciam
attingit igitur a fine vsqꝫ ad fineꝫ fortiter.et dispo-
nit omnia suauiter Vnde sicut dicit Parisieñ.in
de virtutibus parte.iij. tractatu de fortitudine.ca.
vij.Patientia hostes vincit sine armis corpalibus
⁊ sine ictu vel percussione. Non enim oportet vi-
rum patientem leuare vnum digitū ad hostes vin
cendos.sed tela eorum per suam patientiam retū
dit.⁊ in corda ipsorum illa repercutit. Vnde psal.
Gladius eorum intret in corda ipsoruꝫ. Persecu
toris enim gladius cor suuꝫ percutit. quia animā
eius occidit.⁊ licet persecutor persequatur virū iu
stum vel patientem vsqꝫ ad mortem.tamen mors
illa ē clauis regia quā deus exhibet ad liberandū
suos amicos a carcere corporis. ipa est porta quā
deus aperit.⁊ per quā amici dei effugiunt a mani
bus persecutorū. ⁊ ideo dicit Prouerbiorū.xiiij.
Sperat iustus in morte sua.Et merito. Naꝫ vt di
cit parisieñ. Preciosa est in ꝯspectu domini mors
sanctorꝝ eius. Vnde augustin⁹.iij.de ciuitate dei.
Quid inquit p̄ciosius q̄ꝫ mors ꝑ quam fit vt om-
nia delicta dimittantur.⁊ omnia merita cumula-
tius augeant.ꝫ hoc manifestum ē in sanctis mar-
tiribus quoꝝ mors per quam necessario transitu
ri erāt ab omni pena eos absoluat vt regnum celo
rum eis acquirit ⁊ hoc sine suo labore. quia labo-
re persecutoris qui materiā corone ꝑpetue eis mi-
nistrat.Quod ꝯsiderans ꝓpheta dicit in ps̄.Si cō
sistant aduersum me castra non timebit cor meū.
⁊ si exurgat aduersuꝫ me preliū in hoc ego spera-
bo.vnde sicut dicitur Prouerbioꝝ.xvj. Melior ē
patiens viro forti.⁊ qui dominat animo suo expu
gnatore vrbiuꝫ. Fortis enim in magna diligentia

⁊ labore diuitias spūales acquirit ⁊ custodit. ꝟ patiēs diuitias spirituales habitas sine labore custodit. Si eñ ꝑsecutor in aliquo tpali damnificat hominē patientē. ipe tamen sua bona spūalia tutissime possidet ꝟ ecōtra vir impatiēs si auferet ei aliqd terrenū statī in sui damni ꝓprij augmētatiōnē ꝓijcit etiā a se sua bona spūalia. Vñ Prouer. xix. Qui impatiēs ē sustinebit damnū vir patiēs etiā dominatur anime sue. dicēte xpo Luc. xxi. In patiētia vestra possidebitis aias vestras. Istud eñ in ꝟ attēdit ꝙ patiētia cohibet hominē īteriorē ab illicit. ꝟbis ⁊ opib⁹. vñ linguā cohibet a mēdacio ⁊ piurio ⁊ ab oib⁹ ꝟbis ꝯtumeliosis. Manū etiā cohibet a violētia. ⁊ sic patiens potens ē seipm cohibere interius ⁊ exterius ab hijs q̄ ꝑtinēt ad vindictā. ⁊ ꝙtū ad hoc dr̄ animā suā possidere. Vñ Grego. sup euāgl. ome. xxxv. Idcirco inquit possessio anime in ꝟtute patiētie ponitur. q: radix custosq̄ omniū virtutū patiētia ē. ꝑ patientiā vero possidemus animas nostras q: dum nobismetipis dn̄ari dicimur hocipm incipim⁹ possidere qd̄ sumus. ꝟ in homine ꝟo impatiēte dn̄at ira vł furor ⁊ eū possidet. Et bene dici potest taliter dominans anime sue melior expugnatore vrbiū. q: expientia docente. difficili⁹ ē hosti resistere cuz iam castra intrauit vł arcem. ꝙ si extra ꝯsistat. Vñ Greg. Minor est inquit victoria vrbes expugnare q: extra sunt qui vincunt. maius ē aūt qd̄ ꝑ patientiā vincit. q: ipse a se anim⁹ supatus est. ⁊ semetipm sibijpi subijcit. quādo cū patiētia in hūilitate tolerātie sternit. hec Greg. sup euāgl. ome. xxxv. ¶ Terciū motiuū cōferēs ad virtutē patiētie fortiter tenendū ē hoc. ꝙ patientia ē via ꝑ quā voluit xp̄s nos ipm sequendo trāsire. Vñ Apl's. j. Pet. j. Xp̄s passus ē ꝓ nobis nobis relinquēs exemplū. vt seq̄mur vestigia eius. Vñ q̄liter xp̄s docuit nos ipm ꝑ hancviam sequi ostēdit Cyprian⁹. ⁊ ponit in canone. distin. xciij. vbi sic. Cū subditus inq̄t dn̄s passioni alapā accepisset ⁊ sibi diceret. Sic respondes pontifici. nihil ille ꝯtumeliose locutus ē in ꝑsonā pontificis ꝟ sicut magis innocentiā suā tutus ē dicens. Si male locutus sum exproba de malis. si autē bene q̄d me cedis. q: oīa ab eo iam facta sunt humiliter ⁊ patiēter vt nos humilitatis ⁊ patientie haberemus exemplū. hec ille. Unde parisiē. in de ꝟtutibus. parte. iij. tractatu de fortitudine. ca. vij. Vult inquit xp̄us vt aliqua patiamur ꝓ eo sicut et ipse passus ē ꝓ nobis. In cuius rei figura legitur Jo. vlti. ꝙ cum xp̄s comedisset de pisce asso dedit reliquias discipulis suis. Piscis assus est xp̄us a suis ꝑsecutoribus passus voluit xp̄us discipulos suos cōmunicari passioni sue. Unde Apostolus Colossen. j. Adimpleo ea que desunt passioni xp̄i in carne mea. hec Parisien. ¶ Quartū motiuū cōferens ad virtutē patientie fortiter retinendum est hoc. ꝙ patientia valde efficax est ad acq̄rendu₃ regnū celoꝝ. Vnde Hiero. Non inquit nisi ꝑ patientiā implebitur qd̄ dicit. regnū celoꝝ vim patit ⁊ violenti rapiunt illud Mathei. xj. Vnde in alijs beatitudinibus fit ꝓmissio de futuro. patiēti de regno celoꝝ fit ꝓmissio de presenti. Unde Math. v. Beati qui ꝑsecutionē patiūtur ꝓpter iusticiam: quoniam ipsoꝝ est regnum celorum. ⁊ quia nouit xp̄us patientiam esse tam efficacem ad regnu₃ celorū habendū. ideo condēs suū testamētū pacē et patientiā nobis reliquit oib⁹ ⁊ legauit dicēs. Pacem meā relinquo vobis. pacē mea₃ do vobis. Et sequit. Non turbetur cor vestrū. scilicet aliqua impatientia. Vnde figuram huius habem⁹. iiij. Regū. ij. ca. vbi legitur ꝙ quando helyas ascendit in celum dimisit palliū suum helyseo. cum quo heliseus percussit aquam iordanis ⁊ diuisa est. Spiritualiter pallium Helye vt dicit Odo. super euangelia. sermone. xxvij. est humilis patientia christi qua diuinam operuit maiestatem. vnde ita humilis ⁊ patiens apparuit inter iudeos ꝙ nullius reputationis inter eos haberetur. Vnde psalmista in persona xp̄i. Factus sum inquit obprobriū hominum et abiectio plebis. nisi eñ cum pallio isto patientiam suam operuisset cum eo certamen dyabolus nunq̄ iniisset. qui enim sine pallio isto transire nititur in aquis tribulatiōis huius mūdi per impatientiam submergetur ⁊ ideo hoc palliū christus ascendens in celum reliquit apostolis ⁊ suis discipulis quo operti frigus et famem et gladiu₃ paruipendebant. Vnde Actuū. v. ca. Ibant apostoli gaudentes a conspectu consilij quoniam digni habiti sunt pro nomine iesu contumeliam pati. Et certe si quis hoc pallio se haberet opertū nō timeret ictum impatientie quo reprobi feriuntur ⁊ corruunt in ꝓfundum inferni. O igitur bone iesu hoc pallium tribue nobis vt inuocato auxilio tuo sine quo nihil possumus diuisis aquis tribulationis et concupiscentie ad terram viuentiū trāsire libere valeamus ⁊c. Quintū motiuum conferens ad virtutem patientie fortiter retinendum est hoc ꝙ patientia est fornax examinationis diuine. vnde sicut in fornace cum igne aurum ⁊ argētum ⁊ cetera metalla examinant purgantur ⁊ pulchriora redduntur. sic in fortitudine patientie cu₃ igne tribulationis dominus probat et mundat suos seruos ⁊ eos efficit pulchriores. Unde Prouerbiorū. xvij. Sicut igne probatur argentum ⁊ aurū in camino. ita corda probat domin⁹. Item Ecclesiasti. ij. ca. In igne probatur argentum ⁊ aurum. homines vero receptibiles in camino humilitat. siue humiliationis. et sicut in fornace ignis ligna incinerat et metalla purgat. sic in fornace fort. patientie ignis tribulationis ligna vitiorum incinerat et consumit. ⁊ corda electoꝝ purificat. et sicut ignis in fornace quedam metalla reddit liquida et quedam solida. sic ignis tribulationis in fornace fortis patientie corda humana facit nunc liquida et nunc solida. liquida per compassionem siue contritionem. vnde tribulatio est virga moysi per qua₃ de petra educitur aqua. aqua inq̄ lachrimarum de cordibus duris ⁊ quasi petrinis. vñ Canticoꝝ. v. ca. Anima mea liquefacta est solida. ⁊ fortiora contra ꝑsecutionē ⁊ temptationem. vnde totus mundus non potest vincere vnum homine₃ in quo habitnat virtus fortis patientie. Qd̄ pat₃ ex hoc ꝙ iuuenes ⁊ tenelle virgines hanc virtutē habētes scil₃ katherina margaretha cecilia agnes lucia agatha vrsula ⁊ mlte alie. reges et tyrannos

⁊ omnia eoꝝ tormentoꝝ genera cū fortitudine patientie superabūt ⁊ nimirū qꝛ fortitudo em̄ ista nō est fortitudo humana ẜ ē fortitudo spūssancti homini diuinitus attributa. Vñ .j. Machabe.iij.ca. De celo fortitudo ē. ⁊ sicut in fornace in q̄ metalla ꝓbanṫ ē magnus flatus folliū ⁊ magnū ignis incendiū. sic in fornace ꝑfecte patientie in qua electi examinātur ē flatus sancti spūs inspiratiōis. ⁊ vehemēs incendiū charitatis. In cuiꝰ rei signū euētus spūssancti sup ap̄los qui erat eis datus ad eos in patiētia corroborandū fuit tanq̃ aduētus spūs vehemētis ⁊ in specie ignis apparēs. vt pꝫ Actu. ij. Hoc em̄ charitatis incendiū in habētibꝰ fortitudinē patiētie nulla aqua potest extinguere. dicēte scriptura Cantico. vlṫ. Aque multe nō possunt extinguere charitatē aque multe. id ē tribulationes multe. vñ in aquis istis ignis charitatis nedūꝫ extinguiṫ: ẜ etiā vehemētius exardescit. dicēte scptura Sapiē. xvj. In aqua q̄ om̄ia extinguit plꝰ ignis valebat. Et nota ꝙ ẜm pariṡ. in de virtutibus ꝑte. iij. tractatu de fortitudine. c. viij. Per aquā in scriptura tribulatio merito signatur ꝓpter septē vtiles effectus tribulatiōis ꝑ septē aque ꝓprietates signatas. Primo sicut aqua incaute illā intrātes demergit. sic aq̄ tribulationis submergit hostes spūales. s. vitia ⁊ demones hominibꝰ patientibꝰ insidiātes. Vñ ps̄. Operuit aqua tribulātes eos. vnꝰ ex eis nō remansit. Secundo sicut aqua nutrit pisces. sic aqua tribulationis in ṽtutibꝰ nutrit fideles Vñ Exo. j. dixerūt egyptij de ꝑpoulo ysrahelitico. venite opprimamꝰ eos sapiēter. ⁊ sequiṫ. quātomagis opprimebant eos tātomagis multiplicabantur. Et nota ꝙ aqua amara pisces dulces nutrit ⁊ magnos. sicut cete grādia que nō inueniūṫ nisi in mari. sic homines magne ṽtutis nutriūṫ in aqua tribulationis. vñ Ezechiel. xxxj. Ecce assur q̄ū cedrus in libano pulcer. Et sequiṫ. Aque multe nutrierūt eū. Tercio sicut aqua munit castra quoꝝ parietes circūcingit. sic aqua tribulationis munit anime castrū. cuius parietē scꝫ corpus circūdedit. Vnde. ij. Regūꝫ. xxiij. dixit dauid. Ab inimicis saluus ero. qꝛ circūdederūt me contritiones mortis. Quarto sicut aqua eleuat nauē dū crescit. vnde Geneṡ. vij. multiplicate sunt aque et eleuauerūt archam in sublime a terra. sic tribulatio electos dei exaltat a terrenis desiderijs. et ꝓficere facit in virtutibus. vñ Phyli. ij. Humiliauit xp̄s semetip̄m factus obediēs vsq̃ ad mortē. mortem aūt crucis. ꝓpter qđ ⁊ deus exaltauit illum et dedit illi nomē qđ ē sup omne nomē. vñ Prouer. xviij. Turris fortissima nomē dñi. ad ip̄um currit iustus ⁊ exaltabiṫ. Quinto sicut aqua vestes corporis lauat ⁊ mūdat. sic aqua tribulationis vestes anime sponse xp̄i lauat ⁊ purificat. ⁊ nedum tribulatio vestes anime lauat ⁊ purificat. ẜ etiā vestem de bisso anime ꝑparat. Vñ Apoca. vij. Vnus inquit de senioribꝰ. s. q̄ erāt ante thronū dei dixit mihi. Hij q̄ amicti sunt stolis albis q̄ sunt ⁊ vnde venerūt. ⁊ dixi illi. dñe tu scis. ⁊ dixit mihi. Hij sunt q̄ venerūt de magna tribulatione ⁊ lauerūt stolas suas ⁊ dealbauerūt eas in sanguine agni. ideo sunt ante thronū dei ⁊ seruiūt ei die ac nocte. Sexto sicut aqua vinū tempat ⁊ eius fortitudinē mitigat ne cordibꝰ fideliū noceat. sic aqua tribulatiōis vinū tꝑalis leticie mitigat ⁊ temperat. ne si homies mūdani illud purū aqua tribulatiōis nō limphatū biberēt. insanirēt. vñ Osee. iiij. ca. Ceperūt principes furere a vino. Nam sicut diciṫ Sapien. xiiij Dum letanṫ supple de vino tꝑalis gaudij insaniunt. Et hoc manifestū erat in salomone qui dixit Ecclesiastes. ij. Magnificaui opa mea. edificaui mihi domos. ⁊ plantaui vineas. feci ortos ⁊ pomeria. ⁊ cōseui ea cūctis generibꝰ arboꝝ. ⁊ extruxi mihi piscinas aquarū vt irrigarē siluā lignoꝝ germinantiū. possedi seruos ⁊ ancillas multāq̃ familiā habui. armēta q̄ꝫ ⁊ magnos ouiū greges vltra omnes q̄ fuerūt ante me in Hierusalē. coaceruaui mihi argētū ⁊ aurū ⁊ sb̄stātias regū ⁊ ꝓuinciarū. Feci mihi cantatores ⁊ cantatrices ⁊ delicias omniū filioꝝ hominum cyphos ⁊ vrceolas in ministerio ad vina fundenda. ⁊ supgressus sum opibus om̄s q̄ ante me fuerunt in Hierusalē. Sapientia quoq̃ ꝑseuerauit mecū. ⁊ omnia que desiderauerunt oculi mei nō negaui eis nec ꝓhibui cor meū quin om̄i voluptate frueretur. ⁊ ideo sicut diciṫ. iij. Regū. xj. cū iam esset senex deprauatū ē cor eius per mulieres. vt sequereṫ deos alienos. Ecce ad queꝫ finem ꝑduxit eum gustatio vini mūdane ꝓsperitatis non limphatum cū aqua tribulatiōis. Sed ille vir sanctus Job q̄ nō obstante ꝙ ditissimꝰ ⁊ magnus erat inter om̄es orientales tamē quia vinum ꝓsperitatis mundane gustauit cū aqua tribulationis summe temperatum vt patet Job. j. ideo ī patientia ꝑfecta placens deo vitam suā ad finem felicem perduxit. Septimo sicut aqua igneꝫ. sic tribulatio ardorem libidinis mitigat ⁊ extinguit. vñ Ecclesiasti. vij. Malicia vniꝰ hore obliuionē facit luxurie maxime. D Et nota ꝙ tribulatio nedum ꝑ aquā. ẜ etiā ꝑ ignē in scriptura sacra intelligi consueuit Vnde ps̄. Igne me examinasti. Et sicut dicit Parisien. in de virtutibus parte tercia tractatu de fortitudine. ca. viij. Tribulatio patienter sustinenda est ꝓpter septem eius vtiles effectus signatos per septem ignis ꝓprietates. Primo sicut ignis illuminat. sic tribulatio illuminat oculos mentis vitiorū caligine excecatos. vnde Gregorius. Oculos quos culpa claudit pena aperiet Hec em̄ illuminatio figurata ē Thobie. xj. vbi legitur ꝙ Thobias cecꝰ felle posito sup oculos eius visū recepit. In amaritudine fellis intelligiṫ amaritudo tribulatiōis. vñ Treno. iij. Circūdedit me felle ⁊ labore. Itē Hiere. viij. Dominꝰ silere nos fecit. ⁊ potū nobis dedit aquā fellis. Secundo sicut ignis emollit ⁊ liquefacit dura metalla sic tribulatio corda emollit. ⁊ liquefacit indurata peccatis. vnde Job. xxiij. Deus molliuit cor meū. et sicut cera igne emollitur ⁊ veterem ymaginē deponit. ⁊ nouam recipit. sic corda peccatoꝝ igne tribulationis emolliūṫ. ⁊ vetustatē vitiorū deponūt et nouitatem virtutum assumunt. Tercio sicut ignis lateres ⁊ cetera mollia roborat ⁊ consolidat. sic tribulatio corda mollia roborat et debilia consolidat ⁊ roborat. vt possint patienter ardua sustinere. Vnde Romano. v. ca. Tribulatio patientiā

operat̃.tribulatio eñ roborat sanctos vt dẽtes leo-
nis inferni q̇ sunt heretici ⁊ detractores ⁊ ꝑsecuto-
res in eos ꝓualere nõ pñt. Vñ hmõi dẽtes dyabo
li sic alloquit̃ ꝓpheta Isa.iij. Quare atteritis po-
pulũ meũ.⁊ facies pauperꝝ cõmollitis.patiẽtia eñ
martyꝝ multos hmõi dẽtes extraxit de ore dyabo-
li.q2 visa patientia sanctoꝝ multi ad xp̃m conuer-
si sunt. Quarto sicut ignis dissoluit ꝯgelata ⁊ li-
gata ac vincula cõburit ⁊ annihilat. sic tribulatio
annihilat vincula amoris q̇bus aliq̇s ligatus mũ-
do Vñ Dañ.iij.tres pueri q̇ erant ligati missi sunt
in fornacẽ ignis inuẽti sunt soluti Quinto sicut
igne ꝓbat̃ auꝝ ⁊ argentũ.sic tribulatio hominẽ ꝓ
bat. Vñ Psal. Igne me examinasti. Itẽ Iob.xx-
iij. Probabit me q̃si auꝝ qđ ꝑ ignẽ trãsit Sexto
sicut ignis purgat metalla a rubigine ⁊ corruptõe.
sic tribulatio purgat hominem a rubigine ⁊ corru
ptione vicioꝝ. Vñ Malach.iij. Sedebit ꝯflans ⁊
emundãs argentũ ⁊ purgabit filios leui. Item Io
hãnis.xiiij. Omnẽ palmitem q̇ fecit fructũ purga
bit eũ vt fructũ plus afferat. Vñ Gregorius. Qđ
inq̇t flagelluꝫ grano.qđ lima ferro. ⁊ quod fornax
ignis auro.hoc facit tribulatio viro iusto. Sꝫ de q̇
busdã põt dici illud Hiere.vj. Frustra ꝯflauit cõ-
flator.malicie eñ eoꝝ nõ sunt ꝯsumpte.argentum
reprobũ vocate eos. q2 dñs ꝓiecit illos.vnde non
auꝝ ꝫ palcã se esse ostendit q̇ in igne tribulationis
nõ purgat̃.ꝫ ꝑ impatientiã cremat̃. Vñ Math.iij.
ca. Paleas cõburet igne inextinguibili. Septi-
mo sicut ignis desiccat humida. sic tribulatio de-
siccat corda voluptuosa ab aquis deliciaꝝ. In cu-
ius rei figura legit̃ Exodi.xiiij.ca.ꝙ erat aq̃ maris
rubri filijs israel ꝑsecutionẽ patiẽtibus q̃si murus
a dextris ⁊ a sinistris. Sextũ motiuuꝫ ꝯferẽs ad
virtutẽ patiẽtie retinendũ est exemplaris patiẽtia
sanctoꝝ patrũ p̃cedentiũ. Vnde Gregorius. Fa-
cta inquit patrũ sanctoꝝ p̃cedentiũ ꝯsideremus ⁊
non erũt nobis grauia q̃ toleramus.qđ cõsiderãs
illa sancta mulier Iudith. de q̃ legit̃ Iudith.viij.
ca.ꝙ pp̃lo israelitico in angustia ⁊ tribulatiõe a su
is inimicis circũdato dixit. Mẽores estote qm̃ pa
ter vester Abrahã temptatus est sic ⁊ Isaac.sic Ia
cob.sic Moyses ⁊ omnes q̇ placuerũt deo ꝑ mul-
tas tribulatões placuerũt fideles. Illi aũt qui tem
ptationes nõ susceperũt cũ timore dñi ⁊ impatien
tiã suã ⁊ improperiũ murmuratiõis sue cõtra deũ
ꝓtulerũt exterminati sũt ab exterminatore ⁊ a ser-
pentibus perierũt.⁊ nõ igit̃ vlciscamur nos ꝓ his
que patimur.ꝫ reputãtes ꝓ peccatꝭ nostris et hec
supplicia minora esse flagella quasi serui dñi q̇ cor
ripimur ad emendatõneꝫ ⁊ non ad ꝑditionem no-
strã euenire credamus. Item Dauid fugiens a fa
cie Absalõ filij sui patiẽter dixit. Si inuenero gra-
tiã in oculis dñi reducet me. si aũt dixerit mihi nõ
places p̃sto sum faciat quod bonum est coram se.
ij.Regum.xv. Item legit̃ Thobie.ij. đ illo sancto
viro Thobia cecitatis plaga a dño ꝑcusso. ꝙ ideo
hãc temptationeꝫ ꝑmisit dñs euenire illi.vt poste-
ris daret exemplũ patientie sicut ⁊ sancto Iob.nã
cũ ab infantia sua semꝑ deuꝫ timuerit ⁊ mandata
eius custodierit nõ est ꝯtristatus cõtra deũ ꝙ pla-
ga cecitatis euenerit ei.ꝫ immobilis in dei timore

ꝑmansit gratias agens deo omnibus diebus vite
sue. Item cũ ille vir sanctus Eleazarus plagis pu
niret̃ grauissimis patiẽter sustinuit ⁊ dixit. Dñe tu
scis q2 cũ a morte liberari possem duos corꝑis su-
stineo labores siue dolores.ꝺm animam vo ꝓpter
amorem tuũ libẽter hec patior.ij. Machabe.vj.c.
Item septem frẽs vna cũ matre sua patiẽter ⁊ ala-
cri animo ꝓ amore dei ⁊ legibus diuinis sustinue-
rũt horrẽda tormẽta ⁊ mortis supplicia.vt patet.ij
Machabeo.vij. Item apl̃s Paulus.j. Coꝝ.iiij.đ
seip̃o ⁊ ceteris apl̃is ita scribit. Vsqꝫ in hãc horam
⁊ esurimus ⁊ sitimus ⁊ nudi sumus ⁊ colaphis ce
dimur ⁊ instabiles sumus.hoc est ꝓpter ꝑsecutio-
nem loca mutamus maledicimur ⁊ benedicimus
ꝑsecutionem patimur ⁊ sustinemus. blasphema-
mur ⁊ obsecramus.tanq̃ꝫ purgamentũ huius mũ-
di facti sumus omnia ꝑ ip̃m vsqꝫ adhuc. Hec eñ ⁊
alia multa ꝓ xp̃o apostoli nõ solum patienter.sed
etiam gaudenter sustinuerũt. Vnde Actuum.v.
Ibant gaudentes a cõspectu cõsilij.qm̃ digni ha-
biti sunt ꝓ nomine Iesu contumeliã pati. ¶
Sed inter omnia sanctoꝝ exempla ad virtuteꝫ pa-
tientie retinendum conferentia patientie xp̃i exem
plum est potissimũ. Et ideo merito dicit apl̃s He
bre.xij. Recogitate eũ qui talem sustinuit ꝓ pecca
toribus aduersus semetip̃m cõtradictionem ⁊ nõ
fatigemini animabus vestris deficientes. Item.j.
Petri.iij. Christo in carne passo. ⁊ vos eadem co-
gitatione armamini. Unde Gregorius. Si inq̇t il
le hinc sine flagello non exit q̇ sine peccato venit.
quomodo flagellis digni non erunt q̇ huc cũ pec-
cato venerũt.passio eñ christi lignũ est aquas tri-
bulationum dulcorãs signatum ligno illo quod a
dño ostensum est Moysi vnde dulcorate sũt aque
Marath.Exodi.xv. Vnde Gregorius. Si inquit
passio christi ad memoriaꝫ reuocet̃.nihil adeo du-
rũ qđ nõ equo animo toleret̃ In cuius rei signũ
dñs noster Iesus christus ostendit manus ⁊ latus
suis apostolis ⁊ discipulis in tribulatione positis.
Luce vlti.ca. Item aspectus serpẽtis Enei sana-
bat a morsibus ignitoꝝ serpẽtum. vt patet Nume
ri.xxj.ca.in signum ꝙ aspectus christi in cruce iraꝫ
⁊ impatientiam sanat. Christus eñ furorem iude-
orum pluries patienter declinauit. vnde ⁊ ip̃e pa-
tienter ꝑtulit iniurias illatas verbis ⁊ factis. Uer-
bis quidẽ detractorijs ⁊ contradictorijs derisorijs
⁊ ꝯtumeliosis. Detraxerũt eñ ei occulte ⁊ manife
ste. Occulte intra se ei obloquẽdo siue male cogi-
tando.⁊ ip̃m temere.frequenter ⁊ nequiter iudicã
do. Unde Luce.vij.legit̃ ꝙ qñ Maria magdalena
lachrymis suis rigauit pedes Iesu ⁊ capillis suis
extersit.⁊ osculabat̃ pedes Iesu. Unus phariseoꝝ
hoc vidẽs ait intra se.hic si esset ꝓpheta sciret vtiqꝫ
que ⁊ qualis esset mulier que tangit eum quia pec
catrix est. Item legit̃ Mathei.ix. ꝙ qñ Iesus sa-
nauit quendam paraliticum iacentem in lecto di-
cens ei. Confide fili.remittunt̃ tibi peccata tua. Ec
ce quidam de scribis dixerũt intra se. Hic blasphe
mat. Manifeste etiam detraxerunt ei qñ dixerunt
discipulis eius. Quare cum publicanis ⁊ cũ pec-
catoribus manducat magister vester. Itẽ Luce.v.
Quare discipuli Iohannis ieiunant frequenter ⁊

obsecrationem faciunt. similiter phariseoꝝ. tui aūt
non discipuli edunt ⁊ bibunt. Item manifeste de-
traxerunt ei qñ miracula que fecit deprauabāt. di-
centes. In beelzebub ꝑncipē demonioꝝ eijcit de-
monia. Mathei. ij. Luce. xj. Itē Johannis. ix. Nō
est hic homo a deo q̇ sabbatū non custodit. Itē se-
quit̄ in eodem. Nos scimus q2 hic homo peccator
est. Item Johānis. viij. Nōne bñ dicimus nos. q2
samaritanus es tu ⁊ demoniū habes. Cōtradicto-
ria verba patienter sustinuit. Unde Johānis. viij
dixerūt pharisei. Tu de teip̄o testimonium perhi-
bes. testimonium tuum non est verum. Et sequit̄
in eodem capitulo. Quinquaginta annos nondū
habes ⁊ Abraham vidisti. quasi dicerent. falsum ē
Uerba etiam derisoria patienter sustinuit. Unde
Mathei. ix. ⁊ Luce. viij. Cū venisset ad domū ꝑn-
cipis synagoge habentis filiam mortuam. ⁊ vidis-
set turbam flentem ⁊ plangentem dixit. Nolite fle
re. non est eñ mortua puella ꝫ dormit. Ipsi autem
deridebant eū scientes q2 mortua est. Christus aūt
suscitauit eam a morte. Item Luce. xvj. cum dixis-
set. Facite vobis amicos de mām̄ona iniquitatis.
Et sequit̄ ibidem. Audiebāt pharisei qui erāt aua-
ri ⁊ deridebant eum. Uerba etiam ɔtumeliosa pa
tienter sustinuit. Unde Johannis. viij. Nonne be-
ne dicimus q2 samaritanus es tu. Item Luce. v.
Quis est hic qui loquit̄ blasphemias. Item Ma
thei. xj. Uenit eñ Johannes nō manducans neq̄
bibens. ⁊ dicūt. demonium habes. venit filius ho-
minis manducans ⁊ bibens. ⁊ dicunt. Ecce homo
vorax ⁊ potator vini. ⁊ publicanoꝝ ⁊ peccatoꝝ ami
cus. Sed specialiter autem in tempore passionis
in domo Cayphe. coram Pylato. ⁊ coram Hero-
de. Et demuȝ dum penderet in cruce multa hmōi
verba cōtra se audiuit. vt patet Mathei. ij. ⁊. xxvij.
⁊ Marci. xiiij. ⁊. xv. ⁊ Luce. xxij. ⁊. xxiij. ⁊ Johānis
xviij. ⁊. xix. Item facto graues iniurias passus est.
Nam ip̄o ꝑdicante repleti sunt omnes in synago-
ga ira. ⁊ eijcientes eum extra ciuitatem voluerunt
eum ꝑcipitare de supcilio montis. Luce. iiij. ca. Itē
ad lapidandum eū lapides sustulerunt. Johannis
viij. Item cū exiret de Hierusalem ⁊ vellet ire ꝑ sa
mariā. samaritani nuncios suos quos ꝓmisit reci
pere noluerūt. Luce. ix. Item ſm q̄ ip̄emet ꝑdixe
rat Mathei. xx. in tempe sue passionis fuit illusus
flagellatus ⁊ crucifixus. Delusus siq̄dē fuit in do-
mo Cayphe pōtificis. Unde Luce. xxij. Uiri q̇ te-
nebant illum illudebant ei cedētes eum. Etiam ve-
lauerūt caput eius. ⁊ ꝑcutiebant eum. Et interro-
gauerunt eum dicentes. Prophetisa nobis christe
quis est q̇ te ꝑcussit. Sed multa alia blaspheman-
tes dicebant in eum. Item in ꝑtorio Pylati presi
dis suscipientes Jesum in ꝑtorio ɔgregauerūt ad
eum vniuersam cohortem. ⁊ exuentes eū chlamy-
dem coccineū circūdederūt illi. Et plectentes coro
nam de spinis imposuerūt sup caput eius. ⁊ arun-
dinem in dextera eius. ⁊ genuflexo ante eū illude-
bant ei dicētes. Aue rex iudeoꝝ. Itē illusus fuit in
domo Herodis. vnde Luce. xxiij. Spreuit aūt il-
lum Herodes cū exercitu suo ⁊ illusit indutū veste
alba. Item illusus fuit in patibulo crucis. ⁊ hoc a
militibus. a sacerdotibus. ⁊ a tota cōmunitate pre

tereūtibus. ⁊ etiā a latronibus. Primo a militibus
Uñ Luce. xxiij. Illudebāt aūt ei ⁊ milites accedē-
tes. ⁊ acetū offerētes illi ⁊ dicentes. Si tu es rex iu
deoꝝ saluū te fac. Itē pendēs in cruce illusus erat
a sacerdotibus. vñ Mathei. xxvij. Principes sacer
dotū illudebāt ei cū scribis ⁊ senioribus. ⁊ dicebāt.
Alios saluos fecit. seip̄m nō pōt saluū facere. Iteȝ
illusus erat a cōmunitate. vnde Luce. xxj. Stabat
populus expectās ⁊ deridebāt eū. Item Mathei
xxvij. Pretereūtes aūt blasphemabant eū mouen
tes capita sua ⁊ dicentes. Uach q̇ destruit templū
dei. ⁊ in triduo reedificat illud. Itē illusus erat in
cruce a latronibus. Unde Mathei. xxvij. Qui cuȝ
eo crucifixi erāt. s. latrones ɔuiciabant̄ ei. Et q̄tuȝ
ad eius flagellationē pensandū est q̄ ip̄e dñs ⁊ sal-
uator noster Jesus xp̄us flagellatus fuit in capite
vñ Mathei. xxvij. Percutiebāt caput eius arūdi-
ne. Itē in facie. vnde Luce. xxij. Percutiebant fa-
ciem eius. Itē Johānis. xviij. Unus assistēs mini
stroꝝ dedit alapā Jesu. Itē Johānis. xix. Milites
dicebant. Aue rex iudeoꝝ. ⁊ dederūt ei alapas. Itē
ꝑcussus erat in collo. vnde Mathei. xxvj. ⁊ Mar-
ci. xiiij. Colaphis eū ceciderūt. Itē ꝑcussus erat in
toto corpe. Uñ Mathei. xxvij. Marci. xv. ⁊ Luce
xxiij. Pylatus tradidit illis Jesum flagellis cesuȝ
vt crucifigeret̄. Itē ip̄e q̇ erat dñs dñantiū q̇ soluit
cōpeditos tanq̄ latro fuit captus ⁊ ligatus. ꝫ etiaȝ
latrone postpositus. Unde Barrabā q̇ erat homici
da sediciosus ⁊ latro petierūt iudei sibi dimitti do
minū deū suum Jesum xp̄m in patibulo crucifigi.
vt patet Mathei. xxvij. Marci. xv. Luce. xxiij. Jo-
hānis. xviij. Itē in cruce positus erat in medio la-
tronū quasi magister ⁊ omniū eoꝝ sceleratior. Uñ
Johānis. xix. Crucifixerūt cū eo ⁊ alios duos hic
⁊ hinc. medium aūt Jesum. Preterea pēsandum
est q̄ Jesus pendēs in cruce in omnibus sensibus
corpis sui erat vehementer afflictus. vñ in visu erat
afflictus. videns ante eum inimicos suos ⁊ torto-
res rabidos ⁊ crudeles. vidit etiam suam pijssimaȝ
matrem pariter in animam gladio vehemētissimi
doloris ꝑcussaȝ. Uidit discipulos suos ⁊ deuotas
mulieres ⁊ dolore maximo cōpatiētes. Aures au-
tem eius verba blasphemie insultationis derisio-
nis ⁊ improperij audiebāt. Nares etiam ratōe loci
Caluarie in q̊ crucifixus est. vbi decapitabant̄ ma
lefici poterāt fetore grauari. In gustu etiā erat af-
flictus in hoc. q̄ erat potatus vino myrrato vel ace
to cū melle mixto q̇ erat potus amarissimus. Sen
sus etiā tactus ꝑ totū corpus diffusus. vbiq̄ dolo-
rem sensit ex flagellatione que tam vehemēs erat
q̄ a planta pedis vsq̄ ad verticem capitis nō erat
in eo sanitas. Et specialiter dolorem sensit in pedi
bus ⁊ manibus clauis atrociter ꝑforatis que sunt
mēbra neruosa ⁊ doloris maxime ꝑceptiua. Item
in capite dolorē sensit corona de spinis acutis vsq̄
ad craneū pungentibus coronatus. Item in corde
lancea acuta ꝑfossus. Item afflictus erat in corde
ex cōpassione de amicis dolentib9 ⁊ inimicis igno
rantibus. Pōt etiam considerari q̄ dñs ip̄e Jesus
sustinuit damnum in rebus quas ſm hominē ha-
buit. quia fuit vestimentis nudatus. Johānis. xix
Ab amicis derelict9. Mathei. xxvj. ⁊ Marci. xiiij.

Discipuli relicto eo fugerūt.) Aduertendū etiam
est circa saluciferam passionē dn̄i Jesu xp̄i. ꝙ erat
grauis penalis ⁊ dolorosa rōne loci. q2 in Hierusa-
lem vbi notus ⁊ honoratus fuerat. ⁊ multa mira-
cula fecerat. Item rōe tempis vel diei. q2 in die so-
lenni pasche qn̄ cōuenerat ad diem festū maxima
multitudo hominū. Item hora sexta fuit ductus
ad crucem. vt ab omnibus posset videri. Item ra-
tione generis ipius mortis. q2 morte crucis. q̄ erat
debita mors maledictis malefactoribus impijs et
iniquis. Item ratione modi ad ipm tormentū eū-
di. Exiuit em̄ Jesus baiulans sibi crucem. Johan-
nis. xix. Quod certe non legit̄ de alijs duobus ne-
quam q̄ cū eo ducebant̄. Item aggrauabat̄ illius
bn̄dicte passiōis acerbitas ex naturali dn̄ici corpo-
ris complexione. certū est em̄ illud sacrum corpus
fuisse optime ⁊ viuacissime complexionis. Nā vbi
omnia alia corpa humana ꝑ peccatū originale a p̄
mis parētibus contractū hebetant̄ debilitant̄ ⁊ q̄-
si semimortua relinquunt̄. illō benedictū corpus
qui punitur.sed excedit debitum modum puniendi. Seuitia autem dicit̃ ſm quam aliquis in inferendis penis nõ considerat culpaꝫ.sed solum hoc ꝙ delectatur in cruciatu hominũ.sicut bestie ⁊ fere dicũtur seue.quia nocent hominibus nõ propter culpã eoꝛuꝫ sed vt pascantur ex eis.⁊ ideo feritas ⁊ seuitia continẽtur sub bestialitate.Unde seneca libꝛo.ij.de clemẽtia.Qui inquit captos homines verberant ⁊ in ignẽ imponũt cum ipsi ab illis lesi non sint. nec ꝓpter eorum peccatum irascuntur sed ex ꝓpꝛia malicia possumus dicere hanc iram nõ esse crudelitatem sed feritatem seu seuitiaꝫ.Hec ille. In talibus enim recta ratio est subuersa.Unde holgot i lectura libꝛi Sapientie.lectione.clxxxj.Malicia inquit est recte rationis subuersiua.nam malicia radicata facit hominem male eligere ⁊ coꝛrumpit bonam estimationẽ ⁊ verã de rebus sicut dicit Aristo.iiij.Ethi.Et est ratio quare maliciosi sunt in nõnullis impꝛudentes ⁊ frequẽter fallũtur.Unde crisostomus super.ij.ca.Mathe. ostendit quomodo malicia fecit herodẽ esse stultum qui nitebatur occidisse christum. Considera inquit stulticiã mixtam cum dolo tyranni.Aut enim herodes credidit scripturis.aut nõ.si non credidit.vt q̃d igitur interrogabat scripturas quas putabat vanilo quia.si credidit estimãs ꝓphetiam etiam immobileꝫ illi.quomodo igitur sperabat illum regẽ posse interficere quẽ futuꝝ dicebant scripture.Nam si ꝓphetie credidit clarum erat ipsum aduersũ impossibile conari.⁊ si non credidit tunc nec sibi timuit timere nec puero insidiari.Respõdit cris. Anima inquit semel malignitate capta stultioꝛ cũctis efficit̃. Tale quippe est vitiũ malignitatis vt a nullo plerumqꝫ impulsa sese ipsa pꝛecipitet.⁊ sepe absqꝫ effectu operis erũnosa impossibilia conat̃ efficere.hec ille.⁊ tales sunt imitatoꝛes dyaboli. Unde ardinachanus in quodaꝫ sermone qui sic incipit Duct⁹ est Jhesus in desertũ Causa inquit quare dyabolus inimicat̃ hominibus est sue mentalis dispositionis infectio.quia est in eo excecata ratiõis obductio.⁊ obstinata electiõis coꝛruptio.sicut in angelis bonis confirmata est ratiõis directio ⁊ roboꝛata electionis perfectio.⁊ est pena sibi inflicta a deo pꝛo suo peccato.vnde omino nõ potest sanari.quia sunt in eo pꝛincipia electionis recte coꝛrupta.⁊ ita circa materiã amicitie sicut habẽs recta pꝛincipia iudicat cuilibet bene operanti esse succurrendum.⁊ eum esse bonis exhoꝛtationibus adiuuandum.sic ipse habens coꝛrupta pꝛincipia iudicat ꝙ bene operanti semper est nocendum.ac etiã ꝙ quilibet bene operans est a bono pꝛo viribus retrahendus.⁊ quia sic ex pꝛincipijs coꝛruptis eligit malum ideo nõ potest penitere. B Dicit enim aristote. vij.ethicoꝛũ. ꝙ incontinens differt ab intemperato ex hoc ꝙ incontinens ex sola passione sequitur delectationem.sed intemperatus non ex passione sed ex electione.⁊ habet pꝛincipia rationis in eo coꝛrupta ⁊ hoc dicit ipse necesse est hunc esse impenitẽtem et ideo insanabilis est. Et est timẽdum ne dyabolus in hoc etiaꝫ plures habet imitatoꝛes. quia multi ita se assuescũt ad flagicia cõmittenda ꝙ deus iusto iudicio tradit eos in repꝛobum sensum vt errẽt circa pꝛincipia sue salutis sicut dicit apostolus de quibusdam ad Roma.j.ꝙ cũ deum cognouerunt nõ sicut deum gloꝛificauerũt.ꝓpter qđ tradidit illos deus in repꝛobum sensum.vt faciant ea q̃ non cõueniunt. ⁊ sic foꝛte incidunt in peccatum.de quo dꝛ.j.Jo.ij.Est peccatum ad moꝛtem nõ ꝑ illo dico vt roget quis.quia igit̃ dyabol⁹ habet hoc modo mentalẽ dispositionẽ infectam iõ inimicat̃ hominib⁹. Hec ille. Sic certe iam multi sequaces dyaboli ex longa consuetudine vicioꝛũ intantum habent mentalis dispositiõis infectionẽ ⁊ rationis excecationẽ.⁊ obstinatam electionis coꝛruptionem ꝙ abhominant̃ iustos ⁊ despiciunt omnes contra eoꝝ viciosam vitam loquentes. Unde ꝓuerbioꝝ.xiiij.Ambulans recto itinere ⁊ timens deum.despicit̃ ab eo qui infami graditur via. Item ꝓuerbioꝝ.xxix.Abhominant̃ impij eos q̃ recta via sunt.tales enim sunt filij belial.i.sine iugo domini q̃ ꝓpter furoꝛem coꝛdis nolunt gubernari: nec pati alios loqui cum eis ad eoꝝ coꝛrectionem. tales eñ figurant̃ ꝑ nabal.de quo.j.Reg.xxv.ipse est fili⁹ belial.ita vt nemo posset ei loqui. Nabal añt interꝑtatur stultus.⁊ signat iracundos qui sunt in omnibus suis sensibus stulti qui non habent possessionẽ suoꝝ sensuum.sed sensus eoꝝ extra terminũ ratiõis ⁊ ꝓpꝛie potestatis euagant̃.

Capitulum VI

Ercia species ire ẽ clamoꝛ.Et est clamoꝛ ꝓut ad iram ꝑtinet immoderata vocis ꝓnũciatio animi indignationem demonstrans.⁊ in tali vocis ꝓnunciatione que hic clamoꝛ dicit̃.specialiter ostendit̃ indignatio animi per verba confusa ⁊ indeterminata:sicut supꝛa dictum est.vl' cum quis dicit fratri suo racha. vel aliqua huiusmodi verba indignationem animi significantia per que ille cui ⁊ in cuius cõtemptum dicuntur. vehementer ad impatientiam ꝓuocat̃.vel occasionem habet ad impatientiam pꝛouocari.Et talis clamoꝛ sicut patet ex supꝛadictis graue est peccatuꝫ. qꝛ pena eterna dignum. Et ex isto clamoꝛe sequitur cõtentio que est impugnatio veritatis ꝑ clamoꝛis confidentium.vel est contrarioꝛum cõtraria assignatio. Et est peccatum contentionis detestandũ specialiter ꝓpter tria. Primo quia est peccatum dyabolicũ. Unde Aug. Nihil inquit est similius actibus demonum q̃ꝫ contendere siue litigare.Et ideo seruos dyaboli ⁊ non dei se ostendunt qui intentione mala litigant.Unde apostolus.ij.Thimothe.ij.Seruuꝫ dei non opoꝛtet litigare sed mansuetum esse apud omnes.Item.j.Coꝛinth.xj.Si quis autem videt̃ contentiosus esse inter vos.nos talem cõsuetudinẽ non habemus.⁊ sicut dicit̃ ꝓuerbioꝝ. xx.Honoꝛ est homini qui separat se a contentionibus. omnes autem stulti miscent̃ contumelijs.Super quo parif.in hoc verbo inquit miscendi.quia omnis cõmixtio est inseparabilis vnio.intelligit̃ ꝙ stulti a contentione separari non possunt. Secundo detestanda est contentio.quia cõtendere signum est superbie: stulticie ꝑuersitatis ⁊ malicie. Pꝛo pꝛimo dicit̃ pꝛouerb.xiij. Inter suꝑbos semper iurgia sunt. Pꝛo secundo dicitur ꝓuer.xviij. Labia stulti miscent se rixis. Pꝛo tercio dicit̃ ꝓuerb.xvj.Homo peruersus suscitat̃ lites.Et pꝛo quarto dicit̃ ꝓuerb.xvij.Semper iurgia querit malus.angelus autem crudelis mittitur ꝯtra

eum. et hoc erit in morte quādo angelus malus. s. angelus sathane mittetur ad eum vt illuz deferat in infernum. ¶ Tercio detestanda est cōtentio. quia ex ea aliquādo sequit sanguinis effusio. vnde Eccles. xxij Ante ignem camini vapor et fumus ignis inaltatur. sic et ante sanguinē maledicta cōtumelia et mine. Itē puerbi. xxviij. Certamē festinatum incendet ignem et lis festinans effundit sanguinē. Et nota q quintuplex est cōtentio. vt dictum est supra. parte sexta ca. xlix. vbi agitur de sexta filia inanis glorie. Item ex ista tercia specie ire sequitur discordia. de qua dictū est supra parte sexta cap. xliij. vbi agitur de quinta filia inanis glorie.

Capitulum VII

q Uarta spēs ire ē blasphemia. de qua dictum est supra in quarta specie superbie. vbi agitur de prima filia inanis glorie.

Capitulum. VIII

q Uinta spēs ire est ptumelia. ¶ Et est cōtumelia in factis vel i dictis determinatis in dehonorationē persone proximi turpis iniuriosa vel vituperosa pronūciatio. Unde ysido. ethimo. li. xij. dicit. Quis inqt ptumelosus qui velox est et timet verbis iniurie. que est in dehonorationē persone proximi. et quia persosona potest dehonorari tam factis q verbis. Ideo contumelia. licet magis ppie fiat verbis. vtroq mō scz verbis et factis pōt inferri. Unde sup illō Roma. j. Contumeliosos supbos. dicit glo. q contumeliosi sunt qui dictis vel factis contumelias et turpia inferunt. Et huic quinte speciei ire annectūtur cōuiciuz et improperiū. Pro quo notādum q cōuiciū et improperium cōueniūt qr omnia illa tria inferunt psone hominis detrimētuz honoris. sed differūt in hoc q cōtumelia culpam deducit in noticiam aliorū. Cōuiciū autem dici potest tam in pena q in culpa. Ut si quis iniuriose dicat aliquē cecū esse puiciū est. sed nō cōtumelia. Si quis aūt dicat aliquē esse furē. ad ulterū vel homicidā tam cōuiciū q cōtumeliā infert Improperiū vo est quādo aliquis iniuriose reducit ad memoriam auxilium quod alicui cōtulit necessitatem patiēti. Unde Eccles. xx. Exigua dabit et multa improperabit. Huic etiam quinte speciei ire annectitur maledictio quod est idem q maledicere. et hoc potest esse dupliciter. s. per modum imperādi. et per modum optandi. et vtroq modo potest quis maledicere. vel intendēs solū malum eius cui maledicitur. et sic est grande peccatum. et prohibetur Roma. xij. vbi dicit. Benedicite et nolite maledicere. qa sic pcedit maledicere ex ira et odio quod est spūale homicidiū. Unde crisost. Cū inquit dixeris maledic ei et domū eius euerte et omia perire fac. nihil ab homicidio differs. Et ideo. j. ad Corin. vj. dicit apostolus Neq maledici neq raptores regnū dei possidebūt. Aliquando vero contingit aliquem alteri maledicere intendens bonum. iustum et vtile. et sic licitum est maledicere. Unde iustus iudex iuste maledicit et licite cui precipit iustam penam inferri. sic etiaz ecclesia maledicit anathematizando. sic etiaz heliseus maledixit pueris sibi illudētibus vt habetur. iiij. Regum. ij. Quādoq etiā maledicitur aliquis cui malū imprecat pter bonum vtile. puta cuz aliquis optat aliquem peccatorē pati aliquam egritudinē. vel aliquid aliud vt ipse melior efficiatur vel cesset a nocumento alterius. et talis maledictio nō est prohibita. vnde Hieronimus et ponit in cano. xxiiij. questi. iij. cum igitur. Maledictū inquit quod phibetur est illud quod pcedit ex voto vltionis et odio persequentis. et nō ex amore iusticie. Maledictū vero quo sancti maledicunt est illud quod pcedit ex amore iusticie et nō ex liuore vindicte. hec ille. Sz sicut dicit beatus gregorius et ponit in flora. Barthol. titulo de maledictis. Sunt nōnulli qui eos quos sibi aduersarios estimāt maledictōne feriūt quos virtute nequaq ferire possunt. ex quo patēter apparet que mala si possent facerēt quia ea que facere nequeūt imprecari minime desistūt. et tales mortaliter peccant. ¶ Unde sanctus Thomas in summa. et ponit in flora. Barthol. titulo de maledictis. Scire inquit debes q quādo aliquis aliū maledicit et imprecatur vel optat malum alterius peccat mortaliter. quia hoc scdm se repugnat caritati. et ita scdm suū genus est peccatum mortale. Cōtingit tamē quandoq in verbis maledictionis prolatis esse peccatum veniale propter paruitatem mali quod quis alteri in maledicēdo imprecatur et optat. vel pter affectum eius qui pfert verba maledictionis. dum ex leui motu vel ex ludo aut surreptione aliqua talia verba profert. quia peccata verborū maxime ex affectu dicētis cōsiderātur sed eū iniuste maledicitur vel malū imprecatur non nocebit ei si patienter sustineat. Unde sup illud mathe. v. Beati eritis cum maledixerint vobis homies dicit glosa. Illud maledictum beatitudinē creat qd falso maledicentis ore pfertur. nam vbi christus est in causa ibi optanda est maledictio. vnde de ceco nato a domino illuminato et a iudeis maledicto. vt patet in euāgelio Johannis. ix. dicit beatus augustin9 Maledictio ista veniat super me. Nec mirum. nam vt alibi dicit Augustin9. Qui iustus est et iniuste maledicitur pmiū illi reddetur eternuz. Hec ibi. Et ex istis patet q licet homo nō ex malicia sed ex lingue incuria iniuste maledictionis verbum iaculetur peccat tamen indubitanter. Unde hieronimus. et ponit in ca. xxiiij. questi. iij. qui negligunt. Qui inquit negligunt oris maledicti cōsuetudinē resecare. et si nō corde maledicant. tamē immundiciā labiorum scdm ysaie verbum. et inquinamēta oris incurrunt. hec ille Et nota q triplici de causa homo cohiberet linguaz suam a maledictionis cōsuetudine. Primo quia scriptura hoc docet. vnde. j. Petri. iij. Nō reddētes malum pro malo. nec maledictum pro maledictiōe. sed ecōtrario benedicentes. Secūdo quia christus hoc nobis exemplificat. vnde. j. Petri. ij. Christus passus est pro nobis vobis relinquēs exemplū vt sequamini vestigia eius qui peccatum nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. qui cūz malediceret nō maledicebat. Item apostolus. j. Corinth. iiij. Maledicimur et benedicim9. Tercio propter duo mala que inde sequūtur. Primū est omissio regni dei. vñ. j. Corintheo. vj. Neq maledici neq raptores regnuz dei possidebunt. Secundū maluz est quia frequēter ma

ledictio super caput maledicentis reuertiť. vnde ꝓuerbioꝝ.xxvj. Maledictum frustra prolatū in quēpiam superueniet.glosa.id est proferentē. Unde pariꝰ.super eodem. Ideo inquit diciť frustra prolatum quia aliquod est maledictū iuxta diuinam iusticiam prolatum.cuiusmodi est illud Actuū.viij. Pecunia tua tecum sit in perditionem. ⁊ tale maledictum venit super illuȝ qui malediciť.maledictū vero sine causa prolatū venit super eum qui maledicit. vnde Geneꝰ.xxvij. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. Et licet huiusmodi maledictio illicita ab omibus sit precauenda.precipue tamē cauendū est parentibus ne ꝓprijs filijs vel filiabus modo aliquo maledicent quoniā ille maledictiōes maxime nociue esse solent vt testať scriptura Eccleꝰ.iij.dicens. Benedictio patris firmat domos filioꝝ.maledictio aūt matris eradicat fundamenta. Ualde impium est vtiqȝ ꝙ pater vel mater malum optat filio quod nō licȝ optare dyabolo. Sed vt dicit basiliꝰ ⁊ ponitur in flora. Bartho.titu. de maledictis. Maledictio adeo est illicita ꝙ etiā dyabolo maledicere nō licet. In cuius ꝯfirmationē diciť Eccle.xxij. Dum maledicit impiꝰ dyabolū maledicit ipse aīam suaȝ. Unde refert augustī. li.ij.de ciui.ꝙ apud cesariā capadocie quedā nobilis matroua erat viri quidem destituta solatio.sed tamē vallata nobili multitudine filioꝝ. nam decem filios dicitur habuisse. Quadam vero die duȝ mater ab eis offenditur maledictionem suam filijs ardenter impcatur suis. Subito autem maledictionē matris diuina vindicta subsequiť.vnde omēs pena simili ⁊ horribili feriūtur.nam tremore membrorum omniū horribiliter sunt percussi. Quapropter nimiū dolentes. ⁊ suorum ciuiū oculos nō ferentes per totum orbem vagari ceperunt. ⁊ quocunqȝ ibāt omniū in se cōuertebāt aspectum.hec in flora. Bartho.

Capitulum IX A

f Exta spēs ire est rixa.

Et est rixa quoddam priuatū bellum quod inter priuatas psonas agitur nō ex aliqua publica autoritate sed ex ꝓpria ⁊ inordinata volūtate. ⁊ ideo rixa semper est peccatū. Unde ysido. lib.x. ethimo.ca.xliiij. Rixosus ē inquit a ritu camino dictus.⁊ prouocat cōtendentē. ⁊ in hoc cōcordat cum cōtentione. Sed in alio differt a cōtentione quia cōtentio cōsistit in cōtradictione verboꝝ. rixa vͦo incipit a cōtradictione verboꝝ.⁊ ꝑcedit ad ꝯtradictōnem violentarum ꝑcussionū. Unde Gala. v.vbi apostolus inter opera carnis ponit cōtentiōes ⁊ rixas. Glosa.distinguens inter vtrasqȝ dicit. cōtentiōes in verbis rixe quandoqȝ seinuicē ꝑcutiunt. Et ideo rixa in eo qui alterum inuadit iniuste est peccatum mortale.quia qui infert proximo nocumētum volūtarie opere manuali nō est absqȝ peccato mortali. Et sic loquitur apostolus Galat.v.vbi inter opera carnis ponens rixas subdit.que qui agunt regnum dei nō cōsequūtur. In eo autem qui se defendit potest esse sine peccato mortali.si solo animo repellendi iniuriaȝ illatam ⁊ cum debita moderatione se defendat.si vͦo cum animo vindicte vel odij. vel cum excessu debite moderatiōis se defendat semꝑ est peccatū sed veniale est quādo leuis motus odij vel vindicte se imisceť vel cum nō multum excedať moderatam defensionē. Ad hanc speciem ire.scilicet rixam ꝑtinet litigiū qȝ cōsistit ad cōtradictiōe verboꝝ. Unde prouerbioꝝ xxvj. Homo iracūdus incendit litem. B Et differt litigiū a discordia.quia discors nō assentit verbis alterius.vel ꝓpter defectū amoris. vel ꝓpter sui errorem.vel ꝓpter falsitatem opinionis illius a quo discordat.sed litigiosus cōtradicit alteri.volēs eum cōtristare. Et ideo discordia opponiť caritati.sed litigiū virtuti affabilitatis ad quam ꝑtinet alijs delectabiliter cōuiuere. Unde philosophus.iiij.ethi.dicit ꝙ ille q̄ omibus cōtrariatur intendēs omnes contristare litigiosus est.vel discolus. Ex ira etiā quādoqȝ oritur bellum publicū.sicut ⁊ rixa que est bellū priuatū.⁊ sūt bella publica sicut ⁊ ꝓuata ab oibꝰ christi veris cultoribus inquātum possunt preseruata iusticia summopere vitanda. Unde bella semꝑ oriūtur ex malicia ⁊ iniusticia partis inuadētis vel defendētis ⁊ ideo bella precipue originātur in vna parte vel in alia ex instigatione dyaboli. Unde apo.ca.xx. Cum cōsummati fuerint mille anni. soluetur sathanas de carcere suo.⁊ exibit ⁊ seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre gog ⁊ magog.⁊ congregabiť eos in p̄lium.quoruȝ numerus est sicut arena maris Et dicit apostolus. Roma.xij. Nulli malū pro malo reddentes.sed q̄ꝫtum ex vobis est cum omibus hoibus pacem habentes. nō vosmetipsos defendentes sed date locum ire. Nam ps̄.precatur deum.d. Dissipa gētes que bella volunt. Super quo August. Gentes inquit vocat genera diuersarū sectarū.vbi series successionis cōfirmat errorem qui bella volunt.quia nō correctioni varie studet. Hec ille. Item idē ⁊ ponitur in cano.xxiij.q.j.paratus. Paratus inquit debet esse homo iustus ⁊ pius patiēter eoꝝ maliciam sustinere quos bonos fieri querit. vt numerꝰ crescat bonoruȝ.⁊ nō vt pari malicia se quis numero addat maloꝝ.h̄ ille. Itē gregorius ⁊ poniť in ca. xxiij.q.j. nisi. Nisi inquit bella ista carnalia figurā spiritualiū bellorum gererēt nunqȝ vt opinor iudaicarū historiarum libri discipulis christi qui venit pacem docere legēdi in ecclesijs fuissent ab apl'is traditi. hec ille.

Capitulum X A

e Est insuꝑ notādum

ꝙ belluȝ aliquod est iniustum.⁊ aliquod iustum. Bellum enim iniustū tripliciter committitur. Primo si nō fiat principis autoritate. Un̄ augustinus cōtra faustum. ⁊ poniť in cano.xxiij.q.j quid culpatur. Ordo inquit naturalis mortaliū paci accomodatus hoc poscit velut suscipiēdi belli autoritas atqȝ cōsilia penes pricipes sit. Unde apostolus.j. Petri.ij. Subiecti estote omni humane creature ꝓpter deum siue regi tanqȝ precellenti siue ducibus tanqȝ ab eo missis ad vindictam malefactorum. quos habent potestate sua coactiua castigare. vnde Roma.xiij. Non sine causa gladium portat. dei em̄ minister est vindex in eum qui male agit. Et subdit apostolus Petrus vbi prius. laudem vero bonoruȝ Unde sicut principes potestate sua coactiua malos castigare.sic habēt bonos seruos christi dei benigne supportare.⁊ ab iniurijs defendere. Secundo bellū est iniustum si causa sit iniusta. Unde augus. lib. iij.

lxxxiij.quest.⁊ ponit in cano.xxiij.q.ij.dominus de
dit. Justa inquit bella solent diffiniri que vlciscūtur
iniurias si gens vel ciuitas plectenda est.que vel pa
ti iudicare neglexerit quod a suis improbe factū est
vel reddere quod per iīurias ablatum est.sed hoc ge
nus belli sine dubio iustuꝫ est quod deus imperat ꝗ
nouit quid cuiqꝫ fieri debeat. Hec ille. Tercio bellū
fit iniustum si intentio nō fit recta licꝫ causa sit iusta
Unde augusti.cōtra faustum. ⁊ ponit in cano.xxiij.
q.j.quid culpat. Nocendi inquit cupiditas.vlciscen
di crudelitas.implicatus ⁊ iplicabilis animus. feri-
tas bellandi.libido dominādi. ⁊ si que similia. Hec
sunt que in bellis iure culpātur. Hec ille. Si vo assit
autoritas legitima.causa iusta ⁊ intentio recta tunc
bellum licitum est ⁊ iustū. Unde ysidorus.⁊ ponitur
in cano.xxiij.q.ij.iustum. Justum est inquit bellum
quod ex edicto geritur de rebus repetēdis.aut ꝓpul
sandorum hominū hostium causa. Unde augustinꝰ.
⁊ ponit i cano.xxiij.q.j.apud veros. Apud veros in
quit cultores dei ⁊ iusta bella parata sunt que nō cu
piditate aut crudelitate sed pacis studio gerūtur.vt
mali cohercean̄t ⁊ boni subleuētur. Et bella cū istis
circūstātijs ꝑpetrata sunt licita.⁊ nullicubi a christo
in scriptura prohibita. Unde legitur Luce.iij.ꝙ mili
tes venerunt ad Johānem baptistam dicētes. quid
faciemus nos. Et ait illis. Neminez cōcutiatis neqꝫ
calūniam faciatis.⁊ cōtenti estote stipendijs vestris
Jtem Math. xxij.dixit christus. Reddite igit̄ que
sunt cesaris cesari. Unde beatus augustinus. ⁊ poni
tur in cano.xxiij.quest.j.quid culpatur. Neqꝫ inquit
Johānes ab armis iubet discedere milites ⁊ christꝰ
tributa cesaris monet reddi quia ꝓpter bella necessa
rio militi stipendiū prebetur. Hec ille. Jtem august.
⁊ ponit in cano.xxiij.quest.j.noli. Pacez inquit ha
bere volūtatis.bellum autez debet esse necessitatis
vt liberet deus a necessitate ⁊ cōseruet in pace. non
enim pax querit̄ vt bellum exerceatur. sed bellū ge-
ritur vt pax acquirat̄. Esto igitur bellādo pacificus
vt eos quos expugnas ad pacis vtilitatem vincēdo
perducas. Beati em̄ pacifici ait dominus quoniam
filij dei vocabūtur. Et sequitur. Jtaqꝫ hostē pugnā
tem necessitas deprimat non voluntas sicut bellan
ti ⁊ resistenti violentia reddit̄.ita victorijs capto mi
sericordia debetur maxime in quo pacis iam pertur-
batio nō timetur. Hec augustinus. Unde sicut dicit
ꝯvallerensis i summa collatōnum ad om̄e genus ho
minum.parte prima dist.iij.capitulo.xiiij. Reges et
prīcipes ꝗ iusta bella exercent ante omnia preuidere
deberent.vt deum secum haberent.quod erit quādo
eis mandatis humiliter obediunt. ⁊ illa opere fideli
ter adimplēt prout ait Achior alloquēs holofernū.
Judith.quinto.vbi cuꝫ recitasset beneficia dei exhi-
bita populo conclusit. Et nunc igitur domie ꝑquire
si est iniqtas aliqua eorum i conspectu dei.⁊ ascēda-
mus ad illos.quia tradēs tradet illos deus tibi. Si
autem non est ostensio populi huius coram deo suo
non poterimus resistere eis.quoniā deus eorum de-
fendit illos. Jtem Nume.decimoquarto. Nolite ti
mere dominus vobiscū est. Jtē Leuit.decimosexto
Si i preceptis eius ambulaueritis persequimini ini
micos vestros.⁊ corruent coram vobis. Sed ecōtra
Josue septimo legitur.ꝙ propter peccatum vniꝰ.sci
licet Achar multi ceciderunt de populo. B Qui
igitur vult victoriā habere in bello.deum secum ha-
beat. Exemplo Abrahe Moysi Josue⁊ Dauid ⁊ ali
orum iustorum principum. Hec ille. Et licꝫ huiusmo
di bella carnalia cum debitis circumstātijs vt supra
dictum est regibus ⁊ principibus sint licita.sunt ta-
men omnino clericis interdicta. Unde holgot in le-
ctura librꝭ sapiētie.lectōe cētesima decimaqnta Licꝫ
inquit clerici possint bello interesse vt suis exhorta-
tionibus.absolutionibus,⁊ spiritualibꝰ suffragijs iu
uent bellātes.est tamen eis interdictū ne manu pro-
pria pugnātes sanguinē fundāt quod si fecerit sunt
irregulares ꝗ̄tumcunqꝫ sit belluꝫ iustum. nisi fuerit
ad defensionē vite ꝓprie.quaꝫ alio modo saluare nō
possunt. Hec holgot. Jtē Gratianus.⁊ ponit in ca-
none.xxiij.quest.viij.ca.j. De episcopis inquit vel ꝗ
buslibꝫ clericis ꝙ nec sua auctē nec aucte romani pō
tificis arma arripere valeant facile ꝓbatur. Cū enim
petrus qui primus apostolorū a domino fuerat ele-
ctus materialem gladiū exerceret vt magistrū suum
a iudeoꝝ iniuria defenderet audiuit a christo sibi di
ctum. Cōuerte gladiū tuū in vaginā tuam.om̄es em̄
qui acceperint gladiū gladio peribunt. ac si ei aper-
te diceret.hactenus tibi tuisqꝫ predecessoribus ini-
micos dei corporali gladio licuit persequi.deinceps
in exēplum patientie gladium tuū.i.tibi hactenꝰ cō
cessum in vaginam cōuerte. ⁊ gladiū spiritualez qui
est verbum dei in mactationem veteris vite exerce
omis em̄ preter illum vel qui autoritatē eius habet.
qui vt ait apostolus. Non sine causa gladiū portat.
cui etiam omis aīa subdita esse debet.omnis nanqꝫ
qui preter autoritatē huiꝰ gladiū accepit gladio pe-
ribit. Jtez ambro. Arma episcopi lacrime sunt ⁊ ora
tiones.hec ibi. Jtem eadē quest.ca.quicūqꝫ. Quicū
qꝫ inquit canon clericus aut in bello aut in rixa aut
in gentiliū ludis mortuus fuerit.neqꝫ in oblatōe ne-
qꝫ in oratōe pro eo postulet̄.sed in manus incidat iu
dicis.sepultura tamen nō priuet̄.hec ibi. Jtem sequi
tur ibidem ca.clerici. Clerici inquit canon qui i qua-
cunqꝫ factione arma volētes reperti fuerint sumpsis
se amisso ordinis sui gradu in monasterio tradantur
perhenniter. Hec canon. Bellum enim opponit̄ pa-
ci que est effectus caritatis.

Capitulum XI

Ex ira enim ⁊ bello se-

e quit̄ frequenter homicidiū. Pro quo no-
tandū ꝙ homicidiū corporale aliud est iu-
stum.⁊ aliud iniustū. Primū est licitum. qꝺ vt ꝯmu
niter dicunt doctores pōt tripliciter cōmitti.s.lega-
liter.hostiliter.⁊ ignorāter. Legaliter sicut iudex vl
minister autoritate iudicis occidit malefactorē iuri-
dice condemnatū. Jstud em̄ patꝫ ex lege veteri ⁊ po
litico vtrobiqꝫ em̄ licite occidūtur peccatores qui ni
mis infecerunt rempublicā.vnde Exod.xxij. Male
ficos nō patieris viuere. Jstud em̄ dicit̄ specialiter
persone publice habēti potestatē a deo iuridice ma-
lefactores punire. Unde sicut medicus cui cōmissa
est cura totius corporis mēbrū putridū ⁊ corruptuꝫ
amputat ꝓpter totius corporis salutē.ne videlꝫ mē-
brum putridum totū corpus inficiat vel corrumpat.
qꝺ quidē alio ꝗ̄ medico vel medico ꝓcipiente facere

nō incumbit. Ita persona publica cui cura regendi populū ciuiliter est cōmissa pōt eum qui est cōmunitati nociuus ⁊ infectiuus vt populus saluet occidere. sed tamen priuate persone sine aliqua publica administratōe hoc nō licet. Unde aug⁹. ⁊ ponit in ca. xxiij. q. v. miles. Miles inquit cū obediens potestati sub qua legitime cōstitutus hominē occiderit. nulla ciuitatis sue lege reus homicidij dicit. immo nisi hoc fecerit re⁹ est iperij deserti atq; contempti. qd si sua potestate atq; autoritate fecisset crimen effusi humani sanguinis incidisset. itaq; vnde punit si fecerit iniussus inde punit si nō fecerit iussus. hec ille. Secūdo homicidiū cōmissum hostiliter dicit esse licitum. vt puta sicut miles false accusatus licentia regis sui ad ostendēdum suam innocētiam pugnando potest licite suū appellatorē occidere. vtz ex iure regio ⁊ ciuili. Item qlibet christianus si cū moderamine inculpate tutele in defensiōe suipsius intendens cōseruare ppriam vitam alium occiderit excusat. qa naturale est vnicuiq; seipsum cōseruare in esse. ⁊ ido si cum moderata violētia impellit erit licita defensio nam vim vi repellere licet cū moderamine inculpate tutele. nō tamē est necessariū ad salutem. vbi homo p termittat actum imoderate tutele ad euitandū occasionē alterius vbi iminet periculū mortis pprie. qr plus tenet homo prouidere vite sue q̄ alterius. Tercio modo homicidiū cōmissum per ignorātiā inculpabilē excusat vtputa quādo preter ppositū culpabile occisoris euenit casualiter ex facto fratris occisio. Unde august. in epi. ad publium Absit inquit vt illud quod pter bonū ⁊ licitum facimus si ex hoc p ter voluntatem nostram quicq; mali acciderit nobis imputetur. hec ille.

Capitulum. XII

Homicidiū vero iniustū etiam tripliciter cōmittit. Primo quando psona priuata sine sua defensiōe ⁊ sine autoritate publice potestatis aliquē ⁊ licet maleficū occidit. Unde august. lib. j. de ciui. dei. Qui inquit sine publica administratione maleficū interfecerit velut homicida iudicabit. ⁊ tanto amplius q̄to potestatē sibi a deo nō cōcessam vsurpare nō timuit. Unde super illud Math. xxvj. Omēs qui acceperint gladiū gladio peribūt. Ille inquit gladiū accipit qui nulla superiori ac legitima potestate vel iubente vel concedente in sanguine alicuius armat. ⁊ de quolibet tali homicida intelligitur illud Gene. ix. Quicūq; effuderit sanguinez hominis effundet sanguis eius. Ad ymaginē qppe dei fact⁹ est homo. Secūdo modo cōmittit iniustū homicidiū quādo aliquis ⁊ licet in defendendo se vtatur maiori violētia q̄ oportet intēdens occidere hominē ⁊ occidit. nō habens autoritatem publicam vel a publica potestate cōcessam. Si vo habeat autoritatē publicaz vel a publica potestate cōcessam ⁊ intendit interficere hominē ⁊ interficit ad sui defensionē vel ad publicū bonum. vt patet de milite cōtra hostem pugnante. ⁊ de ministro iudicis pugnante cōtra latrones ab iniusto homicidio excusatur. Priuata igit persona in huiusmodi defensione solū debet intēdere ad cōseruationē vite sue ⁊ nō in mortē alterius nisi p accidens. Unū august. ad publi. De occidētis inquit hoibus vt ab hoibus occidant nō mihi placet ɔsiliū nisi forte sit miles aut publica functiōe teneat. vt nō pro se hoc faciat sed p alijs vel p ciuitate vbi ipse ē accepta legitima potestate si ei⁹ cōgruat psone. Hec ille. Tercio modo cōmittitur iniustū homicidiū ignorāter. sicut quādo aliquis insolenter siue negligēter pijcit lapidē telum vel sagittam. inexcusabilis ex homicidio inde casualiter consequēte. vt pt3 Gen. iiij. de lamech. Et breuiter omne opus illegitimū vel neutrū. immo ⁊ negligētia in remouēdo causam ex qua casualiter sequit homicidiuz est culpandū. a multo fortiori homicidiū siue a persona publica siue priuata. nō pter bonum publicuz nec pter persone pprie defensionē. sed ex pura malicia ⁊ liuore vindicte siue ex ira. inuidia. supbia. vel libidine auaricie cōmissum semp est iniustū. ⁊ vindictam clamās. vt pt3 Gen. iiij. vbi legit. q cū cayn iracundia motus occidisset abel fratrem suū. Dixit sibi deus. Quid fecisti. Uox em sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. ⁊ sequitur vltio diuina. quia maledictus a deo miserabiliter occisus est a lamech. vt dictum est supra. Item abimelech filius Iheroboal lxx. fratres suos occidit vt ipse solus regnaret ⁊ sequ batur vltio diuina. vnde interfectus est a quadā muliere que fragmine mole cōfregit cerebrū eius. vt patet Judicū. ix. Et ideo merito de iniusta effusiōe sanguinis humani. vt pt3 in de secretis philosophoruz. ca. xv. cōsuluit Aristo. alexandrū regem pcauere dicens. O alexāder frequēter monui vt parcas sanguinem humanū effundere. quia hoc soli deo cōuenit q nouit occulta cordiuz. Noli igit attribuere tibi diuinum officiū. Unde doctor egregi⁹ hermogenes scripsit dicens. Quādo creatura interficit aliā sibi similem virtutes celorū clamant ad diuinā maiestatē dicentes. Domine seruus tuus vult esse tibi similis. q bus si iniuste interficit respōdet creator. pmittite eū quia interficiet. Mihi enim vindictaz ⁊ ego retribuam. Ex quibus patet q nullus ⁊ licet persona publica iniuste p̄sumeret sanguinē humanum effundere. Unde doctor euāgelicus ptinenter ad ppositum ita scribit. Judex inquit cui nō sit reuelatio facta in nullo casu interficeret innocentē. quia Exo. xxiij. precitur. Innocentē nō occides. Unde in casu quo ɔstat iudici testes false deponere cōtra iustuz absit inquit doctor iste vt credat fm eorū falsa cōmenta esse sententiandū. quia sic iudex primo cōsentiret nequicie testiū. dicente beato aug⁹. ⁊ ponit in cano. xxviij. q. iij. q potest. Qui pōt inquit abiurare ⁊ pturbare peruersos ⁊ nō facit. nihil aliud est q̄ fauere ipietati eorum. Secūdo contra legem dei cōmitteret homicidiū. vnde extra in antiqs. li v. de homici. cap. si dignum. Qui inqt canon potuit hoiez a morte liberare ⁊ nō liberauit ipsuz occidit. Tercio ex noto mēdacio daret mendax iudiciū. Nec in casu isto locum habet obiectio ɔmunis qua dr q iudex semper deberet iudicare fm allegata ⁊ pbata cuz ratio naturalis manifestat q falsa testificatio nihil pbat. nec valent sophismata qbus dr q iudex sententiare debet illa q nouit vt iudex ⁊ nō que nouit vt puata persona. qa nō nouit fm hanc duplicē ratōnem contradictoria. Deus autem qui omnia nouit iudicat fm veritatem quā ipse nouit. ⁊ ideo iudex in loco dei cōstitut⁹ ad

magnificandum processum traditōnis humane non deberet esse legi dei contrarius. sed potius permitteret omnes leges ciuiles ꝛ traditōnes humanas imo ꝛ totum mūdum perire ꝙ cōmitteret leuissimū mendacium vel peccatum cum in abstinendo se a peccato non inferret alicui iniuriā. ꝙuis occasione male accepta per accidens sequatur iiuria. Unde augustinus in libro suo de mendacio. ꝛ ponitur in canone. xxij. quest. ij. ne quis. Ne quis inquit arbitret perfectum ꝛ spiritualem hominē pro ista temporali vita cuius morte sua vel alterius nō occiditur aīa debere mentiri. Sed quia aliud est mentiri. ꝛ aliud verū occultare. sic quidem aliud est falsum dicere. ꝛ aliud verū tacere. vt si quis forte non velit ad istam visibilē mortem hominē perdere paratus esse debet vera occultare. ꝛ non falsum dicere. vt neqꝫ perdat neqꝫ mentiatur neqꝫ occidit animā suam pro corpore alterius. hec ille. Item ardinachanus in quodā sermone q̄ sic incipit. Ductus est iesus in desertuꝫ sub autoritate beati augustini. Nunqꝫ inquit est minimū mendacium aut aliud genus peccati faciēdum vt inde bonum ꝓueniat. ꝛ si per hoc posset vna aīa vel plures saluari. que aliter omino periret. Qui igit̄ pro aliquo malo magno vitando. aut cōmodo magno procurando dicūt mendaciū faciendū ex parte dyaboli sunt qui mendax ē pater eius. ꝛ desideria patris eorum perficiunt. Hec ille.

Capitulum XIII

Sed est insup notādum ꝙ licet omne homicidiū iniustum vt ex predictis patet graue sit peccatum. ꝛ quanto iniustius in tanto grauius peccatum. tamen christicidium quia iustissimū erat. ideo grauissimū erat peccatum. ꝛ scḋm iura ciuilia filius habens patrem iniuste interfectum non potest gaudere hereditate patris sui nisi persequat̄ eius interfectorē. vt patꝫ codice de his quibus vt indignis aufertur hereditas. lege. j. ꝛ quasi per totaꝫ materiā tituli. sed pater noster iesus christus iniustissime iterfectus est. quia nō obstante ꝙ teste apostolo. j. Petri. ij. Peccatum nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. tamē maxime ignominiose iterfectus est. ꝛ cum omnes fideles christiani sint eius filij ꝛ heredes. dicente apostolo Roma. viij. Sumus eñ filij dei. si autem filij ꝛ heredes. Si quis igit̄ voluerit hereditate patris sui. scꝫ iesu christi. scꝫ hereditate regni celestis gaudere ꝺm predictam legē patris sui. persequi ꝑncipalē interfectorem tenetur. A Sed ad cognoscendum quis est ꝑncipalis interfector patris nostri iesu christi est notandū ꝙ ꝺm iura diuina ꝛ humana pertinēter ad ꝓpositum homo potest sex modis illicite occidere hominem. Primo precipiēdo. Secūdo decipiendo. Tercio auxiliū abstrahendo. Quarto alimenta negādo. Quīto consilium dando. Sexto manibus ꝓprijs vulnerando. Primo modo herodes occidit iohanneꝫ baptistam. qa precepit suum ipium mistrū eius caput i carcere amputare. vt patet Marc. vj. Item de pmo secūdo tercio q̄nto ꝛ sexto modis loq̄tur beatus augustinus. ꝛ ponit̄ in cano. de pe. dist. j. periculose. vbi sic. Periculose inq̄t decipiūtur homines q̄ putant eos tm̄ homicidas esse q̄ manibus hoiem occidūt. ꝛ nō potius eos per quorū consiliū. fraudem ꝛ exhortationem hoies extinguūtur. Item de q̄nto modo beatus augustinus. ꝛ ponit̄. iij. senten. dist. xxxix. Qui inq̄t ꝓuocat hominē ad iurationē ꝛ scit eum falsum iurare vincit homicidam. quia homicida corpus occisurus est ille animā. immo duas animas ꝛ eius quem iurare prouocat. ꝛ suam ꝓpriam. De tercio modo homicidij scribit̄ extra i antiquis. li. v. de homicidio. si dignum. vbi sic. Qui potuit hominē a morte liberare ꝛ nō liberauit ipsum occidit. De quarto modo homicidij loquit̄ ambro. in lib. de officijs. ꝛ ponit̄ in ca. dist. lxxxvj. non satis. vbi sic. Quisquis inquit pascendo hominem seruare poteris. si non paueris occidisti. Hec ille. De sexto modo occidendi loquit̄ scriptura Gen. iiij. vbi legitur ꝙ cayn manibus ꝓprijs occidit fratrē suū abel. ꝛ scḋm istos sex modos occidendi vt videt̄ ex sentētia scripture christus fuit occisus a sex personis. Quorū primus est pater celestis qui vt videtur occidit eum precipiendo. Secūdo vt videtur mater virgo maria occidit eum decipiendo. Tercio vt videtur angeli dei occiderūt eum auxiliū subtrahendo. Quarto vt videtur mūdus euꝫ occidit alimēta negādo. Quinto vt videt̄ dyabolus euꝫ occidit cōsulendo. Sexto homo peccator eum occidit manibus ꝓprijs vulnerādo. Uerūtamen omēs iste sex persone per fideles duodenas sunt aliqualiter acq̄etate ꝛ aliqualiter excusate de morte christi preter vnam. ꝛ illi cōcessa est carta gratie sub certa cōditiōe. vt in seq̄ntibus dei gratia plenius patebit. B Sed ꝓ aperciori declaratiōe istius sentētie pmitus est notandū ꝙ sicut cōstat lex ꝛ cōsuetudo regni anglie est ista. ꝙ aliquo homie illicite interfecto coronarius regis debet eū videre anteqꝫ sepeliat̄. ꝛ in presentia sua pmus inuētor interfecti leuabit clamorē super interfectorē vel interfectores. ꝛ postea coronarius enarrabit duodenam ad certificandū sibi fideliter de interfectoribus ꝛ modo interfectiōis occisi. ꝛ tunc sententiam ꝛ decretum illorū scribet ꝛ coronarius in libro suo vsqꝫ ad aduentū iusticiarij regis. ꝛ cum ipse venerit ad iudiciū coronarius ostendet ꝓcessum coram eo. quo facto heredes ꝛ amici interfecti possunt futā facere super interfectorem siue interfectores occisi. Moraliter iste processus huius legis erat executus spiritualiter quādo christus erat iniuste occisus. Unde inuētor qui leuauit vocem super predictas sex ꝑsonas que vidētur vt predixi esse rei mortis christi erat pietas. Nam vbi alie virtutes in tempore passiōis christi quasi ab omnibus qui circa eum erant recesserunt sola pietas secum expectauit quodāmodo tam i suis amicis ꝙ etiam inimicis. Unde fides recessit ab apostolis intantū ꝙ ꝓpter vecordiam ꝛ timoreꝫ mortis deficientes in fide. dereliquerunt dominū suum ꝛ fugierunt ab eo. de quo ipsemet cōqueritur per ꝓphetam dicens. Amici mei ꝛ proximi mei quasi alieni recesserūt a me. Item Mathei. xxvj. Omēs relicto eo fugierūt. Spes etiam recessit a discipulis. Unde legitur Luce vlt. ca. ꝙ discipuli christi dixerunt in die resurrectionis eius. Nos autem sperabamus ꝙ ipse redempturus erat israel. ꝛ nūc super hec omia tercia dies est hodie. quasi dicerent. iam nostra spes periit. Misericordia etiam recessit ab impijs scribis ꝛ phariseis. qui sine misericordia clamauerūt dicētes. Cru

cifige crucifige eu3. Luce vicesimotercio ca. Justicia recessit a falso iudice pylato qui iniuste nõ obstante ꝙ sicut ipsemet fatebatur. nõ inuenit causa3. damnauit eum ad mortem. vt patet Mathei vicesimoseptimo. Uera pax recessit a iuda qui eu3 falsissime tradidit suis inimicis. de quo cõqueritꝰ dominus per prophetam dicẽs. Homo pacis mee i quo sperabã. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. sed tamẽ pietas vt predixi expectauit cu3 christo in sua passione vsqꝫ ad mortem. ꝛ hoc tam in suis amicis ꝙ etiã in suis inimicis. Unde petrus videns ꝙ dolorose christus magister suus erat tractatus. flagellatus. colaphisatus. derisus et cõtemptus dolore ꝛ pietate motus fleuit amare. Mathei. xxvi. Judas qui eum tradidit audiens ꝙ damnatus esset penitẽtia ductus ꝛ pietate motus retulit triginta argenteos principibus sacerdotũ ꝛ senioribus populi dicens. Peccaui tradens sanguinẽ iustum Mathei xxvij. Item iudeis clamantibus. crucifigatꝰ. impijssimus pylatus quasi pietate motus. quid inquit mali fecit. ego nõ inuenio in eo causam mortis. Ite3 in signum ꝙ noluit munera accipere ad cõdemnandum christũ lauit manus suas coram omni populo ꝛ quodãmodo pietate motus excusando seipsum ꝙuis false. Innocẽs inquit ego sum a sanguine iusti huius. sed longe maioris malicie videntꝰ esse tales qui sine aliqua pietate modernis temporibus pro muneribꝰ cõdemnant innocentes ꝛ opprimũt veritatẽ. Unde iam vt videtur verificantꝰ verba Augustini in de spe. humane mise. vbi sic. Creuit inquit auaricia vt lex iusticie cunctis negatꝰ cupiditatis amore iura nihil valent premia ꝛ dona legum vires tulerunt. venale vbiqꝫ est iudiciũ. probi periũt. inqui salui fiunt. hec ille. Celi ꝛ luminaria modo quasi sua pietate mota retraxerunt lumen suũ. intantũ ꝙ a sexta hora vsqꝫ ad horam nonam tenebre facte sunt super vniuersam terrã vt pat3 Mathei. xxvij. Terra etiã quasi pietate mota cõtremuit ꝛ petre scisse sunt. ꝛ tamẽ dura corda impiorũ hec audientium nulla pietate possunt molliri. sed sine omni pietate cum iuramẽtis enormibus lacerant christu3 mẽbratim. ꝛ quantũ in ipsis est. teste apostolo Hebre. vj. iterũ sunt crucifigentes filiũ dei Et sicut dicit beatus augustinus super illud Math. xxvj. blasphemauit. Tales nõ minus peccãt in christum ꝙ iudei qui ipsum crucifixerunt. sed teste spiritusancto Eccle. iij. Cor durum malũ habebit i nouissimo. Corpora etiã sanctorũ qui dormierunt. supple mortua quasi pietate mota surrexerunt. ꝛ exierũt de monumentis ꝛ venerunt in sanctã ciuitatẽ ꝛ apparuerũt multis quasi merentia de iniusta occasione domini sui. vt patet Math. xxvij. Centurio autẽ ꝛ qui cum eo erant viso terremotu ꝛ his que fiebãt pietate moti timuerunt valde dicentes. Uere filius dei erat iste. Et ex istis patet qualiter pietas erat que inuentor christi in cruce iniuste occisi leuauit clamorẽ super illas sex personas. que vt pdictum est videntꝰ esse ree mortis christi. Unde primo eleuauit clamore3 super patrẽ celestem. ꝛ hoc quãdo christus pendẽs in cruce propter tormẽtum ꝛ penam dolorose clamauit super patrẽ dicens. Deus meus deus meus vt qd dereliquisti me. Hoc añt dicebat nõ ꝙ deus pater vnqꝫ dereliquit eum. sed sicut modus loquẽdi est quando aliquis potest iuuare alium penam patientem ꝛ non facit. nunc dicitꝰ cõmuniter ipse dereliquit eu3. Isto modo quãtum ad humanitate3 loquebatur christus deo patri. quasi diceret. Pater iuste respice i me ꝛ vide manus meas ꝛ pedes meos. caput meu3 ꝛ totum corpus meum. quia nõ est sanitas in carne mea. sed vulnus liuor ꝛ plaga tumẽs Isa. j. Pater iuste olim dedisti mihi gentem in hereditatẽ. sed ecce pater ia3 facta est hereditas mea amaritudo amarissima. Isa. xxxviij. Pater iuste pmisisti olim dauid vt poneres filium tuũ primogenitũ excelsum pre regibus terre. sed pater modo filius tuus factus est obprobriũ hominũ ꝛ abiectio plebis. psal. xxj. Pater tu diceris in scriptura pater pauperum pater misericordiarũ ꝛ deus totius cõsolationis. Sed quis potest pater vnqꝫ pauperior me esse cui nihil relictum est nisi istud corpus quod nudũ in pena maxima pendet hic conclauatũ in cruce. sed pater vbi sunt ia3 misericordie tue antique. sicut iurasti dauid i veritate tua. pŝ. lxxxviij. Pater iuste olim indutus eram similis tui vestimẽto splendidissimo sed iam pater respice corpus meum ppriо sanguine cruẽtatũ. vide si tunica filij tui sit an nõ Gene. xxxvij. Ecce ꝙ dolorose pietas leuauit clamorem super patrem celestẽ. Secũdo pietas leuauit clamorẽ super matrẽ christi virginem mariam. et hoc quando christus pendens in cruce dolorose clamans ad matrẽ. Mulier inquit ecce filius tuus. Johãnis. xix. quasi diceret. Ecce mater ad hunc finem ministrasti mihi hãc naturã corporeã i qua patior hoc tormentũ vt in cruce taliter occiderer. Tercio pietas leuauit clamorẽ super angelos ꝛ hoc quãdo christus in presentia angelorũ clamans opinione ratiõe ꝛ pre angustia sudauit ta3 dolorose ꝙ factus ẽ sudor eius tanqꝫ gutte sanguinis decurrentis in terrã. Luce. xxij. Quarto pietas leuauit clamorẽ super mũdum quando pendẽs in cruce pre tormentis sitiens dolorose clamauit dicens. sitio. Johannis. xix. Sed tamen nulla mundi creatura potũ ei ministrauit preter acetũ felle mixtu3 quod noluit bibere. Quinto pietas super dyabolũ qui dedit consiliũ iudeis ꝙ eũ occiderent. leuauit clamore3 dicẽs. o mors ero mors tua. Osee. decimotercio. Sexto pietas leuauit clamorẽ super homines peccatores qui eũ crucifixerũt dicens. O vos omnes qui transitis per viã attendite ꝛ videte si est dolor sicut dolor meus. Trenorum primo cap. ¶ Duodena que certificauit coronario qualiter christus erat iniuste occisus fuerunt duodecim mẽbra pricipalia corporis christi in quibus christus passus est tormentũ ꝛ pena3. De quibus loquitur Bern. dicens. Caput christi angelicis tremebundũ spiritibus densitate spinarũ vsqꝫ ad cerebru3 pungitur. facies que erat pulcra pre filijs hominum sputis iudeoru3 horribiliter deturpatur. Duo oculi lucidiores sole bonos ꝛ malos contẽplantes caligauerunt languentes pre inopia. due aures que cõsueuerunt audire angelicos cantus audierunt iu deorũ insultus. Os quod docuit angelos ꝛ homines oẽm veritatem felle potatur aceto mixtũ. Duo pedes cui terra ꝛ mare obedierunt cruci clauo acutissimo configuntur. Due manus que formauerunt celũ ꝛ terram clauis acutis sunt affixe ad crucem. Cor quod nunqꝫ iniqua cogitatione aliqua maculatur vsqꝫ ad centrũ

nem vel iniusticiam p tuos subditos fieri iussisti. to-
tiens homicidium cõmisisti. dicente beato Augusti
no. ⁊ ponitur in cano. de peni. di. j. omnis iniquitas
Omnis inquit iniquitas ⁊ oppressio ⁊ iniusticia iu
dicium sanguinis est. ⁊ lʒ gladio non occidas. Uñ et
peccatum istud ad modum homicidij vindictam cla
mat ad deũ. vt patet Exo. iij. vbi legitur q cum pha
rao per suos impios ministros opprimebat populũ
dei filios israel: dixit deus. Clamor filiorũ israel ve-
nit ad me. vidiq̃ʒ afflictionẽ eox qua ab egyptijs op
primunt. Et q̃ʒ odibile sit deo hoc peccatum patʒ ex
vindicta qua vindicauit peccatum illud submergen-
do pharaonem cum toto suo exercitu in mari rubro.
vt patet Exo. xiiij. ¶ Et quantum ad secundum
modũ homicidij quotiens aliquem pauperẽ scient
defraudasti vel bona sua de quibus sustentari debe-
ret iniuriose retinuisti totiens homicidiũ cõmisisti.
vnde Ecclesiastici. xxxiiij. Panis egentiũ vita pau-
peris est. ⁊ qui defraudat eum hõ sanguinis est. Sʒ
certe pauperes defraudant omnes diuites mundi q
pauperibus indigentibꝰ elemosinam negãt quã eis
tanq̃ʒ debituʒ soluere obligantur. Unde parif. in de
vicijs pte. ij. sub auctoritate beati bern. Noli inquit
putare gratuituʒ qd̃ pauperi impendis. velis nolis
debitor es. In cuiꝰ rei cõfirmationẽ dr̃ Ecclesi. iiij.
Declina pauperi sine tristicia aurem tuã. ⁊ redde de
bitum tuũ. Nam vt dicit beatus ambrosius ⁊ ponit
in ca. dist. xlvij. Sicut hi. Nõ est inquit minꝰ crimi-
nis ab habentibꝰ tollere q̃ʒ cũ possis ⁊ abundas in-
digentibus denegare hec ille. Unde idem. Deus qui
pcipit aliena non rapere pcipit diuitibꝰ indigentibꝰ
pauperibꝰ dare dicens. Precipio tibi vt aperias ma
nus tuas fratri tuo egeno ⁊ pauperi Deut. xv. Et iõ
dicitur Ecclesiastici. xlvij. Propter mandatũ assu-
me pauperem. ⁊ propter inopiam eius nõ dimittas
eum vacuum. Hec considerans ille sanctus vir tho-
bias dixit filio suo. Noli auertere faciem tuam ab vl
lo paupere. ita enim fiet vt nec auertatur a te facies
domini. Thobi. iiij. Nam sicut dicit puerbiorũ. xxj
Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperum:
clamabit ipse ⁊ non exaudietur. Unde exemplũ hu-
ius habemus Luc. xvj. de diuite epulone qui panis
micam pauperi Lazaro negauit. ⁊ ideo cum esset in
tormentis guttam aque petijt quam non accepit.
Et quantum ad tercium modum homicidij quoti
ens ab aliquo mortaliter peccantem ɔsilium vel pro
pter odium p detractionẽ bonam famam abstulisti.
vl' detractoribus auditũ fauorabilẽ pbuisti. totiens
homicidium spũaliter cõmisisti. Unde de primo be-
atus Greg. sup Ezech. Tot inquit occidimꝰ quot ad
mortẽ ire quotidie tepide ⁊ tacentes vidimus. De se
cundo loquitur beatus Augustinꝰ. ⁊ ponitur in ca-
no. de peni. distinc. prima. homicidiox. dicens. Qui
odit fratrem suum ⁊ qui ei detrahit pariter homici-
de esse demonstrant. Item prima Johannis. ij. Qui
odit fratrem suum homicida est. Et si ille homicida
est qui odit fratrem suũ. a multo fortiori ille homici
da est qui odit animã suam propriam. sed teste psalmi
sta. Qui diligit iniquitatez odit animã suam. De ter
cio dicit Gratianus. ⁊ ponit in cañ. xj. q. iij. non solũ
Non solum ille inquit reus est qui falsum de aliquo
pfert. sed ⁊ is qui aurem cito criminibꝰ prebet. Iteʒ
xxiij. q. iij. qui potest. Qui potest inquit canon obui-
are ⁊ pturbare peruersos ⁊ nõ facit. nihil aliud est q̃ʒ
fauere impietati eorũ. Et sicut dicit apostolꝰ ad Ro
manos primo. Non solum qui peccata agunt digni
sunt morte sed etiam qui sunt consentientes agenti
bus. Et quantum ad quartũ modũ homicidij quo
tiens alimentum alicui pauperi indigenti denega-
sti. vl' correctionẽ ab iniquitate faciente q̃ʒtum ad te
ptinet subtraxisti totiens homicidiuʒ cõmisisti. Uñ
⁊ de primo dicit beatus Greg. Pasce fame morien-
tem q si non paueris occidisti. Item Eccl'ia. xxxiiij
Qui aufert in sudore panem est quasi qui occidit p-
ximum suum. De secundo dicit beatus Gregorius.
⁊ ponitur in cañ. dist. xliij. ephesijs. Cum increpare
delinquentes noluerit eos proculdubio tacendo pa-
stor occidit. Item dominus p prophetam Ezechi. iij.
Si dicente me ad impium morieris ⁊ non annunci
aueris ei neq̃ʒ locutus fueris vt auertat a via sua im
pia ⁊ viuat ipse in inquitate sua moriet. sanguinem
eius de manu tua requiram. ℟ Unde Numeri.
xxv. legit q postq̃ʒ filij israel cum madianitis forni-
cando deũ prouocauerunt. iratꝰ dñs dixit ad Moy-
sen. Tolle cũctos pncipes ⁊ suspende eos ɔtra soleʒ
in patibulis vt auertat furor meus ab israel. Super

quo Linc. in de oculo morali. Peccasse inquit populum legis fornicatio principū nunq̃ exprimit. et tamen ad patibulū capi principes et suspendi iubentur. et eorum pena dominus placatur. populo delinquenti. eo q̃ ex negligentia prelatorum sepissime prouenit peccatum subditorū. hec ille. Et quantum ad quintū modū homicidij. quotiens personam aliquam ad iniquitatem cōsuluisti. vel per exhortationē deduxisti vel cōsentire fecisti. totiens inquantū in te est ipsam occidisti. Unde beatus Augustinus super Johannem. Noli inquit putare te homicidam nō esse. quando fratri tuo mala persuades. nam si fratri tuo mala persuades eum occidis. hec Augustinus. Et ponit in ca. de peni. dist. prima noli. Et quantum ad sextum modum homicidij. quotiens male viuendi exemplū alijs ostendis: totiens manibus tue male operationis. eosdem quantum in te est spiritualiter occidisti. Unde beatus Augustinus in suis pastoralibus. Qui inquit in conspectu hominum male viuunt quantum in illis est. eos a quibus attenduntur occidunt. Et ideo merito beatus Gregorius. et ponit in ca. xj. q. iij. precipue. Tot inquit mortibus digni sunt. quot perditionis exempla ad alios transmittunt. Ex quo igitur christus sibi ipsi ascribit quicquid fecerit homo vni de minimis suis. patet q̃ omnibus istis sex modis. miser homo peccator vel saltem aliquo illorū modorū. multotiens occidit ipsum christum. Et ideo merito de talibus dicit apostolus ad Hebreos sexto. q̃ iterum sunt crucifigentes filiū dei. Et sic ex predictis patet q̃ miser homo peccator nullam bone conscientie duodenam inuenire potest. que eum de christicidio acquietabit. Uerūtamē christus iesus qui in passione sua rogauit patrem pro suis crucifixoribus dicens. Pater dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. nolens mortem peccatoris sed vt magis conuertatur et viuat. donauit peccatoribus vnam cartam gratie indulgentie generalem concedendo omnibus et singulis de suis reatibus vere penitentibus misericordiam. et plenam remissionem et gratiā. Predicte sex species ire figurantur Ezech. ix. vbi dicitur. Ecce sex viri veniebant de via porte superioris. i. superbia. que est porta ad iram que respicit ad aquilonem id est aduersitatem que generat iram vel turbationē et vniuscuiusq̃ vas interitus in manu eius. Unde iste sex species iracundie sunt quasi sex vasa interitus vel mortis eterne.

Capitulum. XIIII

Et est insuper notādū

q̃ preter predictas sex species ire a beato grego. positas. phus. iiij. ethi. distinguit tres species iracundie dicens. q̃ iracundorum quidam sunt acuti. quidam amari. et quidam difficiles. Acuti sunt qui cito et ex leui causa irascuntur et cito quiescunt. et tales non retinent iram in corde suo celando: sed statim irā suam per aliqua signa manifestant. propter velocitatem motus ire. et ad istam speciem ire maxime disponuntur colerici propter subtilitatē colere. Amari sunt quorū ira difficile soluitur. et multo tempore manet et iram nunq̃ ostendunt per signa exteriora. et ideo propter permanentē tristiciā quā interius tenent clausam. sunt amarissimi in seipsis et etiam ad alios et indigent multo tempore ad hoc q̃ digerant iram suā. Quia nō recedūt ab ira sua nisi per diuturnitatem temporis. tristicia sua aboletur. et sic tunc ira ipsorum deficit. Et ad hanc speciem ire melancolici maxime disponuntur. Difficiles vo dicuntur qui nunq̃ cessant ab ira concepta. donec fuerint vindicati propter vehemens desiderium vindicte. Ad has enim tres species ire pertinent tres species ire quas ponit damascenus li. ij. dicens q̃ ira quedam est fellea. quedam mania que dicitur insania. et quedam furor. Ira fellea est que principiū et motū habens a felle: Et hanc speciem ire tribuit phus acutis. de qua Augustinus ad nebridium (assiduitate inquit irascēdi fel crescere medici affirmant. cremento autem fellis rursus ac facile ac pene nullis agētibus causis irascuntur) Maniam vero dicit esse iram que permanet et in vetustatem deuenit: quam philosophus attribuit amaris. Furorem autem dicit esse iram que obseruat tempus et supplicium quam philosophus attribuit difficilibus. Predictas aūt tres species ire vincere debet vir perfectus per mansuetudinem. patientiā et moderantiam rationis (primā per modestiam ne sit acutus secundam per patientiam ne sit amarus. et terciam per pietatem ne sit difficilis. Opponitur autem ira virtuti mansuetudinis. que est pars virtutis temperantie. et pertinet ad transgressionem quinti mandati quo dicitur. Non occides.

Capitulum XV

Sequitur tercium notabile

peccati ire in quo de remedijs contra peccatum ire aliqua sunt dicenda. Pro quo notandum q̃ omnia que dicta sunt in primo notabili de detestatione ire possunt reduci in remedium eiusdē peccati. Dictis ibidē octo sunt remedia specialia superaddenda. Quorū primū est consideratio status. in quo est tibi iniurians contra quē irasceris. insanus enim est. et ideo sicut si aliquis haberet fratrem insanum qui ei conuicium diceret aut alapam sibi violenter daret. et vna cum hoc seipsum interficeret. ipse enim plus doleret de malo quod frater insanus sibimet faceret quam de iniuria quam de eo sustineret. sic qui iniuriam patitur. magis dolere debet de peccato sibi iniuriantis quam de iniuria sibi ab illo illata. quia iniuriam sibi faciens frater suus est specialiter seipsum interficiens. et ideo compati deberet sibi iniuriā potius quam irasci. vnde Actuum. ix. legitur de beato stephano. q̃ positis genibus pro lapidantibus suis orauit dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. Secundū remedium contra peccatum ire est consideratio q̃ dilectio inimici cadit sub precepto diuino. Unde ardinachanus in quodā sermone qui sic incipit. Qui diligit deum diligit et fratrem suum. super illud Mathe. v. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: et orate pro persequentibus et calumniantibus vos vt sitis filij patris vestri qui in celis est. Uidetur inquit manifeste ex hoc q̃ saluator concludit ex dilectione inimici hoc modo. vt sitis filij patris vestri qui in celis est dilectionē inimici nō tantum esse cōsiliū sed etiam preceptum. ex quo innuit eos non aliter fieri filios dei patris celestis. Sed forte hic inquit dicis mihi. Est aliquis mihi inimicus qui patrem meū aut fratrem meū sponte et violenter occi-

dit. ꝛ mihi quotidie aduersat ad morte͞. nõ possũ igi
tur quin velim nolim eũ odio habeã. ꝛ q̃diu eum sic
odio nec diligo. nec passum eũ diligere. aut igit im-
possibile ꝑcipit qd a deo iustissimo ꝑcepi nõ potest
omnino. aut nõ cadit sub diuino mandato vt eũ di-
ligã. Ubi inqt doctor iste tibi respondeo. ꝙ duplex
est odiũ. sicut ꝛ econtra duplex est dilectio. s. natura
le ꝛ liberũ. Dñs eñ noster mortis sue habuit odium
naturale cũ dixit Mathei. xxvj. Mi pater si possibi
le est transeat a me calix iste. verũtñ nõ sicut ego vo
lo ꝫ sicut tu vis. lʒ libere morte͞ eligeret volens nob
ostendere ꝙ non est nostre potestatis tale odiũ sim-
pliciter abijcere. s. quin nostra voluntas naturaliter
odiat sibi aduersa. qd tamen petrus libere voluit su
stinere: cui ille ꝑdixit vt legitur Johannis vlt. capi.
isto modo. Amen amen dico tibi cũ esses iunior cin-
gebas te ꝛ ambulabas vbi volebas: cũ aũt senueris
extendes manus tuas. ꝛ alius ꝑcinget te ꝛ ducet te
quo nõ vis. vbi hec verba. extendes manus tuas et
alius deducet te. cum mot⁹ duct⁹ nõ sit penitus vio
lentus vt tractus patenter ostendunt ꝙ Petr⁹ vo-
luit libere ire ad suppliciũ. ꝛ tñ verba ista. quo tu nõ
vis econtrario affirmant ꝙ petrus noluit ire ad sup
plicium sed ad suppliciũ ire naturaliter eñ odiuit.
Hoc etiã duplex odium põt in alio videri exemplo.
Posito ꝙ iudex aliquis tpalis siue domin⁹ filiuʒ
habeat cõtumacem ꝛ multũ reipublice nocente͞. que͞
adhuc odit pater eius: intantũ ꝙ eum cõdemnat ad
morteʒ nihilomin⁹ tñ in eius supplicio lachrimatur
vbi manifeste apparent simul ꝯcurrere naturalis di-
lectio patris ad filium. ꝛ liberum odium ex quo euʒ
interficit. Sʒ ecõtra potes q̃cunq; voluer erga ini
micum tuũ habere dilectionem liberam. ꝛ odium de
quo obijcis naturale. quoniam si os tuũ ꝓpter natu
rale odium non est cohibitum quin potes beneficiũ
sibi charitatis impendere. Sic nec est tua voluntas
artata ꝑ illud odium naturale quin libere potes vel-
le sic agere. ꝛ bona alia illi velle. qd est eum diligere.
Est etiam ex diuino precepto frater quisquis etiam
inimicus quilibet diligendus. Hec ardinachanus.
B Tercium remediũ contra iram est considera
tio ꝙ inter omnes virtutes quasi maxime diligit de
us pacem ꝛ concordiam. quaʒ ira inter omnia vicia
vt ex supradictis patet maxie perturbat. Pro quo
notandũ ꝙ sex sunt signa ꝙ deus vehementer dili-
git pacem ꝛ concordiam. Quorũ primũ est ꝙ de-
us noluit nasci in mũdo isto donec vniuersus orbis
fuerat pacificatus. ꝛ durauit pax illa duodecim an-
nis. Et tunc impleta erat illa ꝓphetia Isaye secun-
do capitulo. Conflabunt gladios suos in vomeres.
ꝛ lanceas suas in falces. Non vult enim domin⁹ ha
bitare alicubi nisi pax ibi sit. Unde psalmista. In pa
ce factus est locus eius. Secundum signuʒ ꝙ do-
minus pacem multum diligit est hoc ꝙ cum ipse na
tus esset in mundo statim commendauit ꝛ exhibuit
pacem hominib⁹ multitudine angeloꝝ dicentium.
Gloria in altissimis deo. ꝛ in terra pax hominib⁹ bo
ne voluntatis. vt dicit Luc. ij. Tercium signuʒ est
hoc ꝙ inter omnes viros iustos pacificos specialiter
vocat xp̃s dei filios. Unde Mathei. v. ca. Beati pa
cifici quoniam filij dei vocabunt. Et sequit in eodem
capitulo. Diligite inimicos vestros benefacite his
qui oderunt vos. ꝛ orate ꝓ ꝑsequentibus ꝛ calumni
antibus vos. vt sitis filij patris vestri qui in ce. est.
Quartum signum est. ꝙ mittens discipulos suos
dedit eis mandatum de exhortatione ad pacem di-
cens Luce decimo. In quãcunq; domuʒ intraueris
primuʒ dicite. Pax huic domui. Quintum signũ
est hoc. ꝙ dominus recessurus ꝑ mortem a corpali ꝑ
sentia discipuloꝝ suoꝝ pacem specialiter reliquit et
legauit eis dicens. Pacem meam do vobis pacem
meam relinquo vobis. Item post resurrectione͞ suaʒ
a morte veniens ad discipulos suos cõmendauit eis
pacem dicens. Pax vobis. Johannis. xx. ca. Se-
xtum signum est ingens labor ꝛ diligentia in media
tione quam habuit filius dei ad reconciliandum pa
cem inter patrem suum ꝛ hominem peccatorem.
Pro quo notandum ꝙ experientia docente. quã-
do est magna discordia inter duo regna. tunc pro re
formatione pacis optimum est si filius regni vnius
posset nubere alicui mulieri regni alterius. Spũali-
ter quedam duo magna regna fuerunt plusq̃ quinq;
milia annorum. ꝛ semper regnuʒ mundi huius par-
tem ha buit peiorem. ꝛ nimirum quia vnus armiger
regni alteri⁹ vnus angelus fuit satis potens destrue
re totum regnum huius mundi. quod videns christ⁹
dei filius ad pacificandum hec duo regna ꝛ ad recõ-
ciliandum pacem inter hominem ꝛ patrem suum re-
gem celestem nupsit vni puelle huius mundi. Puel
la enim ista fuit natura humana quam assumpsit. et
cui nupsit in templo vteri virginalis marie. Iste eñ
nuptie bene figurari possunt Genes. xxiiij. vbi legit
ꝙ ysaac introduxit rebeccam in tabernaculũ matris
sue. ꝛ ibi accepit eam sibi in vxorem. Spũaliter per
rebeccam que interp̃tat multa patientia humanitas
christi signat. in qua xp̃s multas tribulationes pe-
nam passionem ꝛ mortem crudelissimã ad reconcili-
andũ pacem ꝛ cõcordiam inter deum ꝛ homine͞ pa-
cienter sustinuit. Per ysaac vo qui gaudium interꝑ
tat. signat fili⁹ dei qui in tabernaculo matris sue. id
est in vtero virginis Marie naturã humanã sibi de
spõsauit. De quibus nuptijs multum nobis est gau
dendum. qꝛ ratione istarum nuptiarũ reconciliati su
mus ad pacem ꝛ adunitate͞ cum patre celesti. ꝛ facti
sumus domestici eius ꝛ ciues regni celorum. Dicen
te apostolo ad Ephe. ij. capitulo. Jam non estis ho-
spites ꝛ aduene. sed estis ciues sanctorum ꝛ dome-
stici dei. et nedum hoc sed etiam fratres ꝛ sorores ie
su christi. dicente seipso. Qui facit voluntatem pa-
tris mei qui in celis est ipse meus frater soror ꝛ ma-
ter mea est Mathei duodecimo capitulo. Et ex quo
fratres sumus ꝛ sorores iesu christi. certe filij dei su
mus ꝛ heredes regni celorum. dicente Apostolo ad
Romanos. octauo capitulo. Sumus enim filij dei:
ꝛ heredes. scilicet regni celorum. Quartum reme-
dium contra iram est memoria dominice passionis.
Unde Gregorius. Si passio domini ad memoriam
reuocetur nihil adeo durum quod non equo animo
toleretur. In cuius rei figura legitur Nume. vicesi-
moprimo. ꝙ filij israel respicientes serpente͞ eneum
a morsu serpentiuʒ ignitoꝝ sanabant. Spiritualiter
quasi serpens ignitus est ira. a cui⁹ morsu potest ho
mo sanari si diligenter attendat qd xp̃s ꝓ eo patien
ter in cruce sustinuit. Quintum remediũ est consi

deratio diuine misericordie. nam nullum malum pene potest nobis inferri nisi ordinatione vel permissione diuina. omnis enim tribulatio est quasi potio quam celestis medicus qui discretissimus est et fidelissimus habet quasi in vtre suo. Dicente Psal. Statuit quasi in vtre et inde dispensat eam filijs suis. prout videt eis expedire. Et ideo mansuete et patienter toleranda est omnis tribulatio In cuius rei exemplum legitur Joh. xviij. ca. quod xps dixit Petro. Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum. ¶ Sextum remedium contra iram est mollis responsio. Unde prouerb. xv. cap. Mollis responsio frangit iram. sermo durus suscitat furorem. Item prouerbiorum. xxv. ca. Lingua mollis frangit duricias. Et hoc est vnum mirandum miraculum quod molle frangit durum. Unde Hiero. et ponitur in vitaspatrum. vbi legitur de abbate Machario quod cum properaret ad quendam locum discipulus eius precedens ipsum obuiauit cuidam sacerdoti ydolorum portanti lignum grande. cui dixit discipulus macharij. quo vadis demon. At ille iratus percussit eum ita grauiter quod eum semiuiuum reliquit. Cui sacerdoti postea obuians abbas Macharius. Salueris inquit laborator salueris. at ille. Quid inquit in me boni vidisti vt me ita salutares. cui abbas. Uidi inquit te laborantem. cui sacerdos. ego inquit tua salutatione cognoui te seruum magni dei. sed quidam monachus male me salutauit. quem ego ideo plagis afflixi. et statim compunctus est sacerdos ydolorum petens veniam. et duxerunt monachum vulneratum in cellam. et sacerdos ydolorum factus est monachus. vbi Hiero. vide inquit quid lenitas sermonis fecerit et quid austeritas. Septimum remedium contra iram ostenditur per exemplum. homo enim natus est velut olla ebulliens. Unde prouerb. xv. ca. Os fatuorum stulticiam ebulliat. Item philosophus. iiij. ethicorum. Ira est accensio siue ebullitio sanguinis circa cor. et ex ista ebullitione fumositates ascendunt que oculum mentis obnubilant. Unde teste poeta. Ira impedit animum ne possit cernere verum. Sed experientia docente quando olla ad ignem posita nimis ebullit tribus remedijs eius ebullitio mitigatur scilicet. aut per vasis ab igne depositionem. aut per lignorum subtractionem. aut per aque frigide impositionem. Sic spiritualiter quando quis per iram contra alium nimis ebullit. ille contra quem irascitur debet ab illo qui irascitur omnino recedere. Unde sicut qui non vult ab igne neque comburi neque calefieri. remedium est ab igne se elongare. sic qui non vult ad iracundiam prouocari a contentiosis et iracundis hominibus omnino recedat. vnde prouerbiorum. xx. Honor est homini qui separat se a contentiosis. omnes autem stulti miscentur a contumelijs. Et ideo dicit apostolus ad Roma. xij. Non vosmetipsos defendentes. sed date locum ire. Secundum remedium contra ebullitionem est ligna subtrahere. verba enim aspera que iracundo respondentur sunt quasi ligna quibus ignis iracundie amplius inflammatur. Quando igitur ligna malorum verborum subtrahuntur tunc ignis ire aut mitigatur aut omnino extinguitur. Unde prouerb. xxvj. ¶ Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Et ideo dicitur Ecci. viij. Non litiges cum homine linguato et non strues in ignem eius ligna. Tercium remedium contra ire ebullitionem est aquam frigidam mollis responsionis supfundere. Unde prouerbiorum. v. Mollis responsio frangit iram. sermo durus suscitat furorem. Item Ecclesiastici. xxviij. Nonne ardorem refrigerabit ros. Dulce enim verbum est anime ros refrigerans ire ardorem. Et sicut ex ore egreditur flatus quo ignis materialis accenditur. et sputum quo ignis extinguitur. sic ab ore egreditur verbum durum quo ignis ire accenditur et verbum dulce quo ignis ire extinguitur. Unde Ecci. xxviij. Si sufflaueris quasi ignis ardebit. et si expueris super illam extinguetur. vtraque ex ore proficiscuntur nec mirum si duris verbis ignis ire accendatur cum experientia docente collisio duorum durorum corporum ignem materialem producat. Et ideo dicit spiritussanctus Eccs. xij. Aufer iram a corde tuo et amoue maliciam a carne tua ¶ Octauum remedium contra iram est silentium. Unde super illud Prouerb. xij. Fatuus indicat statim iram suam. dicit glosa. Natura ire est vt prolata magis ferueat: occulta vero languescat. Unde psal. Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me. Sed istud remedium prouidendum est in tempore quietis. et antequam impetus ire prorumpat in verbis maliciosis. Nam sicut experientia docente quando aliquis magno impetu descendit de monte valde procliuo. non potest a cursu rem refrenare antequam fuerit in ymo. Sicut nec impetus aque currentis in exclusa molendine. et ideo molendinarius antequam retrahat exclusam. et cursor antequam recipiat cursum si voluerint impetum moderare tempestiue remedium apponunt. Sic qui naturaliter iracundus est non debet expectare vt preuideat remedium donec ipsa ira accendatur. quia tunc nimis tarde est. sed tempore quieto prouideat remedium de impetu cohibendo. Sicut custos castri tempore pacis prouidet de stauro vt securus sit in bello. et si te contumacia prouocantis ad iram mouerit et peruersitas impulserit ad indignationem. si tunc non potueris mitigare mentem tuam saltem reprime linguam. Juxta illud psal. Cohibe linguam tuam a malo. et labia tua ne loquantur dolum quia vt dicit apostolus Jaco. iij. ca. Si quis in verbo non offendit: ille perfectus est vir. Taliter igitur linguam nostram omnia nostrorum sensuum organa: et omnes nostros sensus interiores et exteriores a predictis septem capitalibus vicijs et ab omni malo culpe cohibere et coram deo perfecti mereamur finaliter inueniri. ipse nobis concedat Jesus xps. qui pro peccatis nostris mortuus est. et qui cum deo patre et spiritusancto viuit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen.

Insignis notabilisque compilatio haud modicum cuique statui conferens omne genus viciorum. suis cum speciebus clarissime euidenterque eradicans. ob id non immerito Destructorium viciorum nuncupata. a cuiusdam fabri lignarij filio. maximam ad ecclesie vtilitatem Anno M.cccc.xxix. collecta. de nouo Nuremberge per Anthonium koberger exactissime correcta: ac summo studio impressa. ad laudem summe monadis. xij. kalend. octobris. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimosexto finita.

K. S. [illegible] a.— [illegible]

